PLATONIS GORGIAS

SYLLOGISMO SOCRATICO UNA CUM GRAMMATICA DUCE

EMENDATUS ATQUE ILLUSTRATUS

NEC NON

PROLEGOMENIS ET INDICE INSTRUCTUS

IN

USUM STUDIOSAE JUVENTUTIS.

EDIDIT

R. B. HIRSCHIG.

TRAJECTI AD RHENUM,
APUD KEMINK ET FILIUM, TYPOGR.
MDCCCLXXIII.

1876, Jan. 8.
Salisbury Fund.

PROLEGOMENA.

Duo Platonis maxime sunt propria, alterum argumentationes syllogisticae, alterum particulae dialecticae. Argumentationes ad res pertinent, particulae ad grammaticam. Quae quantumcunque differant inter se, illarum tamen critica examinatio per se ad accuratiorem harum cognitionem ducit. Atque omnino utraeque de industria exploratae magno subsidio esse possunt emendatiorem Platonis editionem paranti. Quod cum jam dedita opera in uno et altero specimine ostenderim, nunc paucioribus absolvere possum, ut quam emendandi rationem in hujus dialogi editione paranda imprimis secutus sim quodammodo aperiam. Ita autem comparatum est hoc rerum genus, ut recte exponi et probari non possit sine exemplis. Quoties igitur res feret, luculentissima quaedam verbo indicabo, quae cui hic a me dicta lucem desiderare videantur, suo quodque loco pectractatum inspiciat rogo.

Critica vulgo a grammatica sejungi non posse videtur. Sicuti enim, si simplicissima et facillima opera ex. gr. εἷς ὤν scribendum censes pro ἑκὼν, ἅμα vel ἀλλ' ἃ pro ἀλλὰ, nihil argumenti inesse potest in ipsa literarum similitudine, sed ex tota orationis serie et Graeca dictione argumentum prodire debet, quo talis emendatio confirmetur [1]), sic etiam,

---

1) Hujusmodi est in quod his diebus incidi, Phil. 34 C ΙΝΑΥΤΗϹΤΗϹ ψυχῆς ἡδονὴν χωρὶς σώματος i. e. ἵν' αὐτῆς τῆς ψ. κτέ. Semel ἵνα lecto, scribae ex inani υτης fecerunt μὴ, pro quo critici aut πῃ aut ἤδη aut δὴ deinceps defendunt: deinde ex secunda syllaba τῆς factum τὴν, quod utrumque tamen nonnulli codices habent. Est autem illud αὐτὸς ὁ una cum sic posito χωρὶς initio hujus λόγου et recurrit in eo quoties eadem accurata dictio flagitatur. Hujusmodi igitur emendatio ex talibus vestigiis inventu facillima: ubi vero non tantum ne littera quidem genuinae scriptionis superest, sed aliae prorsus litterae et voces in codicibus traditae sunt, emendatio est quam difficillima.

1876, Jan. 8.
Salisbury Fund.

PROLEGOMENA.

Duo Platonis maxime sunt propria, alterum argumentationes syllogisticae, alterum particulae dialecticae. Argumentationes ad res pertinent, particulae ad grammaticam. Quae quantumcunque differant inter se, illarum tamen critica examinatio per se ad accuratiorem harum cognitionem ducit. Atque omnino utraeque de industria exploratae magno subsidio esse possunt emendatiorem Platonis editionem paranti. Quod cum jam dedita opera in uno et altero specimine ostenderim, nunc paucioribus absolvere possum, ut quam emendandi rationem in hujus dialogi editione paranda imprimis secutus sim quodammodo aperiam. Ita autem comparatum est hoc rerum genus, ut recte exponi et probari non possit sine exemplis. Quoties igitur res feret, luculentissima quaedam verbo indicabo, quae cui hic a me dicta lucem desiderare videantur, suo quodque loco pectractatum inspiciat rogo.

Critica vulgo a grammatica sejungi non posse videtur. Sicuti enim, si simplicissima et facillima opera ex. gr. *εἷς ὢν* scribendum censes pro *ἑκὼν*, *ἅμα* vel *ἀλλ' ἃ* pro *ἀλλὰ*, nihil argumenti inesse potest in ipsa literarum similitudine, sed ex tota orationis serie et Graeca dictione argumentum prodire debet, quo talis emendatio confirmetur [1]), sic etiam,

---

1) Hujusmodi est in quod his diebus incidi, Phil. 34 C ΙΝΑΥΤΗϹΤΗϹ *ψυχῆς ἡδονὴν χωρὶς σώματος* i. e. *δι' αὐτῆς τῆς ψ. κτέ.* Semel *δια* lecto, scribae ex inani *υτης* fecerunt *μὴ*, pro quo critici aut *πῃ* aut *ἤδη* aut *δὴ* deinceps defendunt: deinde ex secunda syllaba *τῆς* factum *τὴν*, quod utrumque tamen nonnulli codices habent. Est autem illud *αὐτὸς ὁ* una cum sic posito *χωρὶς* initio hujus *λόγου* et recurrit in eo quoties eadem accurata dictio flagitatur. Hujusmodi igitur emendatio ex talibus vestigiis inventu facillima: ubi vero non tantum ne littera quidem genuinae scriptionis superest, sed aliae prorsus litterae et voces in codicibus traditae sunt, emendatio est quam difficillima.

sicubi audacissima mutatione ex. gr. pro πολλὰ non τἄλλα, sed illi dissimillimum multoque difficilius inventu κακὰ reponi jubes, pro bisyllabo κακοὺς contra polysyllabum ἀνιωμένους, tota argumentatio repositum requirat necesse est neque mutationi refragetur dicendi consuetudo. Attamen cum aliquid secundum grammaticam recte se habere possit, argumentatio autem necessario aliud quid requirat, hoc emendationum genus magis res spectare dici potest, et grammaticae haud ita gnarus hanc criticam exercere posset. Vide exempla in 495 B et 498 E, imprimis autem 498 B. Eadem fere ratione de lacunis et additamentis judicandum. Ubi enim ex. gr. unam voculam ὂν post κακὸν, μόνῳ post μόνος, vel duas οἱ ἄθλιοι post ἄθλιοι excidisse judicamus, sola fere grammatica duce utimur, ubi vero totum periodi membrum auctori reddimus et vel totam periodum, quae salva grammatica abesse posset, sola argumentatione vel dialectica duce utimur. Atque in talibus res magis quam lingua spectatur. Vide 479 D at 498 C. Quod deinde ad additamenta attinet, minora cum iis, quibus adscripta sunt, vulgo languidam tautologiam efficiunt, majora peccatis in linguam simulque aliis ineptiis sordent, quae grammatico non ferenda sunt. In mediis autem syllogismis tanta et talia additamenta librariorum cum sint, quibus, quamvis non sint offensioni grammaticis, argumentationis tamen tenor frangatur ejusque ἀνάγκη prorsus infirmetur, ea expellens rerum criticam exercet. Vide 497 D—498 E.

A diligentissima igitur syllogismorum exploratione profectus hanc i. e. rerum quoque criticam exercere incepi. Atque eam exercens non raro grammaticam, praesertim particulas emendationibus suffragari postea comperiebam iis, quas sola dialectica duce in argumentationibus feceram. Itaque syllogismorum exploratio et emendatio ad grammaticam reducebat, et haec vicissim illorum explorationem egregie adjuvabat. Quod clarius intelliges si de particulis dixerimus et ipsa exempla inspexeris.

Particulae dialecticae in hujusmodi complexionibus obviae: ἀλλά τοι, ἀλλ' οὔτοι γε, καὶ μὴν — γε, καὶ μὴν καὶ, καὶ μὲν δὴ καὶ, καὶ — μέν γε δὴ, καὶ μὲν δὴ — γε, δέ γε, δὲ δὴ, id genus innumerae, omnes suam quaeque vim, suam quaeque locum in variis complexionibns habent, quod vix monendum. At quae cujusque vis? qui locus in quaque complexione? Con-

tendo igitur, cum tam certae et constantes sint argumentationum formulae, particularum vim earum saltem, quae in his Platoni usurpantur, certius ex iis cognosci posse et sine dubio facilius quoque quam ex quavis alia dialogi parte. Quod quanti momenti sit et quam firmum ac certum criterium particularum inquisitio suppeditare possit aut ipsum Platonem emendaturo aut supposititia exploauro, aut Platonismorum venatores, quorum princeps Lucianus, castigaturo, apparebit inspicienti dicta ad 452 A et ad 498 E, ubi correxi ἐν παρόδῳ locum ex Phaedone, quem ne suspectum quidem habere potest syllogismos non de industria perscrutatus particularumque vim in iis usurpatarum. Verum enim vero est hic campus latissimus, et haec exquisitissima Atticismi Platonici pars maximas habet cautiones. In particulis enim est quasi fastigium Atticae elegantiae et venustatis. In iis admiramur urbanitatis subtilitatem cum summa varietate. Quam cum nos fere assequi non possimus, nulla alia res in Platone tantam grammatico afferre potest difficultatem. Tales enim earum nonnullae complexiones, ut tantum sentiamus quid sibi velint, atque id per periphrasin quamdam referre possimus, sed omnino frustra conemur eas alia quadam lingua ad verbum vel ad unguem exprimere. Haee Atticae linguae pars demum per se mollissimae cerae instar ad loquentis arbitrium et sensum facillime fingitur. Hinc in nonnullas earum complexiones incidimus, quae aut rarissime aut fere non recurrunt, quia eadem sententia ad idem prorsus arbitrium dicentis expressa ommibusque partibus similis fere non recurrit. Possis duplex particularum genus distinguere, quarum quae ad alterum pertinent, quales voculae καὶ, γέ, τοι, alteris accedunt suumque in iis varium pro varia sententia locum occupant. Exempla videre qui cupiat indicem adeat, in quo hujusmodi particularum complexiones nonnullas recipiendas curavi. Verum lubenter equidem fateor, me tantum quaedam indagationis initia, quantulacunque sint, instituisse et quasi digitum tantum in hunc critices fontem intendisse.

Ad hanc igitur rerum criticam et particularum indagationem quamdam forte fortuna delatus, post tertium specimen a me editum, totum tandem Gorgiam hac ratione perscrutatus novam hanc editionem paravi. Atque nihilo minus fidei nunc meis inventis habeo, quam cum primum hujus critices specimen

ederem. Adhuc igitur contendo, syllogismum Socraticum ita comparatum esse, ut ipse metri instar subveniat criticae, quemadmodum exemplis ostendi in primo specimine. Ita enim sese habent hae argumentandi formulae, ut ex iis demum quot et cujusmodi vitia textus contraxerit, verbo ut dicam, quae fuerit sors ejus discere possimus. Itaque haec dialogorum Platonicorum pars per se prorsus ἀμετάθετος est quasi palaestra in qua quis omnigenas mendas eluendi, additamenta ejiciendi, imprimis autem lacunas explendi tuto periculum faciat, quippe a duabus instructus, et a dialectica etiam certiore duce quam metrum est poetam emendanti, et a grammatica. Quod non paucis exemplis in altero et tertio specimine demonstravi. Unum autem superest quod nondum usquam attigi, Gorgiae argumentum sive thema. Ad hoc igitur inveniendum tandem etiam syllogismis ducibus usus sum. Vereor tantum ne quod hac via inveni et collegi planius et simplicius videatur vago atque infinito a viris doctissimis propagato tamdiu contentis et consuetis.

Caeterum me quodcunque vestigium in codicibus hujusmodi et cujuscemodi emendationibus suffragari comperiebam, id nusquam neglexisse, non opus est monere. Nam hanc viam ingressus etiam in reliquis dialogi partibus multo acrius instare scribis audaciusque eos persequi didici. Olim eas fere emendationes solas pro veris habebam, quae ex litteris conficiuntur, quum cujusque litterae ductum summo studio ac summa religione observarem, quippe nihildum fere syntactices compos. Quo factum est, ut quas emendationes, sensu quodam ductus, conjectura quadam feceram, harum nunc demum rationes reddere argumentaque syntactica afferre possim. Nunc autem non solum in vocabulis ipsis offensus haec imprimis emendare conatus sum, sed etiam dictionem et omnino constructionem Atticam nonnullis locis restituere imprimis autem sordium farraginem expellere. Vide ex. gr. 452 A, locum e Symposio ad 517 A, et imprimis 525 B et C. Ultimus horum locorum omnium vilissimis interpretamentis depravatus atque oneratus, quae maximam partem, postquam omnes syllogismos exploravi, demum offensioni mihi fuerunt, antea non fuerunt neque esse potuerunt. Etenim syllogismi, ut tandem explicem quem usum diligens eorum inquisitio afferat ad criticam in reliquo dialogo exercendam, per se accuratissimam

et planissimam dictionem flagitant. Vel litterula in iis mutata aut addita aut demta collabuntur atque irriti fiunt. Nam ne umbram quidem ambiguitatis in ulla voce videat adversarius necesse est, quippe qui, etiamsi nullam vocem in iis captare potest, vel sic tamen nonnunquam evidentissimae argumentationi adversatur ac reluctatur. Vide 497 A—499 B. Hinc Socrates saepe verbi vim, quo usurus est in syllogismo, ipse ante definit quam argumentationem syllogisticam orditur. Tum etiam deinceps in sequente syllogismi parte vocis in superiore ejus parte adhibitae vis saepe circumscribitur. Paucis ut dicam, ita comparatum est hoc convincendi artificium, ut ipsum vocum et dictionum in eo adhibitarum vim aperiat. Nihil igitur excogitari potest, unde vocum et dictionum illarum vis certius et accuratius cognoscatur, nihilque ergo, unde melius remedium comparetur ad sanitatem etiam in reliquo dialogo restituendam, ubi eaedem dictiones male habitae sunt a scribis. Syllogismi enim in Gorgia utique sunt quasi cardines totius sermonis, et si ipsas res et si enuntiandi rationem spectes. Itaque voces et dictiones in iis adhibitae saepissime recurrunt in reliqua disputatione. Exemplum afferamus. Ex syllogismo, qui legitur in medio dialogo 476 E, discimus per *τὸ τὸν κολαζόμενον δύνασθαι* sive *ὠφελεῖσθαι* intelligendum esse *τὸ τὸν κολαζόμενον βελτίω γίγνεσθαι*. Hoc latuit scribas. Itaque ad *δύνασθαι* in 525 B adscripserunt *βελτίω γίγνεσθαι*. Qualia si semel deprehenderis, vulgo simul constructionem Atticam et omnino orationis Platonicae nitorem pessumdatum comperies [1]). Talia igitur, uti diximus, demum suspecta habere et emendare potuimus in reliquo sermone post syllogismorum inquisitionem institutam. Atque hoc usus specimen esto, quem ostendere volebam. Caetera ipse vide in loco, quem operae pretium est his subscribere, et confer annotationes in eum infra, ut reliqua argumenta audias, quibus docebo longe maximam partem supposititiam esse. Majusculis litteris scripta Platonem auctorem habere judico, minusculis librarios.

---

1) Sic optime vidit ex recentissimis interpretibus Kratz in 525 E inesse, quae Socratem secundum disputata in 473 dicentem facere non potuit Plato. Verum quidni, aliena manu semel deprehensa, ex reliqua dictione minime Platonica putidissimum emblema totum agnovit?

Gorg. 525 B. ΠΡΟCΗΚΕΙ ΔΕ ΠΑΝΤΙ ΤΩΙ ΕΝ ΤΙΜΩΡΙΑΙ ΟΝΤΙ

ὑπ᾽ ἄλλου ὀρθῶς τιμωρουμένῳ

Η ΟΝΙΝΑCΘΑΙ Η ΠΑΡΑΔΕΙΓΜΑΤΙ ΑΛΛΟΙC ΓΙΓΝΕCΘΑΙ. ΕΙCΙ

βελτίω γίγνεσθαι καὶ   *τοῖς*   *ἵν᾽ ἄλλοι ὁρῶντες πάσχοντα ἃ ἂν πάσχῃ φοβούμενοι βελτίους γίγνωνται.*

Δ ΟΙ ΩΦΕΛΟΥΜΕΝΟΙ ΟΙ ΑΝ ΙΑCΙΜΑ ΑΜΑΡΤΗΜΑΤΑ

τε καὶ δίκην διδόντες ὑπὸ
θεῶν τε καὶ ἀνθρώπων οὗτοι.

ΑΜΑΡΤΩCΙΝ· ΟΙ Δ ΑΝ ΤΑ ΕCΧΑΤΑ ΑΔΙΚΗCΩCΙ ΚΑΙ

ὅμως δὲ δι᾽ ἀλγηδόνων καὶ ὀδυνῶν γίγνεται
αὐτοῖς ἡ ὠφέλεια καὶ ἐνθάδε καὶ ἐν Ἅιδου·
οὐ γὰρ οἷόν τε ἄλλως ἀδικίας ἀπαλλάττεσθαι.

ΔΙΑ ΤΑ ΤΟΙΑΥΤΑ ΑΔΙΚΗΜΑΤΑ ΑΝΙΑΤΟΙ ΓΕΝΩΝΤΑΙ

ΕΚ ΤΟΥΤΩΝ ΤΑ ΠΑΡΑΔΕΙΓΜΑΤΑ ΓΙΓΝΕΤΑΙ *κτέ.*

Atque nunc locum Philebi 64 C inspicias, qui nullam dictionem communem habet cum argumentationibus syllogisticis in ipso dialogo obviis, sed Socratem simpliciter sermocinantem refert, ut qua syllogismis opitulantibus praeter illum locum ex Gorgia multos corruptos esse ostendemus et corrigemus, eadem ratione fere omnia scripta corrupta esse et corrigenda tibi appereat. Scribam locum eodem modo in sequente pagina. Si quis impostor post *καὶ τῆς οἰκήσεως* — *τῆς τοῦ τοιούτου* alterius *καὶ* opera alteram quamdam partem periodo affinxisset ex. gr. talem *ἵν᾽ οἰκεῖ καὶ τοῦτό που ηὑρηκέναι.* vel minime his studiis imbutum latere non posset. Quis enim est, qui non videat, vocibus *ἐπὶ τοῖς τἀγαθοῦ προθύροις ἐφεστάναι* exprimi ac nunc significari inventam esse *τὴν τοῦ ζητουμένου* (*τἀγαθοῦ*) *οἴκησιν*, hasque voces, in 61 B obvias, impostori ante oculos fuisse. Qui *δὲ* in syllogismo (Gorg. 460 C) inseruerunt, eosdem pudere non potuit hic *μὲν* de suo adddere, constructionem scilicet quamdam restituere conantes, postquam reliqua pessumdederunt. Ne quid dicam de ineptissimo illo *τοῦ τοιούτου* et de tota dicendi ratione Attico nostro prorsus indigna.

Phil. 64 C ΑΡ ΟΥΝ ΕΠΙ ΤΟΙϹ ΤΑΓΑΘΟΥ ΝΥΝ ΗΔΗ

μὲν

ΠΡΟΘΥΡΟΙϹ ΕΦΕϹΤΑΝΑΙ ΛΕΓΟΝΤΕϹ ΙϹΩϹ ΟΡΘΩϹ

καὶ τῆς οἰκήσεως τῆς τοῦ τοιούτου

ΑΝ ΤΙΝΑ ΤΡΟΠΟΝ ΦΑΙΜΕΝ;

Quam multa contra a librariis omissa sint, etiam manifestissime ex syllogismis *ἀμεταγράπτοις* conficitur. Vide ex. gr. 497 A et apud Xenophontem Memor. IV. 6, 5, quem locum quoque operae pretium est exhibere sic:

Οὐκοῦν οἵ γε τοῖς ἀνθρώποις καλῶς χρώμενοι καλῶς πράττουσι ΤΑΝΘΡΩΠΕΙΑ ΠΡΑΓΜΑΤΑ; *Εἰκός γ' ἔφη.*

Πῶς γὰρ οὔ; Οἱ ἄρ' ἀλλήλοις
ὡς δεῖ χρώμενοι καλῶς πράττουσι
ΤΑΝΘΡΩΠΕΙΑ ΠΡΑΓΜΑΤΑ.

Vide annotata ad 498 C. Plura verba sic sine codicum opera explere in locis, ubi non sunt syllogismi, longe difficillimum utique criticorum studiorum munus. Alii fortasse poterunt, ego fateor me non potuisse, nisi pauca quaedam, quae singula suo loco exhibebo. *Καὶ ταῦτα μὲν δὴ ταῦτα.*

Restat ut quaedam moneam de ratione, quam in hoc libello disponendo et conscribendo adhibui. Textum secutus sum editionis stereotypae Lipsiensis anni 1850. In hunc recepi emendationes quae indicantur in indice editionis Didotianae. Earum, si quae majoris momenti sint, suo cujusque loco nunc rationes reddam. Itaque plerumque retinui sigla ⌈ ⌉ et ⌊ ⌋, quibus rejicienda et inserenda ibi indicantur. Quoniam autem innumera mutanda essent in hac Gorgiae editione, potius nihil amplius ipse in tectu mutavi. Alii posthac editionem parantes recipiant mearum emendationum quas approbare potuerint. Emendationum praesertim in argumentationibus syllogisticis rationes reddens nonnulla fortasse uberius tractasse videbor. Verum quamquam argumentationes syllogisticas in Gorgia obvias fere omnes majusculorum litterarum opera, uti in mathematicis fieri solet, ita in brevissimo conspectu posui, ut quivis eas facillime perlustrare possit nihilque fere amplius desiderare, quo emenda-

tiones confirmentur, quum ex sic dispositis per se prodeant, satius tamen duxi interpretationem quamdam addere, quandoquidem vel copiosissime exposita in primo hujus critices specimine, quod anno 1862 edidi, a nonnullis non intelligebantur. Cujus rei testimonio est *εἰς τὸν ἀεὶ χρόνον* monumentum in diariis nostris ejusdem anni revera *θαυμασιώτατον*, quippe referens speciem quamdam judicii de illo specimine cum improbatione ab ipso pseudojudice manifesto non intellectorum. Ubertatem autem eam quodammodo compensasse me puto. Nimirum viri docti textum illustrantes atque emendantes vulgo multis rationibus a rebus tractandis aberrant. Primum enim magnam partem annotationum nominibus numeris et siglis nec non tumultuariis suis conjecturis complere solent. Tum etiam superiorum interpretum probabiles conjecturas suo quisque judicio perpendentes, si qua earum bona iis videatur, non dicam *κολακεύουσι*, sed non raro satis ample ejus auctorem laudibus efferunt, sin mala, gravius atque acerbius in ejus auctorem invehuntur, ad utrumque *εὐνοίᾳ* quadam *τῇ ἑαυτῶν* delapsi. Neque hunc igitur morem secutus sum, atque sic aequalibus parcere potui vulgo ineptiora disserentibus et venditantibus de Platone quam superiores interpretes. Praeterea facile in hac editione a nominibus abstinere potui, quod hanc nostram emendandi rationem nemo superiorum interpretum suscepit. In editione autem Didotiana anni 1856, quo tempore vix umbram quamdam harum rerum videbam, summa mihi fuit religio cujusque emendationis auctorem nominare. Itaque earum auctorum nomina desiderans adeat indicem istius editionis. Nam nemo Platonem cum tironibus lecturus ignorare potest omnium longe optime de ejus textu meritum Heindorfium Germanum, nostratium *τὸν τῶν πάλαι πάνυ* Valckenaerium et *τὸν τῶν νῦν* Cobetum, Anglos superioris aetatis Dobraeum et nostrae Badhamum — hos, dico, nemo Platonem auditoribus expositurus ignorare potest, etiamsi non nominatim citantur. Si quis autem est, qui forte scire cupiat, quorum codicum lectiones retulerim, is egregios Bekkeri apparatus inspiciat. In studiosae enim juventutis usum hanc editionem parans omnem doctrinae speciem cum iani illa pompa, in qua innumeri loci et editores citari et cumulari solent, juvenibus revera *φόβητρον*, quantum potui evitavi. Potius exegetici munere interdum functus sum falsis interpretatio-

nibus sanas opponens, quo clarius hae in oculos incurrant. Et textum emendaturus locorum sensum ita explorare conatus sum, ut corruptio quam clarissime appareat. Quod in tironum gratiam agenti quae harum rerum peritis simplicia et facillima videri possint nulloque exemplo aut argumento indigere saepe maxima negotia mihi facessisse fateor. Vide ex. gr. 452 A et D, 512 A, ubi exempla afferenda erant et argumenta, cur vox *ὑγίεια* expellenda sit, cur vox *ἄνοια* retinenda, cur *βιωτὸν μαθητὰ* pro *βιωτέον μαθήματα* reponenda, 474 A, ubi indicandum erat, cur et quomodo ironia in Socratis verbis insit. Et sic porro alia sexcenta.

Θαῦμ' ὅτι καὶ νῦν ἦνθες dicere nonnullos audire mihi videor opusculum hoc qualecunque tandem in lucem prolatum videntes. Imo ipse fere desperavi de ejus confectione. Adeo temporibus meis mutatis nihil otii mihi erat. Ac, si quid aliud, nostrum hoc studium subcesiva tempora requirit, quibus apud nos nullo prorsus honore fungens, *εἰ καὶ γελοιότερον εἰπεῖν*, omnium minime abundat, quippe honorarii ne *στριβιλικίγξ* quidem *ἀπὸ κοινοῦ* particeps, ideoque in tironum gratiam *ὅλας καὶ πάσας τὰς ἡμέρας* omnigenis negotiis ac nugis districtus, quae *τὴν ψυχὴν ὡς ἀληθῶς ναρκᾶν ποιεῖ*, solis nota iis, qui eadem conditione ac fato sunt vel fuerunt. At vero longum tamen abest, ut hanc meam vicem doleam. Μὰ *τὸν κύνα*, non queror. Rationem tantum quamdam reddere volui nunc demum editi libelli. Etenim eo ipso, quod raro tantum, nonnunquam post longissima temporis intervalla, ad criticam redeundi otium quoddam mihi erat et animus, accidit, ut eo avidior hujus studii quemque locum in quem inciderem, quamque argumentationem per se diligentius et accuratius persequerer et perlustrarem. Quo factum est, ut sensim ad hanc Platonen emendandi rationem pervenerim, quam in primo specimine et in hujus praefactonis exordio exposui. — Gorgiam tandem solum edens non sto promissis, fateor. Receperam quidem plures emendationes in Philebo, ubi opportune annotationibus hujus editionis inseri poterant, ne autem pretiosior fieret haec editio, omittere eas coactus sum et reservare novae Philebi editioni. Deo igitur volente etiam Philebum totum eadem critica perlustratum edere mihi in animo est.

Transeo ad ea, quae dialogorum editionibus praemitti solent. Atque primum in brevi conspectu ponam dialogum: deinde argumentum ejus exponere, et auctoris ipsius et dialogi consilium eruere conabor: tandem quo tempore habitus fingatur et quo scriptus fuerit inquiram.

GORGIAE CONSPECTUS.

Brevi in conspectu positurus dialogum diu haesitavi, quo modo hac in re versarer. Recentiores enim rerum ordinem clarius quidem ante oculos ponere, sed brevius tamen dialogos describere inceperunt, quam ut argumentandi et disputandi ratio et omnino totius dialogi partes facile in ejusmodi conspectu agnosci et intelligi possint. Antiquiores vulgo partium dispositionem fere nullam indicarunt: praeterquam quod in Latine descripta hujusmodi disputatione multa obscura sunt, vi saltem ea carent, qua Graece scripta nitent. Τὸ δὲ δὴ μέγιστον τόδε: tantam vim ipsae Graecae voces habent in Socraticam argumentationem atque disputationem, ut nusquam aliae, quamquam eadem vel fere eadem notio iis subjecta sit, pro adhibitis reponi possint. Mediam igitur quamdam viam ingressus ita dialogum breviter describere conatus sum, ut simul partium dispositio facile conspici posset, simul acuta et praeclara quaedam auctoris dicta genuinusque in his color, imprimis autem syllogismi et omnino argumentandi ratio, quoad ejus fieri potuit, referrentur et conservarentur. Quod assecutus mihi videor ipsa fere Graeca retinendo, omnia autem ea omittendo, quae philologiae et polylogiae dialecticae, ne dicam Platonicae, debentur. Itaque ea quoque Graeca, quae singulis capitibus et paragraphis inscripta videbis, ex ipsa quaque dialogi parte depromta sunt. Ubi autem quaedam occurrebant in media quadam parte ex obviis in alia lucem quamdam accipientia, haec suo quodque loco indicavi. Duas quaestiones, quamquam proprie a superius disputatis sejungi non possunt, seorsim exhibui (in Sect. II. Cap. I), quia maximi momenti sunt et Socrates eas tractans initium facit syllogismis suam disciplinam defendendi et demonstrandi. Primus enim syllogismus in Cap. I § 2

(460) est tanquam prodromus reliquorum, uti infra ostendemus. Caeterum syllogismi indicant ἀκμὴν et universae et cujusque disputationis deinceps a Socrate habitae primum cum Gorgia tum cum Polo et tandem cum Callicle: ita ut ex sic disposito dialogo facile et certo ejus argumentum confici possit. Ex capitum enim inscriptionibus statim apparet, capite III rem contineri, qua de agitur in hoc dialogo: quocirca inscribi posset totum sic: *De vera arte rhetorica sive politica.* Sed haec persequar ad dialogi argumentum describendum progressus, quum tamen ne bis eadem scribam syllogismos ipsos in annotationibus tantum relaturus sim. In hoc conspectu nihil de meo addere conabor.

CAPUT I—479 E.

Socrates disputat cum Gorgia — 466, qui λόγῳ (syllogistico) convincitur in 460 B: cum Polo — 479 E, qui λόγοις (syllogisticis) convincitur in 475 et 476—479.

Sectio I—473 D § 1. Τίς ἡ τῶν σοφιστῶν ῥητορικὴ secundum Gorgiam. § 2. Τίς ἡ ἀληθινὴ secundum Socratem. § 3. Τίς ἡ τῶν σοφιστῶν secundum Socratem. Sectio II. Τίς εὐδαίμων, τίς μή.

Sectio I—473 D.

§ 1—460 A.

Τίς ἡ τῶν σοφιστῶν ῥητορική secundum Gorgiam.

(in 448 C legitur specimen insigne dictionis sophistico-rhetoricae, etiam insignius in 452 E).

Gorgias artem suam esse ῥητορικὴν, fatetur, se ῥήτορα esse, sibique facultatem esse alios ῥήτορας reddendi — 449 D. Artem suam deinceps, Socrate sermonis semper duce, sic describit: ἡ ῥητορικὴ est ἐπιστήμη περὶ λόγους — 449 E, hi λόγοι sunt περὶ τὰ μέγιστα τῶν ἀνθρωπείων πραγμάτων i. e. τὸ μέγιστον τοῖς ἀνθρώποις ἀγαθὸν, quod αἴτιον ἅμα ἐλευθερίας αὐτοῖς ἅμα τοῦ ἄρχειν τῶν ἄλλων ἐν τῇ ἑαυτοῦ πόλει ἑκάστῳ — 452 D, et quod ipsum est τὸ πείθειν οἷόν τ' εἶναι τὰ πλήθη ἐν παντὶ πολιτικῷ συλλόγῳ — 452 E: itaque ἡ ῥητορικὴ est πειθοῦς δημιουργὸς

1) περὶ τῶν δικαίων τε καὶ ἀδίκων — 454 B (quae πειθὼ est πιστευτικὴ i. e. πίστιν παρεχομένη ἄνευ τοῦ εἰδέναι: itaque ῥήτωρ πιστευτικὸς, non διδασκαλικός — 455 A).

2) περὶ ἰατροῦ αἱρέσεως (haec πειθὼ est), περὶ τειχῶν οἰκοδομήσεως, περὶ ἁπάντων, atque ὁ ῥήτωρ semper νικᾷ τὴν γνώμην — 456 A, idque πρὸς ἅπαντας — 457 A;

cavendum autem ῥήτορι, ne ἀδίκως χρῆται τῇ ῥητορικῇ, quod etiam in suos discipulos cadere imprudens fatetur — 457 B, (interrumpitur disputatio 457 C—459 A);

reliquas (sic Gorgias pergit) res οὐδὲν δεῖ εἰδέναι τὸν ῥήτορα, μηχάνην δέ τινα πειθοῦς εὑρηκέναι, εἰδέναι autem δεῖ τί ἀγαθὸν τί κακόν, τί καλὸν τί αἰσχρόν, τί δίκαιον τί ἄδικον, atque haec etiam ejus discipulos μεμαθηκέναι δεῖ — 460 A.

§ 2—461 B.

Τίς ἡ ἀληθινὴ ῥητορικὴ sive τίς ὁ ὡς ἀληθῶς ῥήτωρ secundum Socratem.

Gorgiam postrema illa discipulos μεμαθηκέναι δεῖν καὶ εἰδέναι τὰ δίκαια καὶ τὰ ἄδικα imprudentem assensum Socrates obtundit et convincit λόγῳ (syllogismo), quo efficitur τὸν μεμαθηκότα τὰ δίκαια esse ἀεὶ δίκαιον, ita ut verus ῥήτωρ nunquam possit ἀδίκως χρῆσθαι τῇ ῥητορικῇ (confer 457 A—457 B). Verus igitur ῥήτωρ (sive veram rhetoricam exercens) necessario est δίκαιος et ἐπιστήμων τῶν δικαίων. Vide 508 C, ubi haec: τὸν μέλλοντα ὀρθῶς ῥητορικὸν ἔσεσθαι δίκαιον δεῖ εἶναι καὶ ἐπιστήμονα τῶν δικαίων, ὃ Γοργίας δι' αἰσχύνην ὡμολόγησε — 461 B. Itaque Gorgiae ῥητορικὴ ἄδικον πρᾶγμα ὂν nihili est, et τὸ ζητούμενον est fere contrarium ejus. Est vera rhetorica ea, quam qui exercet non esse δίκαιος non potest, neque ipse neque is quem eam docuerit.

§ 3—473 D.

Τίς ἡ τῶν σοφιστῶν ῥητορικὴ secundum Socratem.

Polus interrumpit disputationem reprehendens Gorgiam 461 B—462 B.

Socrates primum docet Gorgiam, τίς ἡ τῶν σοφιστῶν ῥητορική, deinde refutat Poli argutias.

A τίς ἡ τῶν σοφιστῶν ῥητορική. — 465 E.

ἄρτι ἐκ τοῦ λόγου περὶ τῆς ῥητορικῆς οὐδὲν καταφανὲς ἐγένετο τί ποτε Γοργίας ἡγεῖται — 463 A: ejus ἐπιτήδευμα οὐ τεχνικόν, secundum Socratem est ἐμπειρία τις χάριτός τινος καὶ ἡδονῆς ἀπεργασίας — 463 B: ἐπὶ δυεῖν πραγμάτοιν

τῇ ψυχῇ et τῷ σώματι

sunt duae τέχναι

ἡ πολιτικὴ et ἡ .....?

cujus utriusque bina μόρια

δικαστικὴ et νομοθετικὴ (Cf. 520 B) γυμναστικὴ et ἰατρικὴ

horum μορίων sunt quatuor εἴδωλα.

ῥητορικὴ et σοφιστικὴ κομμωτικὴ et ὀψοποιική.

quatuor illa μόρια sunt παρασκευαὶ γιγνώσκουσαι ὅ τι ἀγαθὸν καὶ ὅ τι κακὸν, ἀεὶ θεραπεύουσαι πρὸς τὸ βέλτιστον: quatuor autem illa εἴδωλα, quaè sunt totidem partes τῆς unius κολακευτικῆς, sunt παρασκευαὶ ἀγνοοῦσαι ὅ τι ἀγαθὸν ὅ τι κακόν, μεχρὶ ἡδονῆς, πρὸς τὸ ἥδιστον. 464 C (500 B, 513 D). Itaque ἡ ῥητορικὴ (ἡ τῶν σοφιστῶν) non est τέχνη, sed κολακεία, ἄλογον πρᾶγμα, et ejus professores (466 E) νοῦν οὐκ ἔχουσι — 465 E.

B Poli argutiae refutantur — 473 D.

a) οἱ ῥήτορες, secundum Polum, non ὡς κόλακες φαῦλοι sed μέγιστον δύνανται ἐν ταῖς πόλεσιν, ὥσπερ τύραννοι, ἀποκτιννύασιν ἐκβάλλουσιν etc. ὃν ἂν βούλωνται — 466 B. Socrates respondet: τὸ μέγα δύνασθαι est ἀγαθὸν et nemo βούλεται facere τὰ κακὰ, quod assenso Polo demonstrat illa ἀποκτιννύναι etc. esse κακὰ adhibens λόγον qui nititur trilemmate hoc: nihil esse τῶν ὄντων quod non sit ἢ ἀγαθὸν ἢ κακὸν ἢ οὔτ' ἀγαθὸν οὔτε κακόν. Unde efficitur τὸ ἀποκτιννύναι etc. non pertinere ad ἀγαθὰ, neque igtiur esse μέγα δύνασθαι, quod ἀγαθὸν esse Polus concesserat — 468 E. Conf. 510.

b) Polus provocat ad omnium hominum sententiam et judicium. ζηλωτὸς (porro dicit) ὁ ἀποκτιννὺς ὃν ἂν δοκῇ, ζηλωτὸς et εὐδαίμων ὁ τύραννος, μέγας βασιλεὺς, Ἀρχέλαος. ἄθλιος autem ὁ ἀδίκως ἀποθνήσκων. ὁ τυραννίδι ἐπιβουλεύων διαφυγὼν (i. e. μὴ δοὺς δίκην) εὐδαιμονέστερος quam ληφθεὶς (i. e. δοὺς δίκην). Socrates ad prius respondet τὸν ἀδίκως ἀποκτιννύντα ἀθλιώτερον τοῦ ἀδίκως ἀποθνήσκοντος: ad ultimum δυεῖν ἀθλίοιν οὐδέτερον esse posse εὐδαιμονέστερον: prioris causa hanc thesin ponit, τὸ ἀδικεῖν τοῦ ἀδικεῖσθαι μεῖζον κακόν: posterioris causa hanc, τὸ ἀδικοῦντα μὴ διδόναι δίκην μεῖζον κακὸν τοῦ διδόναι δίκην (479 E), utramque thesin comprobaturus λόγοις (syllogismis) — 473 D.

Sectio II—479 E.

Τίς εὐδαίμων, τίς μή (472 C).

Socrates pergit disputare cum Polo, qui convincitur λόγοις in 475 et 476—479.

A Πότερον κάκιον τὸ ἀδικεῖν ἢ τὸ ἀδικεῖσθαι. Polus τὸ ἀδικεῖν αἴσχιον, non κάκιον dicit, nam non ταὐτὸν esse αἰσχρὸν et κακόν, καλὸν et ἀγαθόν. Socrates hoc trilemma adhibens (475 C), τὸ αἴσχιον ἢ λύπῃ ἢ κακῷ ἢ ἀμφοτέροις ὑπερβάλλον αἴσχιον, Polum convincit λόγῳ, quo efficitur τὸ αἰσχρὸν = τὸ κακόν: τὸ ἀδικεῖν igitur et αἴσχιον et κάκιον — 476.

B Πότερον μεῖζον κακὸν τὸ ἀδικοῦντα διδόναι δίκην ἢ τὸ μὴ διδόναι. Polo assenso τὰ δίκαια esse = τὰ καλὰ (476 B) Socrates probat λόγῳ, τὸ διδόναι δίκην esse δίκαια = καλὰ = ἀγαθὰ (secundum 474 E et 475 A) πάσχειν — 477: si ἀγαθὰ, κακίας (= ἀδικίας) ἀπαλλάττεσθαι τὸν δίκην διδόντα negari non potest: sed secundum Polum ψυχῆς κακία αἴσχιστον, non tamen κάκιστον: Socrates trilemmatis opera ejusdem, quod in 475 C adhibuit, demonstrat λόγῳ in 477 D, illud etiam κάκιστον; quod si est κάκιστον, et si δίκη est κάλλιστον i. e. πλείστην ποιοῦσα ὠφέλειαν,

1) ὁ μὴ ἔχων illud μέγιστον κακὸν i. e. ψυχῆς πονηρίαν (= ὁ μὴ ἀδικῶν = ὁ δίκαιος) est εὐδαιμονέστατος.

2) ὁ ἔχων illud (= ὁ ἀδικῶν) ἄθλιος, sed
- a) ὁ ἀπαλλαττόμενος ejus (= ὁ δίκην διδοὺς) δεύτερος.
- b) ὁ μὴ ἀπαλλαττόμενος ejus (= ὁ μὴ διδοὺς δίκην) ἀθλιώτατος (κάκιστα ζῇ).

Ergo A ὁ ἀδικῶν τοῦ ἀδικουμένου ἀθλιώτερος (= τὸ ἀδικεῖν κάκιον τοῦ ἀδικεῖσθαι).

B ὁ μὴ διδοὺς δίκην τοῦ διδόντος ἀθλιώτερος (= τὸ ἀδικοῦντα μὴ διδόναι δίκην μεῖζον κακὸν τοῦ διδόναι) — 479 E.

Quae duo demonstranda susceperat Socrates in fine Sect. I. Ultimum in 2) b) per se πάντων μέγιστον κακῶν (509 B).

CAPUT II—481 C.

Τίς χρεία τῆς ῥητορικῆς.

Socrates pergit disputare cum Polo.

Si vera disputata in Cap. II, ἡ ῥητορικὴ οὐ χρήσιμος ἐπὶ τὸ ὑπερ-

ἀπολογεῖσθαι ὑπὲρ ἀδικίας: sed contra κατηγορητέον αὐτοῦ, parentum, amicorum etc., si ipse aut horum quis ἀδικήσῃ, ὡς δῷ δίκην ut ἀπαλλάττηται ἀδικίας (480), si vero quis ἐχθρὸς ἄλλον (nam cuique ipsi cavendum, ne ab inimico injuriam accipiat) ἀδικήσῃ, παντὶ τρόπῳ παρασκευαστέον ὅπως μὴ δῷ δίκην — 481 B.

Itaque οὐ μεγάλη ἡ χρεία τῆς ῥητορικῆς τῷ γε μὴ μέλλοντι ἀδικεῖν, εἰ δὴ καὶ ἔστι τις χρεία· ὡς ἔν γε τοῖς πρόσθεν οὐδαμοῦ ἐφάνη οὖσα — 481 C. Callicles sermonem suscipiens dicit εἰ ταῦτ' ἀληθῆ — πάντα τἀναντία πράττομεν ἢ ἃ δεῖ — 481 C.

CAPUT III—519.

Socrates disputat cum Callicle, qui λόγοις ἐπιστομίζεται in 495 C—499 B. Socrates argumentatur solus (peroratio quaedam) 506 C—509 C.

§ 1. Πῶς (492 D) βιωτέον (secundum veram rhetoricam). § 2. Τίνα (500 C) χρὴ τρόπον ζῆν, πότερον τὸν ἐν φιλοσοφίᾳ βίον ἢ τὸν τοῦ πολιτευομένου, τοῦ ῥήτορος. § 3. Τίς παρασκευὴ opus ad τὴν ἀληθινὴν πολιτικὴν sive ῥητορικήν.

§ 1.

Πῶς βιωτέον — 500.

(confer. § 2. 506 C—509 C et § 3. 511 B et 512 E.)

(In 482 C—486 D continetur exemplum luculentissimum σοφιστικῆς ῥητορευούσης scatens revera σεμνῶν quidem λέξεων sed ἐννοιῶν ἐπιπολαίων et κενῶν, ἀσυνδέτως et tantum non πρὸς κόρον cumulatarum, ut ipsis fere verbis utar scholiastae aliorumque posterioris aetatis Graecorum scriptorum, de sophistica rhetorice judicium qui tulerunt).

Callicles interrumpit disputationem reprehendens Polum, quod (in 474 C) Socrati concesserat, τὸ ἀδικεῖν αἴσχιον τοῦ ἀδικεῖσθαι 481 D—482 D: deinde graviter in Socratem invehitur, quod τὸ ἀδικεῖν, a Polo αἴσχιον dictum κατὰ νόμον, etiam κάκιον esse demonstraverat κακουργῶν ἐν τοῖς λόγοις, ἐάν τις κατὰ νόμον λέγῃ, κατὰ φύσιν ὑπερωτῶν, et contra: nam φύσει (sive κατὰ φύσιν) demum αἴσχιον ὅπερ καὶ κάκιον: τὸ ἀδικεῖσθαι est ἀνδραπόδου (ergo φύσει αἴσχιον τοῦ ἀδικεῖν) — 483 B, φύσει enim τὸ δίκαιον hoc est, τὰ τῶν χειρόνων καὶ ἡττόνων esse τοῦ βελτίονος καὶ κρείττονος: hunc πλέον ἔχειν δεῖ illis, hunc illis imperare, hic βίᾳ utitur κατα-

πατῶν τοὺς νόμους, οὓς οἱ ἀσθενεῖς et οἱ πολλοὶ τίθενται, ne ille αὐτῶν πλέον ἔχῃ. quare etiam hoc αἰσχρὸν et ἄδικον dicunt esse, et τὸ πλέον ἔχειν = τὸ ἀδικεῖν etc. — 484 C, quibus deinceps uberius expositis objurgat Socratem, ut τὸ φιλοσοφεῖν ἐάσας — φιλοσοφίας γὰρ ὅσον παιδείας χάριν καλὸν μετέχειν — τὰ πολιτικὰ gerat, ut sibi ipse possit βοηθεῖν, se ἐκ δικαστηρίου ἐκ θανάτου σώζειν. quam objurgationem tandem claudit mordaci hoc dicto: τὸν δὴ τοιοῦτον (φιλόσοφον) — ἔξεστιν ἐπὶ κόρρης τύπτοντα μὴ διδόναι δίκην — 486 D.

Post interruptam disputationem — 488 B Socrates Calliclem, qui

1° suum βελτίων καὶ κρείττων (484 C) nunc interpretatur per ἰσχυρότερος, sic refutat: τὰ τῶν πολλῶν, sine dubio ἰσχυροτέρων (= κρειττόνων κατὰ φύσιν) τοῦ ἑνός, νομιμὰ (νόμοι 484 A) κατὰ φύσιν sunt καλά, quippe βελτιόνων ὄντων secundum ipsum Calliclem. Ergo τὸ ἀδικεῖν non tantum νόμῳ, sed etiam φύσει αἴσχιον — 489 C. Calliclem

2° idem βελτίων καὶ κρείττων interpretantem per φρονιμώτερος, sic refutat Socrates: φρονιμώτερος potest esse ἀσθενέστατος omnium ita ut φύσει damnum accipiat ἐκ τοῦ πλέον ἔχειν v. c. σιτίων saltem et ποτῶν — 490 C. Callicles

3° idem βελτίων καὶ κρείττων dicit = φρόνιμος εἰς τὰ τῆς πόλεως πράγματα et ἀνδρεῖος, cujus est κατὰ φύσιν imprimis ἄρχειν τῶν πόλεων, τῶν ἄλλων — 491 B. Socrates autem nunc transilit refutationem instituens quaestionem hanc:

> Utrum istum (φρόνιμον) etiam αὐτὸν ἑαυτοῦ δεῖ ἄρχειν i. e. τῶν ἐν ἑαυτῷ ἐπιθυμιῶν (Confer. 506 C—509 C).

Callicles vehementer adversatur (quocum hic—500 summum est certamen Socrati) contendens τοῦτ' esse τὸ κατὰ φύσιν καλὸν καὶ δίκαιον, uno verbo, τοῦτ' esse τὴν ἀρετήν, τὸ τὰς μὲν ἐπιθυμίας τὰς ἑαυτοῦ ἐᾶν ὡς μεγίστας εἶναι καὶ μὴ κολάζειν, ταύταις δ' ἱκανὸν εἶναι ὑπηρετεῖν i. e. ἑτοιμάζειν ἁμόθεν γε πόθεν πλήρωσιν, quod ἀδύνατον τοῖς πολλοῖς· ὅθεν ψέγουσι τοὺς τοιούτους — ἄθλιοι γίγνονται οἱ ἄνθρωποι ὑπὸ τοῦ καλοῦ τοῦ τῆς δικαιοσύνης καὶ τῆς σωφροσύνης etc. τρυφὴ (sic pergit Callicles) καὶ ἀκολασία καὶ ἐλευθερία, ἐὰν ἐπικουρίαν ἔχῃ, est ἀρετή τε καὶ εὐδαιμονία — 492 D: deinde ad Socratis dictum, τὸ μηδενὸς δεῖσθαι esse εὐδαίμονος, respondet

οἱ λίθοι ἂν οὕτω γε et οἱ νεκροὶ εὐδαιμονέστατοι essent; Socrati porro comparanti τὸν ἀπλήστως ἔχοντα βίον τῷ τῶν φορούντων ἐν Ἅιδου εἰς τὸν τετρημένον πίθον ὕδωρ fere concedit τὸν κόσμιον τοῦ ἀκολάστου esse εὐδαιμονέστερον — 493 D: conferenti autem τὸν κόσμιον sive σώφρονα τῷ πληρωσαμένῳ τοὺς πίθους ἡσυχίαν ἔχοντι respondet τῷ πληρωσαμένῳ οὐκέτ' ἔστιν ἡδονὴ οὐδεμία μήτε χαίροντι ἔτι μήτε λυπουμένῳ, sed τὸ ἡδέως ζῆν est ἐν τῷ ὡς πλεῖστον ἐπιρρεῖν. Socrates nunc acerbe ei reponit χαραδρίου βίον λέγεις οὐ λίθου, cum sic magna fiant necesse sit τὰ τρήματα ταῖς ἐκροαῖς — 494 B. Callicles tamen pergit contendere, εὐδαιμονίαν esse τὸ ἔχοντα τὰς ἐπιθυμίας δύνασθαι πληροῦν ex. gr. τὸ πεινῆν καὶ πεινῶντα ἐσθίειν, quibus Socrates suggerit istud illi simile τὸ κνησιῶντα ἀφθόνως ἔχειν τοῦ κνῆσθαι, ut appareat quam falsa sit thesis haec: τὸν χαίροντα ὅπως ἂν χαίρῃ εὐδαίμονα εἶναι. Quare secundum Socr. definiendum ὁποῖαι τῶν ἡδονῶν ἀγαθαὶ καὶ κακαί — 495. Petit igitur placitorum horum falsam hypothesin ab adversariis arreptam τὸ ἡδὺ = τἀγαθόν, τὸ ἀνιαρὸν = τὸ κακόν, secundum quam omnes omnino ἡδοναὶ = ἀγαθά, λῦπαι = κακά — 495 B. Contumacem tandem λόγοις aggreditur. Redit igitur nunc ad ea, quae Callicles dixerat in 490 C—491 B τὸ βελτίων et κρείττων = φρόνιμος (= ἐπιστήμων) et ἀνδρεῖος, atque sic orditur argumentationem (quod fit interrogando): secundum Calliclem ἡδὺ et ἀγαθὸν est ταὐτὸν (495 A), porro ἐπιστήμη et ἀνδρεία sunt res diversae (495 C): jam si et ἀνδρεία et ἐπιστήμη ἕτερον est ἡδονῆς, utrumque ἀλλήλοιν et necessario etiam τἀγαθοῦ ἕτερον, i. e. A = B, quae igitur non = A, ea neque = B. Callicles non convincitur: Socrates igitur hanc argumentationem instituit, ἡ εὐδαιμονία et ἡ ἀθλιότης, τὰ κακὰ et τἀγαθὰ non simul adsunt — 496, τῶν tamen πεινῶντα ἐσθίειν prius (494 B) τὸ πεινῶντα est = ἀνιαρὸν (= κακόν), τὸ ἐσθίειν = ἡδὺ (= ἀγαθόν), et utrumque simul adest, atque sic omnes ἡδοναὶ et λῦπαι simul adsunt: unde efficitur τὸ ἡδὺ non esse = τἀγαθόν, τὸ ἀνιαρὸν non = τὸ κακόν — 497 D. Callicles nondum convictus ἐπιστομίζεται duplici λόγῳ, quo omnino ad absurda delabi ostenditur qui ἡδέα = ἀγαθὰ judicet — 499 B. Sunt igitur ἡδοναὶ et λῦπαι ἀγαθαὶ (= ὠφέλιμοι) et κακαὶ (= βλαβεραί): illas αἱρετέον et πρακτέον, nam τῶν ἀγαθῶν ἕνεκα τἄλλα πάντα πρακτέον (468), itaque etiam τὰ ἡδέα, non contra — 500.

Ex his nemo non facile conficit, secundum Socratem βιωτέον

δικαίως et σωφρόνως ei, qui velit εὐδαιμόνως ζῆν. Conferantur tamen hujus capitis § 2 et 3 sive 505 C—508 et 512—513.

§ 2.

Τίνα χρὴ τρόπον ζῆν, πότερον (500 C) τὸν ἐν φιλοσοφίᾳ βίον ἢ τὸν τοῦ πολιτευομένου, ὥσπερ οἱ νῦν ῥήτορες — 509 C.

Ποῖα τῶν ἡδέων ἀγαθὰ ποῖα κακὰ dignoscere est τεχνικοῦ i. e. ῥήτορος ἐπιστήμονος, νοῦν ἔχοντος (461 B), στοχαζομένου τοῦ βελτίστου (502 B): non est τῆς τῶν σοφιστῶν ῥητορικῆς, sunt enim ἐπιτηδεύσεις ἐσκεμμέναι τὴν ἡδονὴν μόνον τῆς ψυχῆς, qualis ἡ αὐλητική, aliae, inter quas ἡ τῆς τραγῳδίας ποίησις, cui si ademeris μέλος, ῥυθμὸν et μέτρον, ἡ τῶν σοφιστῶν ῥητορικὴ ei simillima — 503, et revera nullus est ῥήτωρ, qui τοῦτο παρασκευάζει, ὅπως ὡς βέλτισται ἔσονται αἱ τῶν πολιτῶν ψυχαί, qui λέγει πρὸς τὸ βέλτιστον, neque fuit talis ῥήτωρ. Callicles neminem recentiorum, sed superiorum tanquam bonos ῥήτορας laudat Themistoclem, Cimonem, Miltiadem, Periclem. Socrates vehementer negat hos bonos ῥήτορας fuisse, nisi ἀληθὴς ἀρετὴ ducenda sit τὸ τὰς ἐπιθυμίας ἀποπιμπλάναι καὶ τὰς αὑτοῦ καὶ τὰς τῶν ἄλλων, quae falsa Calliclis sententia jam supra in § 1 refutata — 503 D: bonus ῥήτωρ est quasi δημιουργὸς τῶν τῆς ψυχῆς τάξεων καὶ κοσμήσεων, quae sunt σωφροσύνη et δικαιοσύνη. quidquid dicat aut agat ὁ τεχνικὸς ῥήτωρ, πρὸς τοῦτ' ἀεὶ τὸν νοῦν ἔχει, ut hae duae et reliquae virtutes αὐτοῦ τοῖς πολίταις ἐν ταῖς ψυχαῖς ἐγγίγνωνται, ἀδικία vero et ἀκολασία et reliqua vitia ἀπαλλάττωνται (concedit Callicles) — 504 E: εἴργειν δεῖ ἀφ' ὧν ἐπιθυμεῖ et ψυχὴν et σῶμα, si πονηρὰ sint, quod cum sit κολάζειν, τὸ κολάζεσθαι (ἡ σωφροσύνη) melius quam ἡ ἀκολασία (492) Callicles recusat respondere — 505 C.

Socrates solus argumentatur inde a 506 C—509 C.

Primum τὸν λόγον (491 D) ἀναλαβὼν ab hypothesi τὸ ἡδὺ καὶ τἀγαθὸν οὐ ταὐτὸν profectus aperit tandem totius hujus disputationis (cum Callicle 491—500 in § 1 hujus capitis) finem, qui huc redit: homines δικαιοσύνης et σωφροσύνης (quia ἀγαθὰ sunt) κτήσει sunt εὐδαίμονες, κακίας vero i. e. ἀδικίας et ἀκολασίας κτήσει sunt ἄθλιοι: ἀκολασίαν igitur φευκτέον, σωφροσύνην διωκτέον καὶ ἀσκητέον —, οὗτος ὁ σκόπος πρὸς ὃν βλέποντα δεῖ ζῆν καὶ πάντα εἰς τοῦτο τὰ αὑτοῦ συντείνοντα καὶ τὰ τῆς πόλεως,

ὅπως δικαιοσύνη παρέσται καὶ σωφροσύνη τῷ μακαρίῳ μέλλοντι ἔσεσθαι — 508 B. qui λόγος, si verus, simul confirmat quae Polum docuerat in Cap. II (480 et 481 B) et in Cap. I. Sect. II A (474 B—476), et Gorgiam in Cap. I. Sect. I. § 2 (460 A—461 B)—508 C.

Porro Socrates a sua thesi τὸ ἀδικεῖν τοῦ ἀδικεῖσθαι αἴσχιον καὶ κάκιον, a thesi sua τὸ ἀδικοῦντα μὴ διδόναι δίκην πάντων μέγιστον κακῶν, quae ἀδαμαντίνοις λόγοις (syllogisticis) supra sunt δεδεμένα, — ab his thesibus profectus ostendit 1° τὸ τύπτειν ἐπὶ κόρρης et ὁτιοῦν ἀδικεῖν (483 et 486) τῷ ἀδικοῦντι καὶ αἴσχιον καὶ κάκιον εἶναι ἢ τῷ ἀδικουμένῳ — 509.

2° αἰσχίστην esse βοήθειαν (485 et 486) non posse βοηθεῖν ἑαυτῷ i. e. non posse ἀποτρέπειν illud μέγιστον κακὸν (μεγίστην βλάβην, ἀδικίαν), καλλίστην autem esse δυνατὸν εἶναι ἐπὶ τὸ μέγιστον κακὸν βοηθεῖν (522 C)—509 C.

Ex his omnibus facile colligitur, vitae veram rhetoricen profitentis postponendam esse vitam rhetoricen sophisticam profitentium, quippe omnino negligentium justitiam, temperantiam reliquamque virtutem in summum damnum et suum et aliorum et universae civitatis.

§ 8.

Τίς παρασκευὴ opus ad τὴν ἀληθινὴν πολιτικὴν sive τὴν ἀληθινὴν ῥητορικὴν — 519 A.

Παρασκευαστέον δύναμίν τινα καὶ τέχνην ἐπὶ τὸ μὴ ἀδικεῖν et τὸ μὴ ἀδικεῖσθαι: quod Socratis dictum vehementer arridet Callicli (Cap. I. § 3 B.a): Socrates porro ostendit, τὸ μὴ ἀδικεῖσθαι quidem comparare posse sibi eum, qui operam det, ut ὅτι μάλισθ' ὅμοιος sit τῷ ἄρχοντι, τῷ δεσπότῃ etiam ἀδικοῦντι, huic ὑποκείμενος etc., τὸ μὴ ἀδικεῖν autem (τὸ ἀδικεῖν evitandum ut majus malum) minime, cum διὰ τὴν μίμησιν τοῦ δεσπότου καὶ δύναμιν contra οἷός τ' ἔσται ὡς πλεῖστ' ἀδικεῖν, καὶ ἀδικοῦντα μὴ διδόναι δίκην. Callicles adversatur idem quod supra proferens ὅτι οὗτος ὁ μιμούμενος τὸν μὴ μιμούμενον ἀποκτενεῖ: at πονηρὸς ὢν ἀγαθὸν ὄντα (respondet Socrates) minime ἀγανακτοῦντα propterea, nam ὁ νοῦν ἔχων non τοῦτο παρασκευάζεται ὡς πλεῖστον χρόνον ζῆν neque μελετᾷ τὰς ἐκ κινδύνων σωζούσας τέχνας, neque igitur τὴν ῥητορικὴν τὴν ἐν δικαστηρίοις διασῴζουσαν (quacum deinde comparat τὴν κυβερνητικὴν aliasque τέχνας τοῦ σῴζειν ἕνεκα πεποιημένας),

sed ὁ ὡς ἀληθῶς ἀνὴρ τοῦτο σκοπεῖ ac παρασκευάζεται, ὡς ἄριστα ζῆν — 513. Si quis igitur velit Athenis μέγα δυνάμενος ὡς ὀλίγιστ' ἀδικεῖσθαι et ὡς πλεῖστ' ἀδικεῖν, is τῷ 'Αθηναίων δήμῳ ὡς ὁμοιότατος exstiterit necesse est: qui ὁμοιότατος ei, is demum γνήσιόν τι εἰς φιλίαν τοῖς 'Αθηναίοις potest ἀπεργάζεσθαι, is πολιτικὸς et ῥητορικός· τῷ αὐτῶν γὰρ ἤθει λεγομένων τῶν λόγων ἕκαστοι χαίρουσιν, τῷ δ' ἀλλοτρίῳ ἄχθονται: verum secundum his proxime praemissa, αὕτη ἡ αἵρεσις ταύτης τῆς δυνάμεως τῆς ἐν τῇ πόλει σὺν τοῖς φιλτάτοις ἔσται: Callicles laudat haec, attamen Socrati πείθεσθαι se non posse ait — 513 C. Socrates igitur repetens argumentum ex 463, 464, 500—508 al. secundnm alteram παρασκευὴν τὴν πρὸς τὸ βέλτιστον οὕτως ἐπιχειρητέον dicit τῇ πόλει — ante omnes reliquas εὐεργεσίας (πλοῦτον ἀρχὴν δύναμιν) — ὡς βελτίστους αὐτοὺς τοὺς πολίτας ποιοῦντα i. e. τὴν διάνοιαν αὐτῶν — 514 A: quemadmodum igitur aliam quamdam artem ex. gr. τὴν οἰκοδομικὴν, τὴν ἰατρικὴν publice professuro primum privatim unum et alterum artis suae specimen edendum, sic etiam ὁ τὰ τῆς πόλεως πράξων τῶν πολιτῶν τινα βελτίω πεποιηκέναι debet ἰδιωτεύων ἔτι πρὶν δημοσιεύειν ἐπιχειρεῖν. nam vero politico τοῦτο ἐπιμελητέον, ὅπως ὅτι βέλτιστοι οἱ πολῖται ὦσιν — 515 C. Jam, si haec vera, apparet Periclem Cimonem al. non ἀγαθοὺς τὰ πολιτικὰ fuisse, neque bonos ῥήτορας, nam πολιτευόμενοι χείρους reddiderunt 'Αθηναίους et ἀγριωτέρους etiam εἰς αὐτούς, nam αἰσχρὰν δίκην αὐτῶν κατεψηφίσαντο οἱ 'Αθηναῖοι: neque igitur hi, si ῥήτορες ἦσαν, τῇ ἀληθινῇ ῥητορικῇ ἐχρῶντο, οὐ γὰρ ἂν ἐξέπεσον, neque τῇ κολακικῇ: neminem igitur Athenis ἀγαθὸν τὰ πολιτικὰ fuisse, sicuti jam in 503 B in § 2 hujus capitis, etiam hic contendit — 517 A. Callicles nondum recte intelligere videtur quae Socrates et nunc et in 500—509 disputat: relabens enim iterum ad ea, quae sunt τῆς παρασκευῆς τῆς πρὸς τὸ ἥδιστον illos tamen ait τείχεσι, νεωρίοις al. μεγάλην πεποιηκέναι τὴν πόλιν. Socrates non negat eos διακονικωτέρους τῶν γε νῦν fuisse et etiam μᾶλλον οἵους τ' ἐκπορίζειν τῇ πόλει ὧν ἐπεθύμει, sed hoc ipsum est quod non decet facere ἀγαθὸν πολίτην, cujus hoc μόνον ἔργον est, ἀμείνους ποιεῖν τοὺς πολίτας: διττὴ enim ἡ πραγματεία, quarum (altera = παρασκευὴ πρὸς τὸ βέλτιστον) altera ἡ διακονικὴ (= παρασκευὴ πρὸς τὸ ἥδιστον) omnino improbanda; quatuor igitur viri a Callicle laudati urbem ὕπουλον reddiderunt (illos ἐγκωμιάσουσι ὅταν ἔλθῃ ἡ καταβολὴ τῆς ἀσθενείας 519 A, ubi

sic pergit Socrates *σοῦ* (Calliclis) *δ' ἴσως ἐπιλήψονται — καὶ τοῦ ἐμοῦ ἑταίρου 'Αλκιβιάδου*): *παλαιοὶ* igitur illi politici quam longissime aberrarunt a boni politici officio, *ἄνευ γὰρ σωφροσύνης* et *δικαιοσύνης λιμένων, τειχῶν — καὶ τοιούτων φλυαριῶν ἐμπεπλήκασι τὴν πόλιν* — 519 A.

Haec igitur *παρασκευὴ* opus est cuique homini, bono civi futuro, et privatam vitam viventi et publicam victuro et viventi: exercitatio *τοῦ πράττειν* et *λέγειν ἐπὶ τὸ δίκαιον πρὸς τὸ βέλτιστον*, eo consilio, quod in § 1 hujus capitis ostenditur et deinde saepius repetitur.

CAPUT IV—521.

Socrates pergit disputare cum Callicle usque ad dialogi finem.

Οἱ πολιτικοὶ et *οἱ ῥήτορες* (*δημηγόροι*) et *οἱ σοφισταὶ ταὐτόν*. (465 C, 519 C).

Hi omnes *ταὐτὸν ἢ ἐγγύς τι*: queruntur enim pariter omnes et *μέμφονται τούτῳ τῷ πράγματι* (*δημηγόροι πόλει σοφισταὶ μαθηταῖς*), *ὃ αὐτοὶ παιδεύουσι, ὡς πονηρόν ἐστιν εἰς σφᾶς*. Confitentur *ἀδικίαν* in se eorum, quos ipsi docuerint et *δικαίους* i. e. meliores reddiderint, quod facientes ipsi arguunt suum *ἐπιτήδευμα* non esse artem sed *ἄλογον πρᾶγμα*, non *ἀληθινὴν πολιτικὴν* neque *ἀληθινὴν ῥητορικὴν*, seque ipsi *αἰτιῶνται ὅτι οὐδὲν ὠφελήκασιν οὕς φασιν ὠφελεῖν*: si quis enim *ἀφαιρεῖ τὴν ἀδικίαν, οὐδὲν δεινὸν αὐτῷ, μή ποτ' ἀδικηθῇ ὑπ' ἀφαιρεθέντος τὴν ἀδικίαν* —: si quis docuerit *ὅντιν' ἄν τις τρόπον ὡς βέλτιστος εἴη καὶ ἄριστα τὴν αὑτοῦ οἰκίαν διοικοίη ἢ πόλιν*, est haec *μόνη τῶν εὐεργεσιῶν*, quae *τὸν εὖ παθόντ' ἐπιθυμεῖν ποιεῖ ἀντ' εὖ ποιεῖν*, ita ut *καλὸν* sit *σημεῖον*, si *ὁ εὖ ποιήσας ταύτην τὴν εὐεργεσίαν* non *ἀντ' εὖ πείσεται* — 521 A.

CAPUT V—521 D.

'Επὶ ποτέραν τῆς πόλεως θεραπείαν
Callicles *παρακαλεῖ* Socratem.

Callicles (sicuti in 513 C) neque nunc Socrati *πείθεται*, et *παρακαλεῖ* eum non ad *τὴν θεραπείαν τὴν τοῦ διαμάχεσθαι τοῖς 'Αθηναίοις ὅπως ὡς βέλτιστοι ἔσονται*, sed ad *τὴν κολακικὴν ῥητορικὴν* sive ad *τὸν τοῦ πολιτευομένου* (*τοῦ ῥήτορος*) *βίον* (500 C, 526 E), ne qua injuria, ne morte ab iis afficiatur. Socrates non negat hanc sortem sibi fortasse impendere, se autem, si in judicium rapiatur, certo scire dicit *ὅτι — πονηρός τίς με ἔσται*

ὁ εἰσάγων· οὐδεὶς γὰρ ἂν χρηστὸς μὴ ἀδικοῦντ' ἄνθρωπον εἰσαγάγοι — 521 D.

CAPUT VI—526 D.

Οὐδὲν ἄτοπον εἰ Σωκράτης ἀποθάνοι. Μῦθος περὶ τῶν ἐν Ἅιδου δικῶν. Ποῖόν τι ἐξ αὐτοῦ, ὡς ἀληθοῦς λόγου ὄντος, Σωκράτης λογίζεται συμβαίνειν.

Διότι προσδοκᾷ Socrates se morti traditum iri ipse Callicli aperit dicens οἶμαι μετ' ὀλίγων Ἀθηναίων vel μόνος fere ἐπιχειρεῖν τῇ ὡς ἀληθῶς πολιτικῇ τέχνῃ, τὰ πολιτικὰ πράττειν μόνος τῶν νῦν Ἀθηναίων· πικροὺς οὖν ἀεὶ λόγους λέγων ἢ ἰδίᾳ ἢ δημοσίᾳ (522 B) πρὸς τὸ βέλτιστον οὐχ ἔξω ὅ τι λέγω ἐν τῷ δικαστηρίῳ; κρινοῦμαι ὡς ἐν παιδίοις (464) ἰατρὸς ἂν κρίνοιτο κατηγοροῦντος ὀψοποιοῦ — 522 C. Callicli miseram hanc hominis conditionem praedicanti ἀδυνάτου ὄντος ἑαυτῷ βοηθεῖν Socrates respondet nullo pacto miserum esse ὅστις τὴν κρατίστην (509) βοήθειαν ἑαυτῷ βεβοήθηκε, μήτε περὶ ἀνθρώπους μήτε περὶ θεοὺς ἄδικον μηδὲν μήτ' εἰρηκὼς μήτ' εἰργασμένος: ὁ non munitus hac βοηθείᾳ ἑαυτῷ ἀποθνήσκων miser, κολακικῆς vero ῥητορικῆς ἐνδείᾳ τελευτῶν ῥᾳδίως φέρει τὸν θάνατον. αὐτὸ γὰρ τὸ ἀποθνήσκειν οὐδεὶς φοβεῖται νοῦν ἔχων et ἀνδρεῖος —, τὸ δ' ἀδικεῖν· πολλῶν γὰρ ἀδικημάτων γέμουσαν τὴν ψυχὴν εἰς Ἅιδου ἀφικέσθαι πάντων ἔσχατον κακῶν· ὡς δὲ τοῦθ' οὕτως ἔχει (sic pergit Socr.), ἐθέλω λόγον (μῦθον) λέξαι — 523, qui est brevissime:

Ὁ δικαίως τὸν βίον διελθὼν ἐπειδὰν τελευτήσῃ εἰς μακάρων νήσους, ὁ δ' ἀδίκως εἰς Τάρταρον ἀποπέμπεται: ἐπὶ Κρόνου οἱ δικασταὶ τούτων ζῶντες ἦσαν ζώντων: ἵνα ἡ κρίσις δικαιοτέρα ᾖ, Ζεὺς ποιεῖται δικαστὰς Μίνω, Ῥαδάμανθυν, Αἰακόν, τεθνεῶτας τεθνεώτων: ἐὰν ἀπορῆτον τὼ ἑτέρω, Μίνως ἐπιδιακρίνει, ἵν' ὡς δικαιοτάτη ἡ κρίσις ᾖ — 524 B.

Ex hoc μύθῳ τοιόνδε τι Socrates λογίζεται συμβαίνειν. Ὁ θάνατος διάλυσις τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος ἀπ' ἀλλήλοιν. διαλυθέντοιν αὐτοῖν ἑκάτερον ἔχει τὴν ἕξιν τὴν αὐτοῦ, τὴν φύσιν τὴν αὐτοῦ, τὰ θεραπεύματα καὶ τὰ παθήματα ἔνδηλα πάντα: ex. gr. μαστιγίου τὸ σῶμα καὶ τεθνεῶτος ἔστιν ἰδεῖν ἴχνη πληγῶν ἔχον· ὡσαύτως ἡ ψυχὴ τοῦ ἀδίκου καὶ τεθνεῶτος ἴχνη ἀδικίας ἔχει. ὁ δικαστὴς τοιαύτην ψυχὴν κατιδὼν ἀπέπεμψεν εὐθὺ τῆς φρουρᾶς: ubi αἱ ἰάσιμοι ὀνίνανται ἐν τιμωρίᾳ οὖσαι sed αἱ ἀνίατοι i. e. αἱ τῶν τὰ ἔσχατα ἠδικηκότων, vulgo τυράννων (ex. gr. Archelai) τὰ τῶν πόλεων πραξάντων (τῶν γὰρ ἐν μεγάλῃ ἐξουσίᾳ τοῦ ἀδικεῖν γενομένων ὀλίγοι καλοὶ κἀγα-

θοὶ, fuerunt tamen ex. gr. *Ἀριστείδης ὁ Λυσιμάχου*, et erunt) — *αὗται τὸν ἀεὶ χρόνον τὰ φοβερώτατα πάσχουσαι οὐκ ὀνίνανται, ἄλλοις παραδείγματα — θεάματα νουθετήματα. ἐνίοτε εἰσιδὼν ὁ δικαστὴς δικαίως βεβιωκυῖαν* plerumque *ἰδιώτου, μάλιστα φιλοσόφου, εἰς μακάρων νήσους ἀπέπεμψε* — 526 D.

CAPUT VII—527 E.

Socrates *παρακαλεῖ τοὺς ἄλλους πάντας ἀνθρώπους* et *ἀντιπαρακαλεῖ* Calliclem ad *τὸν ἐν φιλοσοφίᾳ βίον*.

Quod postquam fecit Socrates sic pergit: *ὀνειδίζω σοι* (Callicli), *ὅτι οὐχ οἷός τ' ἔσει σαυτῷ βοηθῆσαι, ὅταν ἡ δίκη σοι ᾖ, ἀλλὰ —, ἐπειδάν σου ἐπιλαβόμενος ὁ Αἰακὸς ἄγῃ —, σε ἴσως τυπτήσει τις ἐπὶ κόρρης* (486 B C): — si quidem — *μόνος οὗτος ἠρεμεῖ ὁ λόγος, ὡς εὐλαβητέον τὸ ἀδικεῖν μᾶλλον τοῦ ἀδικεῖσθαι* (cap. I. Sect. II et cap. III. § 1), *καὶ παντὸς μᾶλλον ἀνδρὶ μελετητέον τὸ ἀγαθὸν εἶναι καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ· δεύτερον ἀγαθὸν τὸ γίγνεσθαι διδόντα δίκην*, si quis *ἀδικήσῃ· τῇ ῥητορικῇ χρηστέον ἐπὶ τὸ δίκαιον ἀεὶ καὶ τῇ ἄλλῃ πάσῃ πράξει. — ἀκολούθησον ἐνταῦθ', οἷ ἀφικόμενος εὐδαιμονήσεις καὶ ζῶν καὶ τελευτήσας, — θάρρει τὴν ἄτιμον ταύτην πληγήν· οὐδὲν γὰρ δεινὸν πείσει, ἐὰν τῷ ὄντι ᾖς καλὸς κἀγαθὸς ἀσκῶν ἀρετήν·* quam *ἀσκήσαντες* demum *ἐπιθησόμεθα τοῖς πολιτικοῖς*. secundum *τὸν λόγον* enim *οὗτος ὁ τρόπος ἄριστος τοῦ βίου, τὴν δικαιοσύνην καὶ τὴν ἄλλην ἀρετὴν ἀσκοῦντας καὶ ζῆν καὶ τεθνάναι· τούτῳ οὖν τῷ λόγῳ ἑπώμεθα —, μὴ ἐκείνῳ, ᾧ σὺ πιστεύων ἐμὲ παρακαλεῖς· ἔστι γὰρ οὐδενὸς ἄξιος, ὦ Καλλίκλεις*.

GORGIAE ARGUMENTUM.

Nihil difficilius quam Gorgiae argumentum sive thema quod dicunt paucis et dilucidis verbis complecti. Multi viri docti imprimis apud Germanos in hac re elaborarunt et suo quisque modo thema quoddam dialogi defenderunt, sed vulgo aut partim tantum aut tam generatim et indefinite id descripserunt, ut ipsas res, de quibus primariae quaestiones habentur, nemo facile ex eorum descriptione mente informare possit, nedum nominatim proferre et eloqui. Tanta autem in hoc dialogo rerum est copia et varietas, tam subtilis argumentatio Socratica et ingeniosa diver-

sarum rerum copulatio, quae passim vel auditoribus nova ac necopinata est, ut non mirandum sit, interpretes multum discrepare de multis, etiam de themate. Res ipsae, de quibus quaestiones instituuntur, non sunt obscurae, sed tamen sermonem legentes saepe subsistere ultroque quaerere cogimur, quomodo omnia inter se cohaereant, quo singula tendant, quae tandem primum locum obtineant, aliis verbis ut dicam, quae τὰ μέσα et τὰ ἄκρα dialogi sint, et quid tandem id sit, circum quod tanquam axem omnes disputationis partes se convertant. Et quidni faterer, me certum quoddam thema aucupantem, quod generatim quidem sed tamen simul nominatim summam omníum, quae in hoc dialogo disputantur, significaret et declararet, diu frustra sudasse, donec in syllogismis indices agnoscebam simplicissimi et planissimi thematis, cui, totum dialogum dedita opera postea denuo perscrutans, omnes ejus partes egregie convenire et suffragari comperiebam. Hoc igitur referre conabor, sed nunc ordine inverso primum ita persequar dialogum, ut ejus thema per se quasi prodeat, deinde quam certi duces sint syllogismi ad id inveniendum ostendam.

Ex inscriptionibus singulorum capitum (vide brevem dialogi conspectum) facillima opera colligitur, conjunctim consideranda esse capitis I. Sect. I. § 1 et 3 et Cap. II et IV. ubi de sophistarum rhetorica agitur: tum etiam conjungenda esse capitis I. Sect. I. § 2 et Sect. II et Cap. III., in quibus vera rhetorica tractatur. In reliqua dialogi parte nulla amplius est argumentatio syllogistica sed ea, quae superius syllogismis et disputatione effecta sunt, ut probata et certa sumuntur. Quum autem capitis I. Sect. I. § 1. introductionem quamdam in dialogum contineat, primum de hac, deinde de sophistarum rhetorica et tertio de vera rhetorica videbimus.

In Cap. I. Sect. I. § 1. Gorgias rhetor artem suam aperiens et definiens, Socrate semper sermonis duce, tangit nonnulla, quae ad ea pertinent de quibus infra quaestiones instituuntur, ex. gr. in 452 τὸ ἄρχειν cum summa vi ac potestate in rempublicam, τὸ μέγα δύνασθαι (secundum τὸ κατὰ φύσιν δίκαιον, de quo vide infra), in 454 et 459 scientiam τοῦ δικαίου et τοῦ ἀδίκου etc., in 456 et 457 ἀδικίαν discipulorum de qua queruntur rhetores, alia. Itaque est hic quaedam introductio in dialogum. Quae autem reliqua hic de Gorgiae rhetorica leguntur,

ea una cum disputatis de sophistarum rhetorica considerabimus. Quod secundo loco aggrediamur.

De sophistarum rhetorica paucissimis absolvere poterimus, quia quae de hac disputantur non sunt involuta et facillime ex brevi dialogi conspectu cognoscuntur. Inspicias modo Cap. I. Sect. I § 1 et 3 et Cap. II et IV, ut tibi persuadeas, Socratem id ubique agere ut demonstret sophistarum rhetoricam esse ἄλογον πρᾶγμα, quasi partem τῆς κολακευτικῆς. Rhetorica, politica, sophistica (omnes tres ταὐτὸν) pariter artis nomine prorsus indignae sunt. Neque privatim neque publice ulli bono usui sunt, sed contra perniciei. Idem judicandum de iis, quae Socrates in Cap. III. § 2 et 3 de Miltiade, Pericle aliisque politicis dicit. Omnem omnino horum et reliquae antiquae gloriae existimationem et admirationem ex auditorum animis eximens ac delens etiam horum rhetoricam et politicam prorsus nullius usus esse demonstrat, ipsos miserrimae conditionis auctores, ad quam Atheniensium civitatem delapsam deplorat exitium ejus praesagiens. Quo majore enim jure aliquis ex. gr. Pericles secundum Phdr. 269 E τελεώτατος εἰς τὴν ῥητορικὴν i. e. ἀκριβέστατος πειθοῦς δημιουργὸς dici potest et revera fuit, eo magis secundum disputata in Gorgia (517—519) culpandus, quod neglexit veram civitatis salutem, veram civium felicitatem, λέγων πρὸς τὸ ἥδιστον non πρὸς τὸ βέλτιστον i. e. non δημιουργῶν δικαιοσύνην et σωφροσύνην reliquamque virtutem (517 A). Jam quid Socrates sibi vult in omnibus his et reliquis in Gorgia disputatis de illorum rhetorica vel politica? Unum hoc, ut eam quasi aboleat, aliam artem, veram rhetoricam, veram politicam traditurus et auditoribus probaturus. Quod si recte vidimus, hujus verae rhetoricae exploratio dialogi thema nobis aperiat necesse est. De qua denique paulo uberius dicendum.

Socrates e Gorgiae dictis occasionem petit a vera arte rhetorica exordiendi in Cap. I. Sect. I. § 2 (508 C), qualis ea sit et circa quas res versetur, copiosius expositurus in Cap. III, quod ipsum totum inscribere possis: *De vera arte politica vel rhetorica.* et partium ejus primam: *Circa quas res ea ars versatur.* secundam: *Ejus praestantia prae sophistarum rhetorica.* et tertiam sic: *Quomodo quis quae ea praecipit, omnino neglecta a sophistis et politicis, sibi comparat et aliis totique civitati impertit.* Ex hoc igitur capite praesertim ex ejus § 1 longe plurima

πατῶν τοὺς νόμους, οὓς οἱ ἀσθενεῖς et οἱ πολλοὶ τίθενται, ne ille αὐτῶν πλέον ἔχῃ. quare etiam hoc αἰσχρὸν et ἄδικον dicunt esse, et τὸ πλέον ἔχειν = τὸ ἀδικεῖν etc. — 484 C, quibus deinceps uberius expositis objurgat Socratem, ut τὸ φιλοσοφεῖν ἐάσας — φιλοσοφίας γὰρ ὅσον παιδείας χάριν καλὸν μετέχειν — τὰ πολιτικὰ gerat, ut sibi ipse possit βοηθεῖν, se ἐκ δικαστηρίου ἐκ θανάτου σώζειν. quam objurgationem tandem claudit mordaci hoc dicto: τὸν δὴ τοιοῦτον (φιλόσοφον) — ἔξεστιν ἐπὶ κόρρης τύπτοντα μὴ διδόναι δίκην — 486 D.

Post interruptam disputationem — 488 B Socrates Calliclem, qui

1° suum βελτίων καὶ κρείττων (484 C) nunc interpretatur per ἰσχυρότερος, sic refutat: τὰ τῶν πολλῶν, sine dubio ἰσχυροτέρων (= κρειττόνων κατὰ φύσιν) τοῦ ἑνός, νομιμὰ (νόμοι 484 A) κατὰ φύσιν sunt καλά, quippe βελτιόνων ὄντων secundum ipsum Calliclem. Ergo τὸ ἀδικεῖν non tantum νόμῳ, sed etiam φύσει αἴσχιον — 489 C. Calliclem

2° idem βελτίων καὶ κρείττων interpretantem per φρονιμώτερος, sic refutat Socrates: φρονιμώτερος potest esse ἀσθενέστατος omnium ita ut φύσει damnum accipiat ἐκ τοῦ πλέον ἔχειν v. c. σιτίων saltem et ποτῶν — 490 C. Callicles

3° idem βελτίων καὶ κρείττων dicit = φρόνιμος εἰς τὰ τῆς πόλεως πράγματα et ἀνδρεῖος, cujus est κατὰ φύσιν imprimis ἄρχειν τῶν πόλεων, τῶν ἄλλων — 491 B. Socrates autem nunc transilit refutationem instituens quaestionem hanc:

> Utrum istum (φρόνιμον) etiam αὐτὸν ἑαυτοῦ δεῖ ἄρχειν i. e. τῶν ἐν ἑαυτῷ ἐπιθυμιῶν (Confer. 506 C—509 C).

Callicles vehementer adversatur (quocum hic—500 summum est certamen Socrati) contendens τοῦτ' esse τὸ κατὰ φύσιν καλὸν καὶ δίκαιον, uno verbo, τοῦτ' esse τὴν ἀρετήν, τὸ τὰς μὲν ἐπιθυμίας τὰς ἑαυτοῦ ἐᾶν ὡς μεγίστας εἶναι καὶ μὴ κολάζειν, ταύταις δ' ἱκανὸν εἶναι ὑπηρετεῖν i. e. ἑτοιμάζειν ἁμόθεν γε πόθεν πλήρωσιν, quod ἀδύνατον τοῖς πολλοῖς· ὅθεν ψέγουσι τοὺς τοιούτους — ἄθλιοι γίγνονται οἱ ἄνθρωποι ὑπὸ τοῦ καλοῦ τοῦ τῆς δικαιοσύνης καὶ τῆς σωφροσύνης etc. τρυφὴ (sic pergit Callicles) καὶ ἀκολασία καὶ ἐλευθερία, ἐὰν ἐπικουρίαν ἔχῃ, est ἀρετή τε καὶ εὐδαιμονία — 492 D: deinde ad Socratis dictum, τὸ μηδενὸς δεῖσθαι esse εὐδαίμονος, respondet

οἱ λίθοι ἂν οὕτω γε et οἱ νέκροι εὐδαιμονέστατοι essent; Socrati porro comparanti τὸν ἀπλήστως ἔχοντα βίον τῷ τῶν φορούντων ἐν Ἅιδου εἰς τὸν τετρημένον πίθον ὕδωρ fere concedit τὸν κόσμιον τοῦ ἀκολάστου esse εὐδαιμονέστερον — 493 D: conferenti autem τὸν κόσμιον sive σώφρονα τῷ πληρωσαμένῳ τοὺς πίθους ἡσυχίαν ἔχοντι respondet τῷ πληρωσαμένῳ οὐκέτ' ἔστιν ἡδονὴ οὐδεμία μήτε χαίροντι ἔτι μήτε λυπουμένῳ, sed τὸ ἡδέως ζῆν est ἐν τῷ ὡς πλεῖστον ἐπιρρεῖν. Socrates nunc acerbe ei reponit χαραδρίου βίον λέγεις οὐ λίθου, cum sic magna fiant necesse sit τὰ τρήματα ταῖς ἐκροαῖς — 494 B. Callicles tamen pergit contendere, εὐδαιμονίαν esse τὸ ἔχοντα τὰς ἐπιθυμίας δύνασθαι πληροῦν ex. gr. τὸ πεινῆν καὶ πεινῶντα ἐσθίειν, quibus Socrates suggerit istud illi simile τὸ κνησιῶντα ἀφθόνως ἔχειν τοῦ κνῆσθαι, ut appareat quam falsa sit thesis haec: τὸν χαίροντα ὅπως ἂν χαίρῃ εὐδαίμονα εἶναι. Quare secundum Socr. definiendum ὁποῖαι τῶν ἡδονῶν ἀγαθαὶ καὶ κακαί — 495. Petit igitur placitorum horum falsam hypothesin ab adversariis arreptam τὸ ἡδὺ = τἀγαθόν, τὸ ἀνιαρὸν = τὸ κακόν, secundum quam omnes omnino ἡδοναὶ = ἀγαθὰ, λῦπαι = κακά — 495 B. Contumacem tandem λόγοις aggreditur. Redit igitur nunc ad ea, quae Callicles dixerat in 490 C—491 B τὸ βελτίων et κρείττων = φρόνιμος (= ἐπιστήμων) et ἀνδρεῖος, atque sic orditur argumentationem (quod fit interrogando): secundum Calliclem ἡδὺ et ἀγαθὸν est ταὐτὸν (495 A), porro ἐπιστήμη et ἀνδρεία sunt res diversae (495 C): jam si et ἀνδρεία et ἐπιστήμη ἕτερον est ἡδονῆς, utrumque ἀλλήλοιν et necessario etiam τἀγαθοῦ ἕτερον. i. e. A = B, quae igitur non = A, ea neque = B. Callicles non convincitur: Socrates igitur hanc argumentationem instituit, ἡ εὐδαιμονία et ἡ ἀθλιότης, τὰ κακὰ et τἀγαθὰ non simul adsunt — 496, τῶν tamen πεινῶντα ἐσθίειν prius (494 B) τὸ πεινῶντα est = ἀνιαρὸν (= κακὸν), τὸ ἐσθίειν = ἡδὺ (= ἀγαθὸν), et utrumque simul adest, atque sic omnes ἡδοναὶ et λῦπαι simul adsunt: unde efficitur τὸ ἡδὺ non esse = τἀγαθόν, τὸ ἀνιαρὸν non = τὸ κακόν — 497 D. Callicles nondum convictus ἐπιστομίζεται duplici λόγῳ, quo omnino ad absurda delabi ostenditur qui ἡδέα = ἀγαθὰ judicet — 499 B. Sunt igitur ἡδοναὶ et λῦπαι ἀγαθαὶ (= ὠφέλιμοι) et κακαὶ (= βλαβεραί): illas αἱρετέον et πρακτέον, nam τῶν ἀγαθῶν ἕνεκα τἆλλα πάντα πρακτέον (468), itaque etiam τὰ ἡδέα, non contra — 500.

Ex his nemo non facile conficit, secundum Socratem βιωτέον

δικαίως et σωφρόνως ei, qui velit εὐδαιμόνως ζῆν. Conferantur tamen hujus capitis § 2 et 3 sive 505 C—508 et 512—513.

§ 2.

Τίνα χρὴ τρόπον ζῆν, πότερον (500 C) τὸν ἐν φιλοσοφίᾳ βίον ἢ τὸν τοῦ πολιτευομένου, ὥσπερ οἱ νῦν ῥήτορες — 509 C.

Ποῖα τῶν ἡδέων ἀγαθὰ ποῖα κακὰ dignoscere est τεχνικοῦ i. e. ῥήτορος ἐπιστήμονος, νοῦν ἔχοντος (461 B), στοχαζομένου τοῦ βελτίστου (502 B): non est τῆς τῶν σοφιστῶν ῥητορικῆς, sunt enim ἐπιτηδεύσεις ἐσκεμμέναι τὴν ἡδονὴν μόνον τῆς ψυχῆς, qualis ἡ αὐλητική, aliae, inter quas ἡ τῆς τραγῳδίας ποίησις, cui si ademeris μέλος, ῥυθμὸν et μέτρον, ἡ τῶν σοφιστῶν ῥητορικὴ ei simillima — 503, et revera nullus est ῥήτωρ, qui τοῦτο παρασκευάζει, ὅπως ὡς βέλτισται ἔσονται αἱ τῶν πολιτῶν ψυχαί, qui λέγει πρὸς τὸ βέλτιστον, neque fuit talis ῥήτωρ. Callicles neminem recentiorum, sed superiorum tanquam bonos ῥήτορας laudat Themistoclem, Cimonem, Miltiadem, Periclem. Socrates vehementer negat hos bonos ῥήτορας fuisse, nisi ἀληθὴς ἀρετὴ ducenda sit τὸ τὰς ἐπιθυμίας ἀποπιμπλάναι καὶ τὰς αὑτοῦ καὶ τὰς τῶν ἄλλων, quae falsa Calliclis sententia jam supra in § 1 refutata — 503 D: bonus ῥήτωρ est quasi δημιουργὸς τῶν τῆς ψυχῆς τάξεων καὶ κοσμήσεων, quae sunt σωφροσύνη et δικαιοσύνη. quidquid dicat aut agat ὁ τεχνικὸς ῥήτωρ, πρὸς τοῦτ' ἀεὶ τὸν νοῦν ἔχει, ut hac duae et reliquae virtutes αὐτοῦ τοῖς πολίταις ἐν ταῖς ψυχαῖς ἐγγίγνωνται, ἀδικία vero et ἀκολασία et reliqua vitia ἀπαλλάττωνται (concedit Callicles) — 504 E: εἴργειν δεῖ ἀφ' ὧν ἐπιθυμεῖ et ψυχὴν et σῶμα, si πονηρὰ sint, quod cum sit κολάζειν, τὸ κολάζεσθαι (ἡ σωφροσύνη) melius quam ἡ ἀκολασία (492) Callicles recusat respondere — 505 C.

Socrates solus argumentatur inde a 506 C—509 C.

Primum τὸν λόγον (491 D) ἀναλαβὼν ab hypothesi τὸ ἡδὺ καὶ τἀγαθὸν οὐ ταὐτὸν profectus aperit tandem totius hujus disputationis (cum Callicle 491—500 in § 1 hujus capitis) finem, qui huc redit: homines δικαιοσύνης et σωφροσύνης (quia ἀγαθὰ sunt) κτήσει sunt εὐδαίμονες, κακίας vero i. e. ἀδικίας et ἀκολασίας κτήσει sunt ἄθλιοι: ἀκολασίαν igitur φευκτέον, σωφροσύνην διωκτέον καὶ ἀσκητέον —, οὗτος ὁ σκόπος πρὸς ὃν βλέποντα δεῖ ζῆν καὶ πάντα εἰς τοῦτο τὰ αὑτοῦ συντείνοντα καὶ τὰ τῆς πόλεως,

ὅπως δικαιοσύνη παρέσται καὶ σωφροσύνη τῷ μακαρίῳ μέλλοντι ἔσεσθαι — 508 B. qui *λόγος*, si verus, simul confirmat quae Polum docuerat in Cap. II (480 et 481 B) et in Cap. I. Sect. II A (474 B—476), et Gorgiam in Cap. I. Sect. I. § 2 (460 A—461 B)—508 C.

Porro Socrates a sua thesi *τὸ ἀδικεῖν τοῦ ἀδικεῖσθαι αἴσχιον καὶ κάκιον*, a thesi sua *τὸ ἀδικοῦντα μὴ διδόναι δίκην πάντων μέγιστον κακῶν*, quae *ἀδαμαντίναις λόγοις* (syllogisticis) supra sunt *δεδεμένα*, — ab his thesibus profectus ostendit 1° *τὸ τύπτειν ἐπὶ κόρρης* et *ὁτιοῦν ἀδικεῖν* (483 et 486) *τῷ ἀδικοῦντι καὶ αἴσχιον καὶ κάκιον εἶναι ἢ τῷ ἀδικουμένῳ* — 509.

2° *αἰσχίστην* esse *βοήθειαν* (485 et 486) non posse *βοηθεῖν ἑαυτῷ* i. e. non posse *ἀποτρέπειν* illud *μέγιστον κακὸν* (*μεγίστην βλάβην, ἀδικίαν*), *καλλίστην* autem esse *δυνατὸν εἶναι ἐπὶ τὸ μέγιστον κακὸν βοηθεῖν* (522 C)—509 C.

Ex his omnibus facile colligitur, vitae veram rhetoricen profitentis postponendam esse vitam rhetoricen sophisticam profitentium, quippe omnino negligentium justitiam, temperantiam reliquamque virtutem in summum damnum et suum et aliorum et universae civitatis.

§ 8.

Τίς παρασκευὴ opus ad *τὴν ἀληθινὴν πολιτικὴν* sive *τὴν ἀληθινὴν ῥητορικὴν* — 519 A.

Παρασκευαστέον δύναμίν τινα καὶ τέχνην ἐπὶ τὸ μὴ ἀδικεῖν et *τὸ μὴ ἀδικεῖσθαι*: quod Socratis dictum vehementer arridet Callicli (Cap. I. § 3 B.a): Socrates porro ostendit, *τὸ μὴ ἀδικεῖσθαι* quidem comparare posse sibi eum, qui operam det, ut *ὅτι μάλιστθ' ὅμοιος* sit *τῷ ἄρχοντι*, *τῷ δεσπότῃ* etiam *ἀδικοῦντι*, huic *ὑποκείμενος* etc., *τὸ μὴ ἀδικεῖν* autem (*τὸ ἀδικεῖν* evitandum ut majus malum) minime, cum *διὰ τὴν μίμησιν τοῦ δεσπότου καὶ δύναμιν* contra *οἷός τ' ἔσται ὡς πλεῖστ' ἀδικεῖν, καὶ ἀδικοῦντα μὴ διδόναι δίκην*. Callicles adversatur idem quod supra proferens *ὅτι οὗτος ὁ μιμούμενος τὸν μὴ μιμούμενον ἀποκτενεῖ*: at *πονηρὸς ὢν ἀγαθὸν ὄντα* (respondet Socrates) minime *ἀγανακτοῦντα* propterea, nam *ὁ νοῦν ἔχων* non *τοῦτο παρασκευάζεται ὡς πλεῖστον χρόνον ζῆν* neque *μελετᾷ τὰς ἐκ κινδύνων σῳζούσας τέχνας*, neque igitur *τὴν ῥητορικὴν τὴν ἐν δικαστηρίοις διασῴζουσαν* (quacum deinde comparat *τὴν κυβερνητικὴν* aliasque *τέχνας τοῦ σῴζειν ἕνεκα πεποιημένας*),

sed ὁ ὡς ἀληθῶς ἀνὴρ τοῦτο σκοπεῖ ac παρασκευάζεται, ὡς ἄριστα ζῆν — 513. Si quis igitur velit Athenis μέγα δυνάμενος ὡς ὀλίγιστ' ἀδικεῖσθαι et ὡς πλεῖστ' ἀδικεῖν, is τῷ Ἀθηναίων δήμῳ ὡς ὁμοιότατος exstiterit necesse est: qui ὁμοιότατος ei, is demum γνήσιόν τι εἰς φιλίαν τοῖς Ἀθηναίοις potest ἀπεργάζεσθαι, is πολιτικὸς et ῥητορικός· τῷ αὐτῶν γὰρ ἤθει λεγομένων τῶν λόγων ἕκαστοι χαίρουσιν, τῷ δ' ἀλλοτρίῳ ἄχθονται: verum secundum his proxime praemissa, αὕτη ἡ αἵρεσις ταύτης τῆς δυνάμεως τῆς ἐν τῇ πόλει σὺν τοῖς φιλτάτοις ἔσται: Callicles laudat haec, attamen Socrati πείθεσθαι se non posse ait — 513 C. Socrates igitur repetens argumentum ex 463, 464, 500—508 al. secundnm alteram παρασκευὴν τὴν πρὸς τὸ βέλτιστον οὕτως ἐπιχειρητέον dicit τῇ πόλει — ante omnes reliquas εὐεργεσίας (πλοῦτον ἀρχὴν δύναμιν) — ὡς βελτίστους αὐτοὺς τοὺς πολίτας ποιοῦντα i. e. τὴν διάνοιαν αὐτῶν — 514 A: quemadmodum igitur aliam quamdam artem ex. gr. τὴν οἰκοδομικήν, τὴν ἰατρικὴν publice professuro primum privatim unum et alterum artis suae specimen edendum, sic etiam ὁ τὰ τῆς πόλεως πράξων τῶν πολιτῶν τινα βελτίω πεποιηκέναι debet ἰδιωτεύων ἔτι πρὶν δημοσιεύειν ἐπιχειρεῖν. nam vero politico τοῦτο ἐπιμελητέον, ὅπως ὅτι βέλτιστοι οἱ πολῖται ὦσιν — 515 C. Jam, si haec vera, apparet Periclem Cimonem al. non ἀγαθοὺς τὰ πολιτικὰ fuisse, neque bonos ῥήτορας, nam πολιτευόμενοι χείρους reddiderunt Ἀθηναίους et ἀγριωτέρους etiam εἰς αὐτούς, nam αἰσχρὰν δίκην αὐτῶν κατεψηφίσαντο οἱ Ἀθηναῖοι: neque igitur hi, si ῥήτορες ἦσαν, τῇ ἀληθινῇ ῥητορικῇ ἐχρῶντο, οὐ γὰρ ἂν ἐξέπεσον, neque τῇ κολακικῇ: neminem igitur Athenis ἀγαθὸν τὰ πολιτικὰ fuisse, sicuti jam in 503 B in § 2 hujus capitis, etiam hic contendit — 517 A. Callicles nondum recte intelligere videtur quae Socrates et nunc et in 500—509 disputat: relabens enim iterum ad ea, quae sunt τῆς παρασκευῆς τῆς πρὸς τὸ ἥδιστον illos tamen ait τείχεσι, νεωρίοις al. μεγάλην πεποιηκέναι τὴν πόλιν. Socrates non negat eos διακονικωτέρους τῶν γε νῦν fuisse et etiam μᾶλλον οἵους τ' ἐκπορίζειν τῇ πόλει ὧν ἐπεθύμει, sed hoc ipsum est quod non decet facere ἀγαθὸν πολίτην, cujus hoc μόνον ἔργον est, ἀμείνους ποιεῖν τοὺς πολίτας: διττὴ enim ἡ πραγματεία, quarum (altera = παρασκευὴ πρὸς τὸ βέλτιστον) altera ἡ διακονικὴ (= παρασκευὴ πρὸς τὸ ἥδιστον) omnino improbanda; quatuor igitur viri a Callicle laudati urbem ὕπουλον reddiderunt (illos ἐγκωμιάσουσι ὅταν ἔλθῃ ἡ καταβολὴ τῆς ἀσθενείας 519 A, ubi

sic pergit Socrates *σοῦ* (Calliclis) *δ' ἴσως ἐπιλήψονται — καὶ τοῦ ἐμοῦ ἑταίρου Ἀλκιβιάδου*): *παλαιοὶ* igitur illi politici quam longissime aberrarunt a boni politici officio, *ἄνευ γὰρ σωφροσύνης* et *δικαιοσύνης λιμένων, τειχῶν — καὶ τοιούτων φλυαριῶν ἐμπεπλήκασι τὴν πόλιν* — 519 A.

Haec igitur *παρασκευὴ* opus est cuique homini, bono civi futuro, et privatam vitam viventi et publicam victuro et viventi: exercitatio *τοῦ πράττειν* et *λέγειν ἐπὶ τὸ δίκαιον πρὸς τὸ βέλτιστον*, eo consilio, quod in § 1 hujus capitis ostenditur et deinde saepius repetitur.

CAPUT IV—521.

Socrates pergit disputare cum Callicle usque ad dialogi finem.

Οἱ πολιτικοὶ et *οἱ ῥήτορες* (*δημηγόροι*) et *οἱ σοφισταὶ ταὐτόν*. (465 C, 519 C).

Hi omnes *ταὐτὸν ἢ ἐγγύς τι*: queruntur enim pariter omnes et *μέμφονται τούτῳ τῷ πράγματι* (*δημηγόροι πόλει σοφισταὶ μαθηταῖς*), *ὃ αὐτοὶ παιδεύουσι, ὡς πονηρόν ἐστιν εἰς σφᾶς*. Confitentur *ἀδικίαν* in se eorum, quos ipsi docuerint et *δικαίους* i. e. meliores reddiderint, quod facientes ipsi arguunt suum *ἐπιτήδευμα* non esse artem sed *ἄλογον πρᾶγμα*, non *ἀληθινὴν πολιτικὴν* neque *ἀληθινὴν ῥητορικήν*, seque ipsi *αἰτιῶνται ὅτι οὐδὲν ὠφελήκασιν οὕς φασιν ὠφελεῖν*: si quis enim *ἀφαιρεῖ τὴν ἀδικίαν, οὐδὲν δεινὸν αὐτῷ, μή ποτ' ἀδικηθῇ ὑπ' ἀφαιρεθέντος τὴν ἀδικίαν* —: si quis docuerit *ὅντιν' ἂν τις τρόπον ὡς βέλτιστος εἴη καὶ ἄριστα τὴν αὑτοῦ οἰκίαν διοικοίη ἢ πόλιν*, est haec *μόνη τῶν εὐεργεσιῶν*, quae *τὸν εὖ παθόντ' ἐπιθυμεῖν ποιεῖ ἀντ' εὖ ποιεῖν*, ita ut *καλὸν* sit *σημεῖον*, si *ὁ εὖ ποιήσας ταύτην τὴν εὐεργεσίαν* non *ἀντ' εὖ πείσεται* — 521 A.

CAPUT V—521 D.

Ἐπὶ ποτέραν τῆς πόλεως θεραπείαν

Callicles *παρακαλεῖ* Socratem.

Callicles (sicuti in 513 C) neque nunc Socrati *πείθεται*, et *παρακαλεῖ* eum non ad *τὴν θεραπείαν τὴν τοῦ διαμάχεσθαι τοῖς Ἀθηναίοις ὅπως ὡς βέλτιστοι ἔσονται*, sed ad *τὴν κολακικὴν ῥητορικὴν* sive ad *τὸν τοῦ πολιτευομένου* (*τοῦ ῥήτορος*) *βίον* (500 C, 526 E), ne qua injuria, ne morte ab iis afficiatur. Socrates non negat hanc sortem sibi fortasse impendere, se autem, si in judicium rapiatur, certo scire dicit *ὅτι — πονηρός τίς με ἔσται*

ὁ εἰσάγων· οὐδεὶς γὰρ ἂν χρηστὸς μὴ ἀδικοῦντ' ἄνθρωπον εἰσαγάγοι — 521 D.

CAPUT VI—526 D.

Οὐδὲν ἄτοπον εἰ Σωκράτης ἀποθάνοι. Μῦθος περὶ τῶν ἐν Ἅιδου δικῶν. Ποῖόν τι ἐξ αὐτοῦ, ὡς ἀληθοῦς λόγου ὄντος, Σωκράτης λογίζεται συμβαίνειν.

Διότι προσδοκᾷ Socrates se morti traditum iri ipse Callicli aperit dicens οἶμαι μετ' ὀλίγων Ἀθηναίων vel μόνος fere ἐπιχειρεῖν τῇ ὡς ἀληθῶς πολιτικῇ τέχνῃ, τὰ πολιτικὰ πράττειν μόνος τῶν νῦν Ἀθηναίων· πικροὺς οὖν ἀεὶ λόγους λέγων ἢ ἰδίᾳ ἢ δημοσίᾳ (522 B) πρὸς τὸ βέλτιστον οὐχ ἕξω ὅ τι λέγω ἐν τῷ δικαστηρίῳ; κρινοῦμαι ὡς ἐν παιδίοις (464) ἰατρὸς ἂν κρίνοιτο κατηγοροῦντος ὀψοποιοῦ — 522 C. Callicli miseram hanc hominis conditionem praedicanti ἀδυνάτου ὄντος ἑαυτῷ βοηθεῖν Socrates respondet nullo pacto miserum esse ὅστις τὴν κρατίστην (509) βοήθειαν ἑαυτῷ βεβοήθηκε, μήτε περὶ ἀνθρώπους μήτε περὶ θεοὺς ἄδικον μηδὲν μήτ' εἰρηκὼς μήτ' εἰργασμένος: ὁ non munitus hac βοηθείᾳ ἑαυτῷ ἀποθνήσκων miser, κολακικῆς vero ῥητορικῆς ἐνδείᾳ τελευτῶν ῥᾳδίως φέρει τὸν θάνατον: αὐτὸ γὰρ τὸ ἀποθνήσκειν οὐδεὶς φοβεῖται νοῦν ἔχων et ἀνδρεῖος —, τὸ δ' ἀδικεῖν· πολλῶν γὰρ ἀδικημάτων γέμουσαν τὴν ψυχὴν εἰς Ἅιδου ἀφικέσθαι πάντων ἔσχατον κακῶν· ὡς δὲ τοῦθ' οὕτως ἔχει (sic pergit Socr.), ἐθέλω λόγον (μῦθον) λέξαι — 523, qui est brevissime:

Ὁ δικαίως τὸν βίον διελθὼν ἐπειδὰν τελευτήσῃ εἰς μακάρων νήσους, ὁ δ' ἀδίκως εἰς Τάρταρον ἀποπέμπεται: ἐπὶ Κρόνου οἱ δικασταὶ τούτων ζῶντες ἦσαν ζώντων: ἵνα ἡ κρίσις δικαιοτέρα ᾖ, Ζεὺς ποιεῖται δικαστὰς Μίνω, Ῥαδάμανθυν, Αἰακόν, τεθνεῶτας τεθνεώτων: ἐὰν ἀπορῆτον τὼ ἑτέρω, Μίνως ἐπιδιακρίνει, ἵν' ὡς δικαιοτάτη ἡ κρίσις ᾖ — 524 B.

Ex hoc μύθῳ τοιόνδε τι Socrates λογίζεται συμβαίνειν. Ὁ θάνατος διάλυσις τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος ἀπ' ἀλλήλοιν. διαλυθέντοιν αὐτοῖν ἑκάτερον ἔχει τὴν ἕξιν τὴν αὑτοῦ, τὴν φύσιν τὴν αὑτοῦ, τὰ θεραπεύματα καὶ τὰ παθήματα ἔνδηλα πάντα: ex. gr. μαστιγίου τὸ σῶμα καὶ τεθνεῶτος ἔστιν ἰδεῖν ἴχνη πληγῶν ἔχον· ὡσαύτως ἡ ψυχὴ τοῦ ἀδίκου καὶ τεθνεῶτος ἴχνη ἀδικίας ἔχει. ὁ δικαστὴς τοιαύτην ψυχὴν κατιδὼν ἀπέπεμψεν εὐθὺ τῆς φρουρᾶς: ubi αἱ ἰάσιμοι ὀνίνανται ἐν τιμωρίᾳ οὖσαι sed αἱ ἀνίατοι i. e. αἱ τῶν τὰ ἔσχατα ἠδικηκότων, vulgo τυράννων (ex. gr. Archelai) τὰ τῶν πόλεων πραξάντων (τῶν γὰρ ἐν μεγάλῃ ἐξουσίᾳ τοῦ ἀδικεῖν γενομένων ὀλίγοι καλοὶ κἀγα-

θοὶ, fuerunt tamen ex. gr. *Ἀριστείδης ὁ Λυσιμάχου*, et erunt) — *αὗται τὸν ἀεὶ χρόνον τὰ φοβερώτατα πάσχουσαι οὐκ ὀνίνανται, ἄλλοις παραδείγματα — θεάματα νουθετήματα. ἐνιότε εἰσιδὼν ὁ δικαστὴς δικαίως βέβιωκυῖαν* plerumque *ἰδιώτου, μάλιστα φιλοσόφου, εἰς μακάρων νήσους ἀπέπεμψε* — 526 D.

CAPUT VII—527 E.

Socrates *παρακαλεῖ τοὺς ἄλλους πάντας ἀνθρώπους* et *ἀντιπαρακαλεῖ* Calliclem ad *τὸν ἐν φιλοσοφίᾳ βίον.*

Quod postquam fecit Socrates sic pergit: *ὀνειδίζω σοι* (Callicli), *ὅτι οὐχ οἷός τ' ἔσει σαυτῷ βοηθῆσαι, ὅταν ἡ δίκη σοι ᾖ, ἀλλὰ —, ἐπειδάν σου ἐπιλαβόμενος ὁ Αἰακὸς ἄγῃ —, σε ἴσως τυπτήσει τις ἐπὶ κόρρης* (486 B C): — si quidem — *μόνος οὗτος ἠρεμεῖ ὁ λόγος, ὡς εὐλαβητέον τὸ ἀδικεῖν μᾶλλον τοῦ ἀδικεῖσθαι* (cap. I. Sect. II et cap. III. § 1), *καὶ παντὸς μᾶλλον ἀνδρὶ μελετητέον τὸ ἀγαθὸν εἶναι καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ· δεύτερον ἀγαθὸν τὸ γίγνεσθαι διδόντα δίκην*, si quis *ἀδικήσῃ· τῇ ῥητορικῇ χρηστέον ἐπὶ τὸ δίκαιον ἀεὶ καὶ τῇ ἄλλῃ πάσῃ πράξει. — ἀκολούθησον ἐνταῦθ', οἷ ἀφικόμενος εὐδαιμονήσεις καὶ ζῶν καὶ τελευτήσας, — θάρρει τὴν ἄτιμον ταύτην πληγήν· οὐδὲν γὰρ δεινὸν πείσει, ἐὰν τῷ ὄντι ᾖς καλὸς κἀγαθὸς ἀσκῶν ἀρετήν·* quam *ἀσκήσαντες* demum *ἐπιθησόμεθα τοῖς πολιτικοῖς.* secundum *τὸν λόγον* enim *οὗτος ὁ τρόπος ἄριστος τοῦ βίου, τὴν δικαιοσύνην καὶ τὴν ἄλλην ἀρετὴν ἀσκοῦντας καὶ ζῆν καὶ τεθνάναι· τούτῳ οὖν τῷ λόγῳ ἑπώμεθα —, μὴ ἐκείνῳ, ᾧ σὺ πιστεύων ἐμὲ παρακαλεῖς· ἔστι γὰρ οὐδενὸς ἄξιος, ὦ Καλλίκλεις.*

GORGIAE ARGUMENTUM.

Nihil difficilius quam Gorgiae argumentum sive thema quod dicunt paucis et dilucidis verbis complecti. Multi viri docti imprimis apud Germanos in hac re elaborarunt et suo quisque modo thema quoddam dialogi defenderunt, sed vulgo aut partim tantum aut tam generatim et indefinite id descripserunt, ut ipsas res, de quibus primariae quaestiones habentur, nemo facile ex eorum descriptione mente informare possit, nedum nominatim proferre et eloqui. Tanta autem in hoc dialogo rerum est copia et varietas, tam subtilis argumentatio Socratica et ingeniosa diver-

sarum rerum copulatio, quae passim vel auditoribus nova ac necopinata est, ut non mirandum sit, interpretes multum discrepare de multis, etiam de themate. Res ipsae, de quibus quaestiones instituuntur, non sunt obscurae, sed tamen sermonem legentes saepe subsistere ultroque quaerere cogimur, quomodo omnia inter se cohaereant, quo singula tendant, quae tandem primum locum obtineant, aliis verbis ut dicam, quae *τὰ μέσα* et *τὰ ἄκρα* dialogi sint, et quid tandem id sit, circum quod tanquam axem omnes disputationis partes se convertant. Et quidni faterer, me certum quoddam thema aucupantem, quod generatim quidem sed tamen simul nominatim summam omnium, quae in hoc dialogo disputantur, significaret et declararet, diu frustra sudasse, donec in syllogismis indices agnoscebam simplicissimi et planissimi thematis, cui, totum dialogum dedita opera postea denuo perscrutans, omnes ejus partes egregie convenire et suffragari comperiebam. Hoc igitur referre conabor, sed nunc ordine inverso primum ita persequar dialogum, ut ejus thema per se quasi prodeat, deinde quam certi duces sint syllogismi ad id inveniendum ostendam.

Ex inscriptionibus singulorum capitum (vide brevem dialogi conspectum) facillima opera colligitur, conjunctim consideranda esse capitis I. Sect. I. § 1 et 3 et Cap. II et IV. ubi de sophistarum rhetorica agitur: tum etiam conjungenda esse capitis I. Sect. I. § 2 et Sect. II et Cap. III., in quibus vera rhetorica tractatur. In reliqua dialogi parte nulla amplius est argumentatio syllogistica sed ea, quae superius syllogismis et disputatione effecta sunt, ut probata et certa sumuntur. Quum autem capitis I. Sect. I. § 1. introductionem quamdam in dialogum contineat, primum de hac, deinde de sophistarum rhetorica et tertio de vera rhetorica videbimus.

In Cap. I. Sect. I. § 1. Gorgias rhetor artem suam aperiens et definiens, Socrate semper sermonis duce, tangit nonnulla, quae ad ea pertinent de quibus infra quaestiones instituuntur, ex. gr. in 452 *τὸ ἄρχειν* cum summa vi ac potestate in rempublicam, *τὸ μέγα δύνασθαι* (secundum *τὸ κατὰ φύσιν δίκαιον*, de quo vide infra), in 454 et 459 scientiam *τοῦ δικαίου* et *τοῦ ἀδίκου* etc., in 456 et 457 *ἀδικίαν* discipulorum de qua queruntur rhetores, alia. Itaque est hic quaedam introductio in dialogum. Quae autem reliqua hic de Gorgiae rhetorica leguntur,

ea una cum disputatis de sophistarum rhetorica considerabimus. Quod secundo loco aggrediamur.

De sophistarum rhetorica paucissimis absolvere poterimus, quia quae de hac disputantur non sunt involuta et facillime ex brevi dialogi conspectu cognoscuntur. Inspicias modo Cap. I. Sect. I. § 1 et 3 et Cap. II et IV, ut tibi persuadeas, Socratem id ubique agere ut demonstret sophistarum rhetoricam esse ἄλογον πρᾶγμα, quasi partem τῆς κολακευτικῆς. Rhetorica, politica, sophistica (omnes tres ταὐτὸν) pariter artis nomine prorsus indignae sunt. Neque privatim neque publice ulli bono usui sunt, sed contra perniciei. Idem judicandum de iis, quae Socrates in Cap. III. § 2 et 3 de Miltiade, Pericle aliisque politicis dicit. Omnem omnino horum et reliquae antiquae gloriae existimationem et admirationem ex auditorum animis eximens ac delens etiam horum rhetoricam et politicam prorsus nullius usus esse demonstrat, ipsos miserrimae conditionis auctores, ad quam Atheniensium civitatem delapsam deplorat exitium ejus praesagiens. Quo majore enim jure aliquis ex. gr. Pericles secundum Phdr. 269 E τελεώτατος εἰς τὴν ῥητορικὴν i. e. ἀκριβέστατος πειθοῦς δημιουργὸς dici potest et revera fuit, eo magis secundum disputata in Gorgia (517—519) culpandus, quod neglexit veram civitatis salutem, veram civium felicitatem, λέγων πρὸς τὸ ἥδιστον non πρὸς τὸ βέλτιστον i. e. non δημιουργῶν δικαιοσύνην et σωφροσύνην reliquamque virtutem (517 A). Jam quid Socrates sibi vult in omnibus his et reliquis in Gorgia disputatis de illorum rhetorica vel politica? Unum hoc, ut eam quasi aboleat, aliam artem, veram rhetoricam, veram politicam traditurus et auditoribus probaturus. Quod si recte vidimus, hujus verae rhetoricae exploratio dialogi thema nobis aperiat necesse est. De qua denique paulo uberius dicendum.

Socrates e Gorgiae dictis occasionem petit a vera arte rhetorica exordiendi in Cap. I. Sect. I. § 2 (508 C), qualis ea sit et circa quas res versetur, copiosius expositurus in Cap. III, quod ipsum totum inscribere possis: *De vera arte politica vel rhetorica.* et partium ejus primam: *Circa quas res ea ars versatur.* secundam: *Ejus praestantia prae sophistarum rhetorica.* et tertiam sic: *Quomodo quis quae ea praecipit, omnino neglecta a sophistis et politicis, sibi comparat et aliis totique civitati impertit.* Ex hoc igitur capite praesertim ex ejus § 1 longe plurima

petenda sunt, unde conficiamus dialogi argumentum. Praemittimus autem hos tres locos. In Cap. IV. 520 E Socrates, nulla ratione habita artis quam quis exerceat, vel muneris quo quis fungatur, ἐν παρόδῳ tribus fere verbis disciplinae suae (verae rhetoricae) caput complectitur his: αὐτὸν ὡς βέλτιστον εἶναι καὶ ὡς ἄριστα τὴν αὑτοῦ οἰκίαν διοικεῖν καὶ πόλιν. Quod sic exprimit Xenophon in Mem. 1. 2, 64: colere ἀρετὴν ᾗ πόλεις τε καὶ οἶκοι εὖ οἰκοῦσι. In Cap. VII. 527 E auditores cohortans ad observanda praecepta supra a se data eaque omnibus hominibus commendans his totum sermonem dirimit: οὗτος ὁ ἄριστος τοῦ βίου τρόπος, τὴν δικαιοσύνην καὶ τὴν ἄλλην ἀρετὴν ἀσκοῦντας καὶ ζῆν καὶ τεθνάναι. In Cap. VI. 521 D Socrates se ipse dicit solum aequalium veram politicam artem exercere. Ex his et aliis hujusmodi locis fere conjiciat quis, qualem rhetoricam sive politicam Socrates intelligi velit: quod tamen ex Cap. III clarius prodibit. Socrates disciplinam suam nominat quidem veram rhetoricam veram politicam artem, et exponit ac tractat eam ut artem (513, 514), quippe virtutes pro ἐπιστήμαις = τέχναις habens, sed tamen ea nihil commune habet cum his artibus proprie ita dictis. Omnia enim ab eo in medio dialogo disputata versantur circa vivendi praecepta. Ad haec igitur inde a primo colloquii exordio, auditoribus invitis et imprudentibus et saepe non recte intelligentibus, torquet et identidem reducit sermonem quibuscunque artibus dialecticis utens: quod imprimis conspicuum in 491 D, ubi, occasione vix oblata, quaestionem instituens de temperantia ex inopinato Calliclem aggreditur. Adeo diversae res sunt sophistarum ars rhetorica, a qua tamen tota disputatio proficiscitur, et ea ars, quam philosophus auditores docet. Illam exercens τὸν τοῦ πολιτευομένου τοῦ ῥήτορος βίον vivit, hanc τὸν ἐν φιλοσοφίᾳ (Cap. IV. § 2). Illa est πειθοῦς περὶ ἁπάντων δημιουργὸς (453, 459), haec σωφροσύνης et δικαιοσύνης καὶ τῆς ἄλλης ἀρετῆς (504). Neque ulla parte inter se similes rhetor sophisticus et rhetor Socraticus sive verus. Bonus vir artem callens et exercens, cujus praecepta Socrates tradit et in agendo et dicendo tam privatim quam publice ipse observat, est verus rhetor. Qualis est — sic fere argumentatur Socrates — qualis est ὁ τελέως ἀγαθὸς, ὁ ὡς ἀληθῶς ἀνὴρ, et quem scopum spectans sibi aliisque vivit, talis esse debet ὁ μέλλων ὀρθῶς ῥητορικὸς

ἔσεσθαι et ἀγαθὸς τὰ πολιτικὰ eundemque scopum spectare. Ὁ τελέως ἀγαθὸς ἀνὴρ est νοῦν ἔχων, novit ὅ τι ἀγαθὸν, ὅ τι δίκαιον, ὁποῖα τῶν ἡδέων ἀγαθὰ, et necessario est δίκαιος et σώφρων (Cap. III et I. Sect. I. § 2). Scopus autem, ad quem bonus vir spectans sibi aliisque vivit, secundum 507 D, ubi Socrates summatim exprimit quae argumentationibus effecerat, hic est: οὗτος ἔμοιγε δοκεῖ ὁ σκοπὸς εἶναι, πρὸς ὃν βλέποντα δεῖ ζῆν, καὶ πάντ' εἰς τοῦτο καὶ τὰ αὑτοῦ συντείνοντα καὶ τὰ τῆς πόλεως, ὅπως δικαιοσύνη παρέσται καὶ σωφροσύνη τῷ μακαρίῳ μέλλοντι ἔσεσθαι, οὕτω πράττειν. Hanc suam igitur et aliorum et totius civitatis salutem et felicitatem spectans verus rhetor verus politicus est καλὸς κἀγαθὸς, est δίκαιος et σώφρων, bonus civis, et semper agit et dicit πρὸς τὸ βέλτιστον, ut τῶν πολιτῶν αἱ ψυχαὶ ὡς βέλτισται fiant, eorum ἡ διάνοια καλὴ κἀγαθή i. e. ut fiant δίκαιοι et σώφρονες (503 A, 504 D, 514 A al.). Quae omnia λόγοις (syllogisticis) tanquam σιδηροῖς καὶ ἀδαμαντίνοις firmata et constricta adversarii Socrati concedere coguntur. Fatentur se prorsus contraria facere ac vera rhetorica praecipit. Fatentur se ignorare hanc veram rhetoricam et politicam. Neque quidquam amplius contra disputant post capitis III conclusionem, ex qua quoque in clarissimam lucem prodit vera rethorica sive politica, quam et qualem Socrates intelligi vult, ubicunque de ea loquitur. Argumentationem enim hujus capitis sic fere concludit: neque igitur Pericles neque reliqui politici (qui tunc summa laude Athenis celebrabantur) ἀγαθοὶ ῥήτορες, ἀγαθοὶ τὰ πολιτικὰ, ἀγαθοὶ πολῖται fuerunt, quippe ἄνευ δικαιοσύνης et σωφροσύνης νεωρίοις, τείχεσι aliisque hujusmodi φλυαρίαις μεγάλην quidem τὴν πόλιν πεποιηκότες, sed οἰδοῦσαν et ὕπουλον (455 E, 503 B, C, 519 A). Ex his liquido apparere puto, in hoc dialogo sub nomine verae politicae et rhetoricae ethica philosophiae Socraticae praecepta tradi, quae non solum omnibus civibus pariter observanda sint, sed etiam si qui eorum politicam aut rhetoricam aut sophisticam profitentes hujusmodi artium opera παιδεύουσιν ἀνθρώπους (520 A B), omnis hujus παιδείας finem praescribant. Ne umbra quidem rhetorici praecepti de γραμματισμοῦ aut ῥηματισμοῦ usquam datur. De τῶν πρὸ τῆς ῥητορικῆς ἀναγκαίων μαθημάτων, de ipsius ῥήτορος φύσεως et de ejus ὑψηλονοῦ, de ψυχῆς φύσεως et γενῶν aliorumve hujusmodi, quae secundum disputata in Phaedro tanquam fundamenta ἀναγκαῖον

τῷ ῥητορικῷ ἐσομένῳ et ἔχειν et μεμαθηκέναι et προσκτήσασθαι, de his ne verbum quidem usquam legitur in Gorgia. Nusquam sermo est de arte oratoria aut de republica administranda, sed ubique feliciter vivendi, τοῦ ὡς ἄριστα ζῆν, una est praeceptio.

Jam dedita opera de iis videamus, circa quae omnis argumentatio ipsaque philosophica disputatio versatur, de rebus quas haec praecepta spectant, atque eas nominatim expedire conemur, idque secundum syllogismorum deinceps adhibitorum tenorem. Et Callicles et Gorgias et Polus quibuscunque artificiis et argutiis, inter quas illud (a Callicle arreptum) sophorum quorumdam τὸ κατὰ φύσιν δίκαιον καὶ καλόν, verae felicitatis fontem esse contendunt πλεονεξίαν (= ἀδικίαν), ἀκολασίαν, τρυφὴν reliquaque hujusmodi, et summum bonum esse πλοῦτον, δόξαν, ἀρχήν, δύναμιν id genus alia, his utentes hypothesibus: τὸ καλὸν non = τἀγαθόν, neque τὸ αἰσχρὸν = τὸ κακόν (474): τὸ ἡδὺ = τἀγαθόν, et τὸ ἀνιαρὸν = τὸ κακόν (495). Socrates igitur hypotheses illas et totum istud κατὰ φύσιν δίκαιον et καλὸν evertens demonstrat quae illi pro virtutibus habent esse vitia i. e. mala, ideoque nullam prorsus felicitatem homini afferre posse, et quae ad summum bonum referunt sine καλῆς διανοίας nullius esse pretii. Quod autem Socrates illos redarguens agit hoc est: contra disputans probat iis δικαιοσύνην et σωφροσύνην reliquaque καλῆς διανοίας propria esse virtutes i. e. bona, ideoque verae felicitatis fontes non esse non posse. Namque bonis homo felix, malis infelix. (Cap. III. § 1 et 2. 473—479, 491 D—500, 506—509 C. 513. quibuscum confer Cap. I. Sect. I. § 1. 452 D et Sect. II). De his igitur certamen in hoc dialogo instituitur, de his gravissimae quaestiones habentur et summa est contentio inter Socratem et adversarios, horum causa omnes syllogismi deinceps adhibentur, verbo ut dicam, hoc quaeritur in Cap. III: utrae sint virtutes, utrum δικαιοσύνη etc. an πλεονεξία (= ἀδικία) etc., utras colendo aliisque impertiendo homo sibi totique civitati veram felicitatem ac salutem paret. Atque huc omnia supra disputata tendunt, hinc omnis reliqua disputatio manat. Ex qua igitur tota satis locorum deprompsimus, unde hoc conficiamus dialogi thema: JUSTITIA ET TEMPERANTIA RELIQUAQUE VIRTUS VERAE FELICITATIS AC SALUTIS FONS ET SINGULIS HOMINIBUS ET UNIVERSAE CIVITATI. Haec est summa ipsius philosophicae disputationis, cui admixta

atque intexta est officiorum et privatorum et publicorum praeceptio quaedam omnibus hominibus pro sua cujusque conditione aut arte aut munere secundum eam exsequendorum. Quae praeceptio cum sit specialis, quippe aptata atque accommodata ad regiminis formam et civitatis Atheniensis auctoris aetate statum, in universi thematis descriptione locus ei esse non potest.

Fortasse tamen aliquis proferat locos, qualis est 527 C. *χρηστέον τῇ ῥητορικῇ ἐπὶ τὸ δίκαιον ἀεί.* et D — *τότ' ἤδη ἐπιθησόμεθα τοῖς πολιτικοῖς.* 504 D *ὁ ῥήτωρ ὁ τεχνικός τε καὶ ἀγαθὸς καὶ τοὺς λόγους προσοίσει ταῖς ψυχαῖς, οὓς ἂν λέγῃ, καὶ τὰς πράξεις ἁπάσας — ὅπως ἂν αὐτοῦ τοῖς πολίταις δικαιοσύνη μὲν ἐν ταῖς ψυχαῖς γίγνηται κτέ.* et non paucos e medio dialogo, praesertim ubi uberrime de politicis disputatur, nominatim de Miltiadis, Periclis aliorum rhetorica vel politica — hujusmodi multos locos, dico, fortasse quis proferat discedens in sententiam quorumdam interpretum, qui politicas magis quam privatas res in hoc dialogo respici judicant. Secundum quos igitur potius mixtum quoddam dialogi esset thema sic fere se habens: *justitia et temperantia reliquaque virtus, publicae salutis ac felicitatis parens, ante omnia bono politico et rhetorico propositum ac finis agendi et dicendi.* Verum Plato, mea sententia, ad nihil aliud potuit facere Socratem tandem in 527 adhortantem auditores, nisi ad id quod in ipso toto sermone eum fecerat eos docentem. Interpretes igitur nominibus rhetorices et politices, rhetoris et politici, quibus Socrates etiam ubi de sua arte loquitur saepissime utitur, quamquam rarissime sine epitheto *ἀληθινή*, in errorem inducti videntur. Ecquis enim quidquam videt, quod ad artem oratoriam aut ad reipublicae administrationem referri possit, in ea rhetorica sive politica, quam privatus homo exerceat *λόγους* habens *ἢ ἰδίᾳ ἢ δημοσίᾳ* (522 B), quam si quis exercuerit is possit se defendere suamque vitam ut *μήτε περὶ ἀνθρώπους μήτε περὶ θεοὺς ἄδικον μηδὲν μήτ' εἰρηκότος μήτ' εἰργασμένου.* atque hac defensione munitus omni rhetorices (illius *κολακικῆς*) opera carere possit (522 B, C, D) — ecquis in his politicas res magis quam privatas respici putare potest? Si quam igitur conjecturam in hac re facere liceat, audias, quare tamen non temere haec nomina suae disciplinae imposuisse Socrates mihi videatur. Rhetores et sophistae dicendi magistri, simul scientiam quamdam *τοῦ δικαίου, τοῦ ἀγαθοῦ* aliorum hujus

rumque respicit, ubi in posteriore sermonis parte (inde a 506 C) saepius repetit breviter id quod singulis effectum erat, nunc ut adversarios pertinacissimos comprimendo disputatio bene procedat eamque ducat quo velit, nunc ut eos syllogistice demonstrata supra assensos cohortetur ad artem ipsis probatam exercendam, suam vero ipsorum missam faciendam. Nos igitur quoque ad syllogismos provocamus et lectores brevitatis causa ipsi eos, in brevi conspectu et in annotationibus omnes exhibitos, nunc conferant rogamus. Neque dubitamus, quin qui leguntur in 476—479, 495, 496, 497, 498 et 499 eo consilio persequens et inter se conferens totidem argumenta vel potius fundamenta agnoscat, quibus innituntur Socratis placita in hoc dialogo tradita, et ex quibus thema, quod supra descripsimus conficiatur, quippe versantibus omnibus circa haec tria capita: *δικαιοσύνην*, *σωφροσύνην*, *εὐδαιμονίαν*, pluribus verbis ut dicam, utpote ex quibus haec *συλλογιστέα*: primo *δικαιοσύνην* esse virtutem et pariter *σωφροσύνην*, *ἀνδρείαν* reliqua hujusmodi: secundo *εὐδαιμονίαν* sine virtutum exercitatione nullam esse posse. Jam his vestigiis semel repertis insistenti nihil facilius quam ex Cap. III. § 1, ubi sine dubio est *ἀκμὴ* totius sermonis et si res et si disputationis contentionem spectas, politicorum vel rhetorum sententias colligere et hac thesi complecti: *ἡ ἀδικία* (= *πλεονεξία*) *καὶ ἡ ἀκολασία* reliquaque hujusmodi *ἀρετή τε καὶ εὐδαιμονία*: Socratis autem sententias hac: *ἡ δικαιοσύνη καὶ ἡ σωφροσύνη* reliquaque hujusmodi *ἀρετή τε καὶ εὐδαιμονία*. Atque ab hac porro Socratis thesi profecto etiam facilius est ex toto sermone hoc thema colligere: *ἡ δικαιοσύνη καὶ ἡ σωφροσύνη καὶ ὁ ἄλλος τῆς ψυχῆς κόσμος ἀρετή τε καὶ εὐδαιμονία καὶ ἰδιώτου καὶ πόλεως*. Sic igitur Gorgiae syllogismi ad ejus argumentum inveniendum certissimi sunt duces. In 468 autem Socrates eripit rhetoribus *τὸ ἄρχειν*, *τὸ μέγα δύνασθαι* i. e. *τὸ τοῦ* summi eorum boni summum demonstrando id esse malum. Qua eadem ratione evertit iisque eripit quaecunque affectant vel defendere conantur. Huc progressus lectorem quaedam monitum velim. Syllogismi per se non magni sunt pretii, quod vix monendum, id autem, quod iis efficitur, et omnino ipsum id, cujus causa syllogismi adhibentur et hypotheses evertuntur, maximi est momenti. Atque hoc est, ad quod attendat, quod deprehendere conetur eos conferens, ut dialogi thema in iis quasi designatum videat, et

ne parergi quid pro ipso illo i. e. pro re, qua de agatur, habeat. In quem errorem interpretes etiam recentiores vulgo inducti sunt, quippe adhucdum nullam prorsus syllogismorum rationem habentes. Exemplis utamur. Omnia quae disputantur et omnes syllogismi qui adhibentur inde a 495 contra adversariorum hypotheses, τὸ ἡδὺ = τἀγαθόν, τὸ ἀνιαρὸν = τὸ κακόν, unius trium illorum capitum σωφροσύνης causa instituuntur. Nimirum hoc refutationis illarum hypothesium, hoc totius hujus disputationis est consilium, ut invictis argumentis demonstretur σωφροσύνην esse virtutem (ἀκολασίαν, πλεονεξίαν alia hujusmodi non esse virtutes), quam qui colat felicem vitam vivere. Quod non attendentes interpretes ex. gr. in ipsa illa hypothesi τὸ ἡδὺ = τἀγαθὸν cum ejus refutatione magni momenti nescio quid videre sibi videntur, immemores, opinor, hypothesin theseos causa esse, non contra, et hypothesin everti, ut ipsa thesis cadat. Jam hac via errantes iidem non potuerunt non in alterum simul errorem incurrere, ubi dialogi argumentum vel consilium eruere conantes sermonem in capita vel partes dispertiunt. Exemplum vide in eadem dialogi parte. Eorum, quae leguntur in 491—500 et unam σωφροσύνην ut virtutem defendunt a Calliclis argutiis, partem quamdam alii cum praecedentibus alii cum sequentibus conjunxerunt. Non nego nonnulla ex 491—500 in proximis et alibi tangi et repeti: verum tamen quod auctor suscipit in 491, id in 500 ab eo ad finem perduci contendo, ideoque nullo pacto disjungi posse. Summa igitur in hac re cautio adhibenda. Saepissime ad alia transiisse auctorem bene sentimus, transeuntem vero vix videmus. Tanto artificio dialectico Socratem facit circumvenientem adversarios acutissimos, ubi diversae res subtilissima et ingeniosissima disputatione connectendae sunt. Quare neque ausus sum equidem dispertire quae leguntur inde a 481 usque ad 500. Quamquam enim Socrates in 491 aperte initium facit disputandi de σωφροσύνης, Callicles tamen, uti δικαιοσύνην, sic etiam hanc pro vitio habendam esse contendit arripiens illud τὸ φύσει δίκαιον καὶ καλόν. Et revera tractantur illa deinde, quamquam alterum non est alterius contrarium, ὥσπερ ἐκ μιᾶς κορυφῆς συνημμένω δύ' ὄντε. Haec speciminis ergo sufficiant, unde appareat, quo loco syllogismi in Gorgia obvii habendi sint et quae via iis ducibus ingredienda, ne universum dialogum perscrutantes et de ejus argumento con-

siderantes in quemvis errorem rapiamur. Redeo unde digressus sum. Ostendi syllogismos in Gorgia indices esse thematis. Nunc videamus, quomodo qui legitur in 460 et cum aliis respicitur in 508 C eidem sententiae meae suffragetur, et quo jure tamen reliquorum prodromus dici possit. Socrates in eo nihildum tangit quod ad ipsa tria illa capita pertinet δικαιοσύνην, σωφροσύνην, εὐδαιμονίαν. Sed de vera rhetorica, in qua δικαιοσύνη primas agit partis, cum rhetoribus disceptaturus, disputandi initium ab eo ducit, utpote quo cogitur, verum rhetorem debere esse δίκαιον et scientiam habere τῶν δικαίων. Qualis cum sit hic syllogismus, simul rhetoribus, si quidem hoc nomine digni esse velint, necessitatem imponit τοῦ esse justos et tenere verae artis rhetoricae praecepta deinceps tradita, quorum agmen ducit hoc: παντὸς μᾶλλον ἀνδρὶ μελετητέον — τὸ δίκαιον εἶναι καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ.

DE IPSIUS AUCTORIS ET DE DIALOGI CONSILIO.

Quid Platonem induxerit ad Gorgiam conscribendum conjectura tantum quadam assequi possumus. Et veteres et recentiores, non recte ipsum dialogum intelligentes aut nimiam fortasse fidem habentes dictis quibusdam, quae olim sub Platonis aut Gorgiae nomine circumferebantur, Platonem, quod simultatem quamdam cum rhetoribus et sophistis habuerit tanto successu admirationem atque auram popularem captantibus, invidia ductum aut aemulatione Gorgiam conscripsisse contendunt: nonnulli suae vitae privatae institutum defendendi causa, aut etiam rhetores irridendi causa. Verum ζῆλος aut φθόνος aliave quaedam δυσμένεια in τὸν μεμψίνεικον nostrum nulli philosophorum et scriptorum secundum cadere non potuit. Atque hujusmodi σμικρολογίᾳ hoc opus deberi persuadere mihi non possum. Si quis autem perhiberet Platonem veri ac boni explorandi causa et publice defendendi obviam ire voluisse rhetoricae illi σεμναῖς quidem λέξεσι splendenti sed κεναῖς ἐννοίαις sordenti speciemque quamdam philosophiae prae se ferenti, ideoque ad Gorgiam conscribendum animum appulisse, huic sententiae unum dictorum illorum, quae ad nos pervenerunt, non repugnaret. Accepimus enim inter alia hoc Gorgiae dictum: se neque dixisse neque

ex Platone audivisse quidquam eorum, quae in dialogo leguntur. Quod propterea pro genuino habendum videtur, quia nullam invidiam aut inimicitiam redolet, contra ac reliqua omnia dicta sub Gorgiae nomine tradita, in quorum nonnullis vel Graecitas auctorem prodit non aequalem Platonis. Et si ipsum dialogum spectas, inest unum et alterum rhetorices sophisticae specimen (imprimis 482 C—486 D) ad illorum oratiuncularum rationem tantum non πρὸς κόρον a Platone confectum, quod Gorgias dedecori sibi ducere non potuit, sed fortasse admiratus est, quandoquidem revera praestat omnibus iis scriptis, quae sub Gorgiae aliorumque rhetorum nomine ad nos pervenerunt. Quod non ita velim intelligatur, ut rhetoribus pepercisse Platonem contendere videar. Exprimit enim et refert quod intolerabile ac ridiculum habet eorum dicendi ratio, v. c. in illo repetito Ναί. συντομίας λόγων tanquam exemplo (449 D), in illis νόμου τε καὶ λόγου καὶ ψόγου (492 C). παρισώσεως, al. verum talia tantum pauca quaedam et ἐν παρόδῳ inseruit. Nusquam autem dedita opera id agit, ut exaggeret hujusmodi orationis ornatum ab iis adhibitum, quo tamen, opinor, nihil facilius factu Platoni fuisset: sed potius per totum opus id serio agit, ut ipsum quod docebant exploret et omnino disciplinam eorum atque institutum τοῦ ὡς ἀληθῶς ἀνδρὸς, vel si malis, φιλοσόφου ἀνάξιον esse demonstret. Verum de his uberius commentari non est hujus loci.

De dialogi consilio, quantum ex ipso cognosci potest, pauca quaedam ex schedulis meis depromam. Socrates in Cap. V—VII nulla amplius argumentatione utitur. In Cap. VI et VII de se ut vero politico, de sua morte et omnino de hominum sorte post mortem disserit omnium supra disputatorum rationem habens. Ex. gr. in 527 B. εὐλαβητέον τὸ ἀδικεῖν μᾶλλον ἢ τὸ ἀδικεῖσθαι. respicit a se disputata contra Gorgiam et Polum in Cap. I et II, et contra Calliclem in Cap. III, uti ipse diserte dicit. Quae omnia sunt apertiora et faciliora, quam ut expositione quadam indigeant. Noli nunc putare, me divellendam hanc ultimam dialogi partem a superioribus censere, quod de ea separatim breviter dixi, aut me secundarium quoddam auctoris consilium in ea videre. Neque hanc neque aliam quamdam hujus dialogi partem secundario quodam consilio ab auctore scriptam puto, sed unum tantum consilium per totum dialogum eum

habuisse contendo. Vidimus eum in Cap. I—IV hoc agere, ut maxime propria philosophiae Socraticae praecepta dedita opera exponat et argumentationibus defendat et comprobet. Jam quid agit in postrema dialogi parte? Eorumdem praeceptorum praestantiam non argumentando, sed tanquam praemium proponendo ac pollicendo ea tenenti summam felicitatem etiam post mortem, digne ac mirifice extollit. Quod faciens viri viventis i. e. agentis et dicentis secundum praecepta supra tradita, qui neque in vita (ne τὰ ἔσχατα quidem ἀδικούμενος 486, 508, 527 D), neque post mortem infelix esse possit, tanquam exemplum ponit ipsum Socratem, quippe sibi conscium se οὔτε περὶ ἀνθρώπους οὔτε περὶ θεοὺς ἄδικον οὐδὲν οὔτ' εἰρηκέναι οὔτ' εἰργάσθαι. His ex ultima dialogi parte depromtis adde quod ἐν παρόδῳ habet Cap. III. § 1. Rhetores enim secundum 484, 485 et 486 philosophiam Socraticam contemnebant. Putabant eam ingenii tantum exercendi et τῆς τῶν νέων παιδείας ἕνεκα πεποιημένην. Auctor igitur hanc insitam opinionem ex eorum animis evellit tradendo et defendendo Socratis philosophiam, non ut disciplinam quamdam, ad quam puerilis aetas in scholis informetur, sed ut normam quamdam, ad quam cujusque hominis vita sit dirigenda et privati et politici, in quaque tam ἰδίᾳ quam πολιτικῇ πράξει, ut veram sibi aliisque et universae civitati felicitatem ac salutem comparet. Verum quid plura? Hoc dialogi consilium esse videtur: rejecta rhetorum et sophistarum disciplina Socraticam disciplinam aequalibus tradit atque exponit (Cap. I—IV) et commendat (Cap. IV—VII). Quod propositum optime assequitur auctor, alteras partes rhetoribus, politicis, sophistis dando acerrimis et artificiosissimis contrariorum placitorum propugnatoribus, qui, quamvis audaces disputatores sint, a Socrate sua placita vindicante non dubio tamen Marte devincuntur. Restat ut, ne quid omisisse videar, breviter dicam de eorum sententia, qui secundarium quoddam consilium Athenienses reprehendendi, Socratem autem defendendi, in hoc dialogo auctori fuisse contendunt. Est ita, gravissime vituperat et castigat eos, Socratem autem immerito summa injuria ab iis affectum digne defendit. Verum noli in his secundarium quoddam consilium videre. Dialogi ratio, ipsum ejus argumentum ita fert, ut et illa castigatio et illa defensio per se atque ultro ex eo prodeat.

Erunt fortasse, qui his lectis statim me aggrediantur hujusmodi locis: *θαρρεῖν χρὴ ἄνδρα — ὅστις — κοσμήσας τὴν ψυχὴν — τῷ ἑαυτῆς κόσμῳ, σωφροσύνῃ τε καὶ δικαιοσύνῃ καὶ ἀνδρείᾳ καὶ ἐλευθερίᾳ καὶ ἀληθείᾳ οὕτω περιμένει τὴν εἰς Ἅιδου πορείαν* ex Phaedone 114 E, vel huic simili ex Theaet. 172 C aliisve ex reliquis dialogis, unde idem consilium, eadem illa placita proferant, eadem praecepta de iisdem virtutibus. At vero eadem in nullo fere Platonis opere non tangi concedo, sed vehementer nego in ullo alio dedita opera argumentis demonstrari, cur ea quae a Socrate ad animi *κόσμον* referantur pro virtutibus habenda sint, cur hae virtutes necessario felicitatis sint fontes ideoque colendae. Neque in ullo alio dialogo contra sentientes contrariis illarum virtutum (i. e. vitiis secundum Socratem) patrocinantur. Neque hi alibi *ἀδαμαντίνοις λόγοις* i. e. demonstrandi formulis *ἀναμφισβητήτοις* redarguuntur. Ubi vero eaedem res in aliis dialogis tractantur, theoreticae et psychologicae quaedem quaestiones instituuntur ex. gr. de natura virtutis, de partibus ejus, de ratione qua homini *παραγίγνεται* et qua ex animi viribus et affectibus in eo gignitur, in Gorgia autem practica de ea est quaestio, et simpliciter probatur et commendatur virtus ut verae felicitatis parens.

QUO TEMPORE GORGIAS HABITUS FINGITUR ET QUO SCRIPTUS EST.

Dialogus fingitur habitus inter Socratem, Gorgiam, Polum et Calliclem, Athenis in domo Calliclis, audientibus Chaerephonte (perpauca dicente initio et in 458 et 481), Socratis familiari et sodali, et permultis Gorgianae rhetorices admiratoribus (447 A B, 455 C, 458 B C, 461 E, 487 B, 490 B): quod autem ad tempus attinet, Archelao Macedoniae rege (471 A), post pugnam ad Arginussas (473 E) et ante Alcibiadis mortem (519 B) i. e. inter Ol. 93. 3. et 94. 1. Quem annum 405 A. C. n. uterque hic locus tam manifestum facit, ut reliqui loci 472 A, 503 alii, qui cum utroque hoc pugnare videantur, aut ita interpretandi sint, ut hujus utriusque ratio habeatur, aut corrigendi, nisi quis Platonem negligenter confundentem tempora dialogum scripsisse existimare malit.

Quo vero tempore Plato scripserit Gorgiam, non nisi probabili quadam conjectura ex 521—523 colligi potest. Quae enim Socrates ibi disserit tam studiose et diligenter contemplatum ac meditatum mortem totamque ejus vitam auctorem redolent, ut ea haud ita nuper post Socratis mortem scripsisse videatur.

CORRIGENDA.

Pag. v *pro* suumque in iis l. suumque cum iis conjunctae.
" VIII *Corrigas ipse* appereat. — XI praefactonis. — 6. γειρουργίας. — 8 κακουργεῖν. — 49 allii. 103 τῶν.
" XXIV *pro* δικαστηρίῳ; κρενοῦμαι l. δικαστηρίῳ. — κρινοῦμαι
" 6 *pro* πάντως l. πάντων.
" 7 *post* Herod I 36 et 39 *adde* III 65.
" 10 *pro* inducitur non πρῶτος l. ind. non πρῶτον
" 17 *pro* ἀκήκοας;] l. ἀκήκοας; ?
" 36 l. ΣΩ. Οὐδεμία, ὦ Π.
" 44 *pro* nihili use *l.* n. esse. *Ibid. l.* respondendum — objurganda stupida P. pertinacia.
" 102 *pro* με νουθετεῖς. οὐχ ἅμα l. με νουθετεῖς. — Οὐχ ἅμα
" 144 *pro altero* ἁμαρτήματα l. ἀδικήματα
" 145 *pro* recte τοὺς l. recte τοῖς.
" 159 *pro* μηδὲ — ἀρχὴν; τὴν ἀρχὴν μηδὲ l. μηδὲ — ἀρχήν; et — τὴν ἀρχὴν μηδὲ —.
" 162 *pro* ῥήτορι ἢ l. ῥήτορα ἤ.

PLATONIS GORGIAS.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ ΠΡΟΣΩΠΑ·

ΚΑΛΛΙΚΛΗΣ, ΣΩΚΡΑΤΗΣ, ΧΑΙΡΕΦΩΝ, ΓΟΡΓΙΑΣ, ΠΩΛΟΣ.

447 I. *Πολέμου καὶ μάχης φασὶ χρῆναι, ὦ Σώκρατες, οὕτω μεταλαγχάνειν.* — ΣΩ. *Ἀλλ' ἦ, τὸ λεγόμενον, κατόπιν ἑορτῆς ἥκομεν* ⌈*καὶ ὑστεροῦμεν*⌉; — ΚΑΛ. *Καὶ μάλα γ' ἀστείας* ⌈*ἑορτῆς*⌉· *πολλὰ*

447 A *Καὶ μάλα γ' ἀστείας ἑορτῆς*] Theaet. 168 E *Ἀλλ' οὔ τοι σοῦ γε, ὦ Θεόδωρε, ἄμεινον.* Crat. 391 B *Ἀλλὰ μὴν ἐπιθυμῶ γε εἰδέναι.* al. Hujusmodi breve responsum respuit ultimam vocem ex superius dicentis verbis repetitam. Passim occurrunt exempla, mox in 449 A hoc Σ. *Ῥήτορα ἄρα χρή σε καλεῖν;* Γ. *Ἀγαθόν γε ὦ Σώκρατες.* Absint igitur voces illae repetitae *ἑορτῆς*, *ἄμεινον* et *εἰδέναι.* — Scholia qui inspexerit in verba *κατόπιν ἑορτῆς* et in *τὸ λεγόμενον* facile mecum assentietur voces *καὶ ὑστεροῦμεν* delendas esse censenti. Vide proverbia additamentis quoque enervata in Ph. 89 C *πρὸς δύο οὐδ' Ἡρακλῆς*, pro quo scribae haec tradiderunt: *πρὸς δύο λέγεται οὐδ' ὁ Ἡρακλῆς οἷός τε εἶναι.* Rep 341 C *ξυρεῖν ἐπιχειρεῖν λέοντα*, quod pessum dederunt addendo *καὶ συκοφαντεῖν Θρασύμαχον.* De illo loco alias diximus de hoc dicemus infra ad 455 E. — In Gorgia nunc vide quam concinna, omissis istis *καὶ ὑστεροῦμεν*, sint illa. *Καὶ μάλα γ' ἀστείας*, sine ullo additamento. Lubet *εὐθὺς ἀπ' ἀρχῆς* etiam nitorem Aristophaneum reducere in Vespp. 973.

αἰβοῖ. τί κακόν ποτ' ἔσθ' ὅτῳ μαλάττομαι
κακόν τι περιβαίνει με κἀναπείθομαι.

Quam inconcinnum alterum *κακόν τι.* Verum argumenta afferenda. Senem jam *ἀναπείθεσθαι* se fassum non bene his verbis excipit filius

ἴθ', ἀντιβολῶ σ', οἰκτείρατ' αὐτὸν ὦ πάτερ,
καὶ μὴ διαφθείρητε.

Librarius illud *μαλάττομαι* manifesto explicare conatus est per vulgare verbum *ἀναπείθομαι.* Sed *ἀναπείθεσθαι* nondum est *μαλάττεσθαι.* Sentit senex indolem suam, se invito, mutari, ipsumque, ut ipsius comici verbis utar, *μεθίστασθαι σκληρῶν τρόπων.* Significat enim *μαλάττεσθαι* ex *σκληροῦ* vel *δυσκόλου* fieri *λεῖον, ἁπαλὸν, τρυφερὸν* sive uti Plato alicubi habet, ex *σιδηροῦ κήρινον.* Flebilibus igitur omnibus modis senem flectere aggreditur filius, postquam ille sensit et *δυσαρεστούμενος* (sic scholiasta) dixit se *μαλάττεσθαι* i. e. in eo esse ut fere possit *ἀναπείθεσθαι* Quid multa? Attici in talibus non utuntur verbo *περιβαίνειν*, sed *περιπίπτειν, ἐμπίπτειν* similive. Quare redde interpreti barbarum istud *περιβαίνει* cum toto versu, utpote ex crassa pedestrique explicatione praecedentis nato.

*γὰρ καὶ καλὰ Γοργίας ἡμῖν ὀλίγον πρότερον ἐπεδείξατο. — ΣΩ. Τού-
των μέντοι, ὦ Καλλίκλεις, αἴτιος ΧαιρεΦῶν ὅδ' ἐν ἀγορᾷ ἀναγκάσας
ἡμᾶς διατρῖψαι. — ΧΑΙ. Οὐδὲν πρᾶγμα, ὦ Σώκρατες· ἐγὼ γὰρ* B
*καὶ ἰάσομαι. Φίλος γάρ μοι Γοργίας, ὥστ' ἐπιδείξεται ἡμῖν, εἰ μὲν
δοκεῖ, νῦν, ἐὰν δὲ βούλῃ, ἐσαῦθις. — ΚΑΛ. Τί δαί, ὦ ΧαιρεΦῶν;
ἐπιθυμεῖ Σωκράτης ἀκοῦσαι Γοργίου; — ΧΑΙ. Ἐπ' αὐτό γέ τοι τοῦτο
πάρεσμεν — ΚΑΛ. Οὐκοῦν ὅταν βούλησθε παρ' ἐμὲ ἥκειν οἴκαδε·
παρ' ἐμοὶ γὰρ Γοργίας καταλύει, καὶ ἐπιδείξεται ὑμῖν. — ΣΩ. Εὖ
λέγεις, ὦ Καλλίκλεις. ἀλλ' ἆρ' ἐθελήσειεν ἂν ἡμῖν διαλεχθῆναι;* C
*βούλομαι γὰρ πυθέσθαι παρ' αὐτοῦ, τίς ἡ δύναμις τῆς τέχνης
τἀνδρός, καὶ τί ἐστιν ὃ ἐπαγγέλλεταί τε καὶ διδάσκει. τὴν δ' ἄλλην
ἐπίδειξιν ἐσαῦθις, ὥσπερ σὺ λέγεις, ποιησάσθω. — ΚΑΛ. Οὐδὲν οἷον
τὸ αὐτὸν ἐρωτᾶν, ὦ Σώκρατες. καὶ γὰρ αὐτῷ ἓν τοῦτ' ἦν τῆς ἐπιδείξεως·
ἐκέλευε γοῦν νῦν δὴ ἐρωτᾶν ὅ τί τις βούλοιτο τῶν ἔνδον ὄντων, καὶ πρὸς
ἅπαντ' ἔφη ἀποκρινεῖσθαι. — ΣΩ. Ἦ καλῶς λέγεις. Ὦ ΧαιρεΦῶν, ἐροῦ
αὐτόν. — ΧΑΙ. Τί ἔρωμαι; — ΣΩ. Ὅστις ἐστί. — ΧΑΙ. Πῶς λέγεις;
— ΣΩ. Ὥσπερ ἂν εἰ ἐτύγχανεν ὢν ὑποδημάτων δημιουργός, ἀπε-* D
κρίνατ' ἂν δήπου σοι, ὅτι σκυτοτόμος. ἢ οὐ μανθάνεις ὡς λέγω;

II. *ΧΑΙ. Μανθάνω καὶ ἐρήσομαι. Εἰπέ μοι, ὦ Γοργία, ἀληθῆ
λέγει Καλλικλῆς ὅδε, ὅτι ἐπαγγέλλει ἀποκρινεῖσθαι ὅ τι ἄν τίς σε
ἐρωτᾷ; — ΓΟΡ. Ἀληθῆ, ὦ ΧαιρεΦῶν· καὶ γὰρ νῦν δὴ αὐτὰ ταῦτ'* 448
ἐπηγγελλόμην, καὶ λέγω, ὅτι οὐδείς μέ πω ἠρώτηκε καινὸν οὐδὲν

— C *ἐκέλευε — ἐρωτᾶν ὅ τί τις βούλοιτο*] Secundum 462 A *οὐκοῦν καὶ σὺ κελεύεις σαυτὸν ἐρωτᾶν.* Prot. 348 C *ὁ Πρωτ. — ἐκέλευεν ἐρωτᾶν αὐτόν —.* al. pronomen *αὐτὸν* excidit post *ἐρωτᾶν.* Laudandus etiam Meno 70 C *ἅτε καὶ αὐτὸς παρέχων αὑτὸν ἐρωτᾶν.* Quamquam autem non eadem est ratio verbi *παρέχειν* ac verbi *κελεύειν*, construitur tamen illud, sequente infinitivo vel participio, cum eodem pronomine praeterquam ubi chirurgo vel medico quis *παρέχειν* dicitur, aut etiam tanquam medico ex. gr. Charm. 176 B *ἔμοιγ' ἔσται τοῦτο τεκμήριον ὅτι σωφρονεῖς, ἢν ἐπᾴδειν παρέχῃς Σωκράτει.* Verum vel verbum *παρέχειν* semper habet hoc pronomen una cum *ἐρωτᾶν.* Vide alterum locum Apol. Socr. 33 B — *ὁμοίως — παρέχω ἐμαυτὸν ἐρωτᾶν.* Quae his verbis continuo subjunguntur *κἂν τις — ἂν λέγω* corrupta sunt sed expedire ea nondum mihi contigit.

— D *Ὥσπερ ἂν εἰ ἐτύγχανεν ὢν — ἀπεκρίνατ' ἂν*] Laudant interpretes locos, qualis Meno 72 B *εἴ μου ἐρομένου — ἔλεγες —, τί ἂν ἀπεκρίνω μοι εἴ σε ἠρόμην.* unde doceant etiam aoristum post imperfectum usurpari, cum vulgo in sententia conditionali aoristus cum aoristo occurrat. Hic enim *τί ἂν ἀπεκρίνω* post imperfectum *ἔλεγες* sic positum putant. At vero est etiam hic aoristus *ἠρόμην* cum conditionali particula *εἰ*, cui alter aoristus *ἀπεκρίνω* respondet. Ad eandem rationem in Gorgia aoristum *ἀπεκρίνατο* post imperfectum *ἐτύγχανεν* positum arbitrantur. Verum fugit eos, cogitatione supplenda esse verba *εἰ ἤρου τίς ἐστι.* Frustra igitur ex his locis docere illud conantur. Permulta sunt, quae hac ratione supplendo verba quaedam facillima fiunt intellectu, nullaque amplius indigent explicatione. Ex. gr. in C *οὐδὲν οἷον τὸ αὐτὸν ἐρωτᾶν.* Sic se haberet plene scriptum *οὐδὲν τοιοῦτόν ἐστιν, οἷον τὸ αὐτὸν ἐρωτᾶν.* Et quae mox in 448 A leguntur *Τί δὲ τοῦτο, ἐὰν σοί γ' ἱκανῶς;* sic supplenda: *Τί δὲ τοῦτο διαφέρει, ἐὰν σοί γ' ἱκανῶς ἀποκρίνωμαι;*

πολλῶν ἐτῶν. — ΧΑΙ. Ἦ που ἄρα ῥᾳδίως ἀποκρίνει, ὦ Γοργία. —
ΓΟΡ. Πάρεστι τούτου πεῖραν, ὦ Χαιρεφῶν, λαμβάνειν. — ΠΩΛ.
Νὴ Δία· ἂν δέ γε βούλῃ, ὦ Χαιρεφῶν, ἐμοῦ. Γοργίας μὲν γὰρ
καὶ ἀπειρηκέναι μοι δοκεῖ· πολλὰ γὰρ ἄρτι διελήλυθε. — ΧΑΙ. Τί
δαί, ὦ Πῶλε; οἴει σὺ κάλλιον ἂν Γοργίου ἀποκρίνασθαι; — ΠΩΛ.
B Τί δὲ τοῦτο, ἐάν σοί γ' ἱκανῶς; — ΧΑΙ. Οὐδέν· ἀλλ' ἐπειδὴ σὺ
βούλει, ἀποκρίνου. — ΠΩΛ. Ἐρώτα. — ΧΑΙ. Ἐρωτῶ δή. εἰ ἐτύγ-
χανε Γοργίας ἐπιστήμων ὢν τῆς τέχνης ἧσπερ ἀδελφὸς αὐτοῦ Ἡρό-
δικος, τίν' ἂν αὐτὸν ὠνομάζομεν δικαίως; οὐχ ὅπερ ἐκεῖνον; —
ΠΩΛ. Πάνυ γε. — ΧΑΙ. Ἰατρὸν ἄρα φάσκοντες αὐτὸν εἶναι κα-
λῶς ἂν ἐλέγομεν. — ΠΩΛ. Ναί. — ΧΑΙ. Εἰ δέ γ' ἧσπερ Ἀρι-
στοφῶν ὁ Ἀγλαοφῶντος ἢ ἀδελφὸς αὐτοῦ ἔμπειρος ἦν τέχνης, τίν'
C ἂν αὐτὸν ὀρθῶς ἐκαλοῦμεν; — ΠΩΛ. Δῆλον ὅτι ζωγράφον. —
ΧΑΙ. Νῦν δ' ἐπειδὴ τίνος τέχνης ἐπιστήμων ἐστί, τίν' ἂν καλοῦντες
αὐτὸν ὀρθῶς καλοῖμεν; — ΠΩΛ. Ὦ Χαιρεφῶν, πολλαὶ τέχναι ἐν
ἀνθρώποις εἰσὶν ἐκ τῶν ἐμπειριῶν ἐμπείρως εὑρημέναι· ἐμπειρία μὲν
γὰρ ποιεῖ τὸν αἰῶνα ἡμῶν πορεύεσθαι κατὰ τέχνην, ἀπειρία δὲ κατὰ
τύχην. ἑκάστων δὲ τούτων μεταλαμβάνουσιν ἄλλοι ἄλλων ἄλλως,
τῶν δ' ἀρίστων οἱ ἄριστοι· ὧν καὶ Γοργίας ἐστὶν ὅδε, καὶ μετέχει
τῆς καλλίστης τῶν τεχνῶν.
D III. ΣΩ. Καλῶς γε, ὦ Γοργία, φαίνεται Πῶλος παρεσκευάσθαι
εἰς λόγους· ἀλλὰ γὰρ ὃ ὑπέσχετο Χαιρεφῶντι οὐ ποιεῖ. — ΓΟΡ. Τί
μάλιστα, ὦ Σώκρατες; — ΣΩ. Τὸ ἐρωτώμενον οὐ πάνυ μοι φαί-
νεται ἀποκρίνεσθαι. — ΓΟΡ. Ἀλλὰ σύ, εἰ βούλει, ἐροῦ αὐτόν. —
ΣΩ. Οὔκ, εἰ αὐτῷ γε σοὶ βουλομένῳ ἐστὶν ἀποκρίνεσθαι, ἀλλὰ
πολὺ ἂν ἥδιον σέ. δῆλος γάρ μοι Πῶλος καὶ ἐξ ὧν εἴρηκεν, ὅτι τὴν
E καλουμένην ῥητορικὴν μᾶλλον μεμελέτηκεν ἢ (τὸ) διαλέγεσθαι· —
ΠΩΛ. Τί δή, ὦ Σώκρατες; — ΣΩ. Ὅτι, ὦ Πῶλε, ἐρομένου Χαι-
ρεφῶντος τίνος Γοργίας ἐπιστήμων τέχνης, ἐγκωμιάζεις μὲν αὐτοῦ
τὴν τέχνην, ὥσπερ τινὸς ψέγοντος, ἥτις δ' ἐστίν, οὐκ ἀπεκρίνω. —
ΠΩΛ. Οὐ γὰρ ἀπεκρινάμην, ὅτι εἴη ἡ καλλίστη; — ΣΩ. Καὶ
μάλα γε. ἀλλ' οὐδεὶς ἠρώτα, ποία τις εἴη ἡ Γοργίου τέχνη, ἀλλὰ

448 E ἀλλ' οὐδεὶς ἠρώτα] Pro ἐρωτᾷ lege τοῦτ' ἠρώτα. Hoc jam ediderunt, illud duo codices suppeditant. Recte quoque mox codices et editores nonnulli habent οὖν ante οὕτω in verbis καὶ νῦν οὕτως εἰπὲ, τίς κτέ. Caeterum verbum ὑποτείνεσθαι, quod mox, interpretum alius idem significare arbitratur quod ὑποτίθεσθαι, alius idem quod ὑφηγεῖσθαι. At quis credat tria haec significare idem? Praepositionis ὑπο in omnibus his verbis ὑποδεικνύναι, ὑποτίθεσθαι, ὑποτείνεσθαι, ὑφηγεῖσθαι est quidem eadem vis praeeundi, praecipiendi, monendi, sed varia ei accedit vis pro verbo, quocum composita est. Saepissime recurrunt ὑποτίθεσθαι et ὑφηγεῖσθαι, rarissime ὑποτείνεσθαι. Optime illud ὑποτίθεσθαι per συμβουλεύειν explicatur apud Hesychium.

τίς, καὶ ὅντινα δέοι καλεῖν τὸν Γοργίαν. ὥσπερ τἄμπροσθέν σοι ὑπε-
τείνατο Χαιρεφῶν καὶ αὐτῷ καλῶς καὶ διὰ βραχέων ἀπεκρίνω, καὶ 449
νῦν (οὖν) οὕτως εἰπέ, τίς ἡ τέχνη καὶ τίνα Γοργίαν καλεῖν χρὴ
ἡμᾶς; μᾶλλον δέ, ὦ Γοργία, αὐτὸς ἡμῖν εἰπέ, τίνα σε χρὴ καλεῖν
ὡς τίνος ἐπιστήμονα τέχνης; — ΓΟΡ. Τῆς ῥητορικῆς, ὦ Σώκρατες. —
ΣΩ. Ῥήτορα ἄρα χρή σε καλεῖν; — ΓΟΡ. Ἀγαθόν γε, ὦ Σώ-
κρατες, εἰ δὴ ὅ γ' εὔχομαι εἶναι, ὡς ἔφη Ὅμηρος, βούλει με κα-
λεῖν. — ΣΩ. Ἀλλὰ βούλομαι. — ΓΟΡ. Κάλει δή. — ΣΩ. Οὐκ-
οῦν καὶ ἄλλους σε φῶμεν δυνατὸν εἶναι ποιεῖν; — ΓΟΡ. Ἐπαγ- B
γέλλομαί γε δὴ ταῦτ' οὐ μόνον ἐνθάδε, ἀλλὰ καὶ ἄλλοθι. — ΣΩ.
Ἆρ' οὖν ἐθελήσαις ἄν, ὦ Γοργία, ὥσπερ νῦν διαλεγόμεθα, διατε-
λέσαι τὸ μὲν ἐρωτῶν, τὸ δ' ἀποκρινόμενος, τὸ δὲ μῆκος τῶν λόγων
τοῦτο, οἷον καὶ Πῶλος [ἤρξατο, εἰσαῦθις ἀποθέσθαι; ἀλλ' ὅπερ ὑπισχ-
νεῖ μὴ ψεύσῃ, ἀλλ' ἐθέλησον κατὰ βραχὺ τὸ ἐρωτώμενον ἀποκρί-
νεσθαι. — ΓΟΡ. Εἰσὶ μέν, ὦ Σώκρατες, ἔνιαι τῶν ἀποκρίσεων ἀν-
αγκαῖαι διὰ μακρῶν τοὺς λόγους ποιεῖσθαι· οὐ μὴν ἀλλὰ πειράσομαί
γ' ὡς διὰ βραχυτάτων. καὶ γὰρ αὖ καὶ τοῦθ' ἕν ἐστιν ὧν φημι, C
μηδέν' ἂν ἐν βραχυτέροις ἐμοῦ ταὐτὰ εἰπεῖν. — ΣΩ. Τούτου μὴν
δεῖ, ὦ Γοργία· καί μοι ἐπίδειξιν αὐτοῦ τούτου ποίησαι, τῆς βρα-
χυλογίας, μακρολογίας δ' εἰσαῦθις. — ΓΟΡ. Ἀλλὰ ποιήσω, καὶ
οὐδενὸς φήσεις βραχυλογωτέρου ἀκοῦσαι.

IV. ΣΩ. Φέρε δή· — ῥητορικῆς γὰρ φῂς ἐπιστήμων τέχνης εἶναι
καὶ ποιῆσαι ἂν καὶ ἄλλον ῥήτορα — ἡ ῥητορικὴ περὶ τί τῶν ὄντων D
τυγχάνει οὖσα; ὥσπερ ἡ ὑφαντικὴ περὶ τὴν τῶν ἱματίων ἐργασίαν·
ἢ γάρ; — ΓΟΡ. Ναί. — ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ ἡ μουσικὴ περὶ τὴν
τῶν μελῶν ποίησιν; — ΓΟΡ. Ναί. — ΣΩ. Νὴ τὴν Ἥραν, ὦ
Γοργία, ἄγαμαί γε τὰς ἀποκρίσεις, ὅτι ἀποκρίνει ὡς οἷόν τε διὰ

Verum ὑποτίθεσθαι dicitur qui corrigens et commonens alicui praecipit, quid faciendum sit aut dicendum. Apud Thom. Mag. ὑφηγεῖσθαι per διδάσκειν explicatur. Sed ὑφηγεῖσθαι in universum dicitur qui viam quamdam monstrat, deinde qui rationem quamdam narrandi aut argumentandi praemonstrat. Ab his igitur differre ὑποτείνεσθαι Gorgiam inspiciens sentiet. Bis autem tantum in Platone occurrit, et in altero loco, qui est Theaet. 179 E nullam fere lucem secum fert. Periculum igitur est, ne errent vim hujus verbi describentes, quamquam negari non potest Socratem eo verbo utentem interrogandi rationem a Chaerephonte institutam in 448 B respicere.

449 B. Εἰσὶ — ἔνιαι — ἀναγκαῖαι — ποιεῖσθαι] Adjectivum ἀναγκαῖος bis vel ter tantum hoc modo usurpatum apud Platonem occurrit. Brevius dicta illa pro: εἰσὶ — ἔνιαι τῶν ἀποκρίσεων (τῶν ἐρωτήσεων?) τοιαῦται, ὥστ' ἀναγκαῖον τὸν ἀποκρινόμενον διὰ μακρῶν τοὺς λόγους ποιεῖσθαι, quae tamen etiam aliis verbis dicere possis utens adjectivo ἀναγκαῖον in neutro genere. Saepius adjectivum δίκαιος eodem modo usurpatur, praesertim cum secunda persona εἶ verbi εἶναι. Et omnes novimus δῆλος, φανερός. Haec tamen cum verbi construuntur participio, non infinitivo.

— D — ἄγαμαί γε τὰς ἀποκρίσεις, ὅτι —] Hipp. Maj. 291 E Νὴ τὴν Ἥραν,

βραχυτάτων. — ΓΟΡ. Πάνυ γὰρ οἶμαι, ὦ Σώκρατες, ἐπιεικῶς τοῦτο
ποιεῖν. — ΣΩ. Εὖ λέγεις, ἴθι δή μοι ἀπόκριναι οὕτω καὶ περὶ τῆς
ῥητορικῆς, περὶ τί τῶν ὄντων ἐστὶν ἐπιστήμη; — ΓΟΡ. Περὶ λό-
E γους. — ΣΩ. Ποίους τούτους, ὦ Γοργία; ἆρ' οἳ δηλοῦσι τοὺς κά-
μνοντας ὡς ἂν διαιτώμενοι ὑγιαίνοιεν; — ΓΟΡ. Οὔ. — ΣΩ. Οὐκ
ἄρα περὶ πάντας γε τοὺς λόγους ἡ ῥητορική ἐστιν. — ΓΟΡ. Οὐ
δῆτα. — ΣΩ. Ἀλλὰ μὴν λέγειν γε ποιεῖ δυνατούς. — ΓΟΡ. Ναί. —
ΣΩ. Οὐκοῦν περὶ ὧνπερ λέγειν καὶ φρονεῖν; — ΓΟΡ. Πῶς γὰρ
450 οὔ; — ΣΩ. Ἆρ' οὖν καὶ ἣν νῦν δὴ ἐλέγομεν, ἡ ἰατρική, περὶ τῶν
καμνόντων ποιεῖ δυνατοὺς εἶναι φρονεῖν καὶ λέγειν; ΓΟΡ. Ἀνάγκη. —
ΣΩ. Καὶ ἡ ἰατρικὴ ἄρα, ὡς ἔοικε, περὶ λόγους ἐστί. — ΓΟΡ. Ναί. —

ἄγαμαί σου, ὅτι μοι δοκεῖς εὐνοικῶς — βοηθεῖν. Xen. Memor. 4, 2, 9 Νὴ τὴν Ἥραν — ἄγαμαί γέ σου διότι οὐκ κτέ. Formulae, cujusmodi est Νὴ τὴν Ἥραν, constanter adsciscunt γε particulam. Itaque editores non tantum in locis ex Xen. Memor. et ex Plat. Gorgia codicibus obtemperantes sed etiam in Hippia, nullo codice auctore, et γε et σου scribere debebant. — Quis est, qui ferret, si ex. gr. in Hippia scriptum esset sic: Νὴ τὴν Ἥραν ἄγαμαί γέ σου τὴν βοήθειαν, ὅτι μοι δοκεῖς εὐνοικῶς — βοηθεῖν. Ferunt tamen omnes in Gorgia Νὴ —. ἄγαμαι — τὰς ἀποκρίσεις, ὅτι ἀποκρίνει — neque sentiunt Atticam dictionem labefactatam esse additamento isto τὰς ἀποκρίσεις. Id enim, quo quis se dicit ἄγασθαί τινος (personae), simul per substantivum in accusativo simul per ὅτι cum verbo nusquam significatur. Quam ob rem vocem τὰς ἀποκρίσεις ab Atticae locutionis ignaris adscriptam esse contendimus ut genitivus σου haberet quo referretur, Platonem autem scripsisse sic: Νὴ τὴν Ἥραν, ἄγαμαί γέ σου, ὅτι ἀποκρίνει ὡς οἷόν τε διὰ βραχυτάτων. Huic simile additamentum est in Crit. 43 B σοῦ πάλαι θαυμάζω αἰσθανόμενος ὡς ἡδέως καθεύδεις. Quid enim sibi vult illud αἰσθανόμενος? Agnoscisne eorumdem manum haerentium in genitivo σοῦ? Agnosces sine dubio, si contuleris Ph. 89 A. ἔγωγε — ἐθαύμασα αὐτοῦ —, ὡς εὖ ἡμᾶς ἰάσατο κτέ. Theaet. 142 C ἐθαύμασα Σωκράτους ὡς μαντικῶς — εἶπε. Xen. Anab. 5. 10, 4 θαυμάζω — τῶν στρατηγῶν, ὅτι οὐ πειρῶνται ἡμῖν ἐκπορίζειν σιτηρέσιον al. In his omnibus constructio θαυμάζω τινος ὡς vel ὅτι non habet participium interpositum neque desiderat. Itaque illud αἰσθανόμενος ab Attico nostro abjudicamus. Utrumque verbum ἄγασθαι et θαυμάζειν habet quidem ante conjunctionem ὡς vel ὅτι pronomen τοῦτο vel ταῦτα, ex. gr. Men. 95 C. Καὶ Γοργίου μάλιστα, ὦ Σ. ταῦτ' ἄγαμαι, ὅτι οὐκ ἄν ποτ' αὐτοῦ τοῦτ' ἀκούσαις ὑπισχνουμένου. Phd. 89 A ἔγωγε μάλιστ' ἐθαύμασα αὐτοῦ μὲν τοῦτο, ὡς ἡδέως — τὸν λόγον ἀπεδέξατο. Verum haec pronomina ubicunque sic ponuntur, per se nihil significant, nisi ea ipsa, quae deinde per ὅτι vel ὡς cum sequentibus exprimuntur: quod omnes novimus. His argumentis adde hoc. Graecum demum esset σοῦ — αἰθανόμενος ἡδέως καθεύδοντος. — Eandem μακρολογίαν Socrates objicit Protagorae, quam hic Gorgiae, in Prot. 334 D dicens σύντεμνέ μοι τὰς ἀποκρίσεις καὶ βραχυτέρας ποίει. At quid interest inter συντέμνειν τὰς ἀποκρίσεις et βραχυτέρας eas ποιεῖν? Posteriora manifesto debentur interpretanti verbum συντέμνειν, eaque deinde per καὶ tanquam genuina Platonis verbis subjuncta sunt. Optime apud Hesychium συντόμως· διὰ βραχέων. Tim. Gloss. ἔμβραχυ. συντόμως. Socrates narrat in Phdr. 267 Gorgiam et Tisiam τὰ εἰκότα praeferre τοῖς ἀληθέσι, eos τὰ μεγάλα efficere σμικρὰ et contra videri διὰ ῥώμην λόγου, eosdem invenisse συντομίαν τε λόγων καὶ ἄπειρα μήκη περὶ πάντων: melius autem praecepisse Prodicum, δεῖν οὔτε μακρῶν (λόγων) οὔτε βραχέων, ἀλλὰ μετρίων. Ex his igitur, τὸ συντόμως cum τῷ διὰ μακρῶν· et τὸ συντομία λόγων cum τῷ μῆκος opponantur, luce clarius apparet συντομία esse = βραχύτης, et συντέμνειν = βραχύτερα ποιεῖν. Ferat igitur illa καὶ βραχυτέρας ποίει qui etiam ferre posset ex. gr. συντόμως καὶ διὰ βραχέων.

ΣΩ. Τούς γε περὶ τὰ νοσήματα; — ΓΟΡ. Μάλιστα. — ΣΩ. Οὐκ-
οῦν καὶ ἡ γυμναστικὴ περὶ λόγους ἐστὶ τοὺς περὶ εὐεξίαν τε τῶν
σωμάτων καὶ καχεξίαν; — ΓΟΡ. Πάνυ γε. — ΣΩ. Καὶ μὴν καὶ
αἱ ἄλλαι τέχναι, ὦ Γοργία, οὕτως ἔχουσιν· ἑκάστη αὐτῶν περὶ
λόγους ἐστὶ τούτους, οἳ τυγχάνουσιν ὄντες περὶ τὸ πρᾶγμα, οὗ B
ἑκάστη ἐστὶν ἡ τέχνη. — ΓΟΡ. Φαίνεται. — ΣΩ. Τί οὖν δήποτε
τὰς ἄλλας τέχνας οὐ ῥητορικὰς καλεῖς, οὔσας περὶ λόγους, εἴπερ
ταύτην ῥητορικὴν καλεῖς, ἣ ἂν ᾖ περὶ λόγους; — ΓΟΡ. Ὅτι, ὦ
Σώκρατες, τῶν μὲν ἄλλων τεχνῶν περὶ χειρουργίας τε καὶ τοιαύτας
πράξεις, ὡς ἔπος εἰπεῖν, πᾶσά ἐστιν ἡ ἐπιστήμη, τῆς δὲ ῥητορικῆς
οὐδέν ἐστι τοιοῦτον χειρούργημα, ἀλλὰ πᾶσα ἡ πρᾶξις καὶ ἡ κύ-
ρωσις διὰ λόγων ἐστί. διὰ ταῦτ᾽ ἐγὼ τὴν ῥητορικὴν τέχνην ἀξιῶ C
εἶναι περὶ λόγους, ὀρθῶς λέγων, ὡς ἐγώ φημι.

V. ΣΩ. Ἆρ᾽ οὖν μανθάνω, οἵαν αὐτὴν βούλει καλεῖν; τάχα
δ᾽ εἴσομαι σαφέστερον. ἀλλ᾽ ἀπόκριναι. εἰσὶν ἡμῖν τέχναι· ἦ γάρ; —
ΓΟΡ. Ναί. — ΣΩ. Πασῶν δέ, οἶμαι, τῶν τεχνῶν τῶν μὲν ἐργασία
τὸ πολύ ἐστι καὶ λόγου βραχέος δέονται, ἔνιαι δ᾽ οὐδενός, ἀλλὰ
τὸ τῆς τέχνης περαίνοιτο ἂν καὶ διὰ σιγῆς, οἷον γραφικὴ καὶ ἀν-
δριαντοποιία καὶ ἄλλαι πολλαί. τὰς τοιαύτας μοι δοκεῖς λέγειν, περὶ D
ἃς οὐ φὴς τὴν ῥητορικὴν εἶναι. ἢ οὔ; — ΓΟΡ. Πάνυ μὲν οὖν καλῶς

450 B — *οὗ ἑκάστη ἐστὶν ἡ τέχνη*] Vox *τέχνη* referenda ad *ἐστὶν*, non ad *ἑκάστη*. Hic enim sensus est verborum: *cujus rei quaeque (reliquarum artium)* est *ars*. Vide 501 A, 510 A et 525 A. Cum (in A) *ποιεῖ δυνατοὺς εἶναι φρονεῖν* confer Euthyd. 273 C praesertim Soph. 234 B. Itaque *εἶναι* non movendum. — Paulo inferius legitur formula *ὡς ἔπος εἰπεῖν*. Huic formulae in Rep. 341 B opponitur *τὸ ἀκριβεῖ λόγῳ*. et in Legg. 656 E *τὸ ὄντως*: unde optime haec ejus significatio colligitur: *ut summatim, vel potius, non ad amussim dicam.* Ubi igitur ea formula referenda est ex. gr. ad *πᾶς, ὅλος, οὐδείς*, sim., haec adjectiva non *ἀκριβεῖ λόγῳ* significant quod iis exprimitur, sed *propemodum* et *universe.* Quam vim etiam antiqui Platonis lectores ei tribuisse discimus ex interpretamentis. Ex. gr. in Legg. 800 C *ὡς ἔπος εἰπεῖν σχεδὸν ὀλίγου πάσαις*. et *σχεδὸν* et *ὀλίγου* sunt interpretamenta illius formulae. In Apol. Socr. 22 B. *ὡς ἔπος γὰρ εἰπεῖν ὀλίγου αὐτῶν ἅπαντες*. solum *ὀλίγου* abjiciendum ut interpretamentum. In Prot. 325 C *καὶ ὡς ἔπος εἰπεῖν ξυλλήβδην τῶν οἴκων ἀνατροπαί*. ex 323 E et 325 A illud *ξυλλήβδην* huc invectum. Verum cave tamen putes haec quatuor promiscue usurpari. Neque ubicunque concurrant quaedam eorum ejiciendo corrigendos locos censeas, ex. gr, Legg. 805 A *σχεδὸν γὰρ ὀλίγου πᾶσα ἡμίσεια πόλις*. Referendum enim *ὀλίγου* ad *πᾶσα* et *σχεδὸν* ad *ἡμίσεια*. Habemus igitur hic *ὡς ἔπος εἰπεῖν* = *σχεδὸν* vel *ὀλίγου*, et modo vidimus *συντέμνειν* = *βραχύτερον ποιεῖν*. Quae interpretamenta quamquam non ferenda sunt juxta genuina, maximi tamen momenti sunt. Auctoribus enim linguae Graecae utique peritissimis debentur. Ejusdemmodi operae pretium est his addere nonnulla ex. gr. *ὄναρ* = *ἐν ὕπνῳ*, *ὕπαρ* = *ἐγρηγορώς*, *χάριν* = *ἕνεκα*, *ὥς τις καὶ ἄλλος* = *μάλιστα ἀνθρώπων*, *ἄλλως τε καὶ* = *πάντως μάλιστα*, *κακῶς λέγειν τινα* = *λοιδορεῖσθαι*, *ἐν τιμωρίᾳ εἶναι* = *κολάζεσθαι*, *διδόναι δίκην* = *τυγχάνειν τιμωρίας* vel *κολάζεσθαι*, *ἄρτι* = *τούτου πρόσθεν*, quae singula jam persecuti sumus suove loco persequemur. — D *περὶ ἃς οὐ — εἶναι*] In illis *περὶ ἃς* turbatur loci sensus. Quaeritur, quarum artium una sit rhetorica, utrum

ὑπολαμβάνεις, ὦ Σώκρατες. — ΣΩ. *Ἕτεραι δέ γ' εἰσὶ τῶν τεχνῶν, αἳ διὰ λόγου πᾶν περαίνουσι, καὶ ἔργου, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἢ οὐδενὸς προσδέονται ἢ βραχέος πάνυ, οἷον ἀριθμητικὴ καὶ γεωμετρικὴ καὶ πεττευτική γε καὶ ἄλλαι πολλαὶ τέχναι, ὧν ἔνιαι σχεδόν τι ἴσους τοὺς λόγους ἔχουσι ταῖς πράξεσιν; αἱ δὲ πολλαὶ πλείους καὶ τὸ*
E *παράπαν πᾶσα ἡ πρᾶξις καὶ τὸ κῦρος αὐταῖς διὰ λόγων ἐστί. τῶν τοιούτων τινά μοι δοκεῖς λέγειν τὴν ῥητορικήν.* — ΓΟΡ. *Ἀληθῆ λέγεις.* — ΣΩ. *Ἀλλ' οὔτοι τούτων γ' οὐδεμίαν οἶμαί σε βούλεσθαι ῥητορικὴν καλεῖν — οὐχ ὅτι τῷ ῥήματι οὕτως εἶπες, ὅτι ἡ διὰ λόγου τὸ κῦρος ἔχουσα ῥητορική ἐστι, καὶ ὑπολάβοι ἄν τις, εἰ βούλοιτο δυσχεραίνειν ἐν τοῖς λόγοις, Τὴν ἀριθμητικὴν ἄρα ῥητορικήν, ὦ Γοργία,*

earum, quae *δι' ἔργου*, an earum, quae *διὰ λόγου τὸ πᾶν περαίνουσι.* Jam vero cum per illud *ἃς* intelligendae sint *τέχναι οἷον γραφική, ἀνδριαντοποιία* id genus aliae, et cum *ῥητορικὴ* ipsa sit *τέχνη*, quae leguntur nunc ita scripta sunt ac si quaestio esset *περὶ τίνας τέχνας ἡ ῥητορικὴ* sit *τέχνη*. Quae quidem omnino intelligi non possunt. Quid enim hic significat *τέχνη ἐστὶ περὶ τέχνην*? Argumentatio, quae est in 450 C — 451 D, debetur ambiguo Gorgiae responso: *ῥητορικὴν* esse *περὶ λόγους* (*ἐπιστήμην*). ad Socratis quaestionem: *περὶ τί τῶν ὄντων ἐστὶν ἐπιστήμη* (*ἡ ῥητορική*); (449 E), quod Socrates refutare conatur demonstrando *ἰατρικὴν* et *γυμναστικὴν* etiam esse *περὶ λόγους*, ipse autem Gorgias defendit perhibendo *ῥητορικῆς πᾶσαν τὴν πρᾶξιν καὶ την κύρωσιν διὰ λόγων εἶναι*, illarum vero artium et ceterarum fere *πᾶσαν τὴν ἐπιστήμην περὶ χειρουργίας εἶναι* (450 C). Socrates igitur deinde omnes artes in duo genera dividit, et alterius generis artibus descriptis dicit *τῶν τοιούτων τινά μοι δοκεῖς λέγειν τὴν ῥησορικήν* (450 E). Vides *τῶν τοιούτων*, non *περὶ τὰς τοιαύτας*. Itaque etiam alterius generis artibus descriptis sic loqui pergat necesse est: *τὰς τοιαύτας μοι δοκεῖς λέγειν, ὧν οὐ φῂς τὴν ῥητορικὴν εἶναι*. nullo autem pacto — *περὶ ἃς οὐ φῂς* —. In 451 A *ἐπεὶ γὰρ ἡ ῥητορικὴ τυγχάνει μὲν οὖσα τούτων τις τῶν τεχνῶν τῶν τὸ πολὺ λόγῳ χρωμένων κτέ.* eadem paucioribus repetit quae modo de alterius generis artibus dixerat. Itaque hic etiam lectio *περὶ ταύτας τις τὰς τέχνας* pariter turbaret sensum. Optime igitur Ficinum vertisse *e quarum numero* i. e. *ὧν* (pro *περὶ ἃς*) sensus clamat. Si forte quis desideret pronomen *τινὰ*, is inspiciat 451 B. *εἴποιμ' ἂν ὅτι καὶ αὕτη ἐστι τῶν λόγῳ τὸ πᾶν κυρουμένων.* Vitium deberi videtur scribis *ἔναυλον* habentibus constructionem *περὶ τί, περὶ λόγους* al., his paginis frequentissime recurrentem.

Ibid. *Ἕτεραι δὲ — διὰ λόγου πᾶν περαίνουσι*] i. e. ***Aliae autem sunt artium, quae sermone omne*** (id, quod iis peragendum est ut artibus) ***peragunt.*** Qui sensus requirit articulum *τὸ* ante *πᾶν*, non secundum 451 B, C et D: sed et in his locis et in 450 D articulus requiritur, quia *τὸ πᾶν* (sic cum articulo) demum idem exprimit, quod paulo superius *τὸ τῆς τέχνης*. Frustra igitur obstrepunt hujus emendationis auctori,, quamquam non certum argumentum adtulit. Contra in Legg. 869 C *ᾧ — παρέξει νόμος —, ἀλλ' ὑπομείναντα τὰ πάντα πάσχειν κτέ.* receptam oportuit emendationem e codicibus — *ὑπομείναντα πάντα πάσχειν* i. e. ***quaecunque, nihil non.*** Ibidem in proxime praecedentibus his: *ὥστ' εἴπερ οἷόν τ' ἦν τοῦ πολλάκις ἀποθνήσκειν τὸν αὐτὸν κτέ.* delendus articulus *τοῦ*. Quod ibidem mox occurrit *τελευτήσεσθαι ὑπὸ* (= *ἀποθανεῖσθαι ὑπὸ*) mutandum videtur in *τελευτήσειν ὑπὸ* secundum Herod. I 38 et 39.

— E *εἰ βούλοιτο δυσχεραίνειν ἐν τοῖς λόγοις*] Laudant 483 A et 489 D, ubi *κακουργεῖν ἐν τοῖς λόγοις* sed hoc significat ***mala fraude uti in sermone.*** Praeterea conferunt Lys. 204 E. *Κἀμοὶ* (*δοκεῖ*), *ἦν δ' ἐγώ. καίτοι δυσχεραίνω τί γ' ἐν αὐτῷ* (*τῷ λόγῳ*). unde notionem verbi *δυσχεραίνειν* conficiant. Verum. hic significat *οὐκ ἀποδέχομαι* ***non admitto, improbo.*** Quam ei vim esse optime discimus e multis locis, in quibus *τὸ δυσχεραίνειν* opponitur *τῷ*

λέγεις; — ἀλλ' οὐκ οἶμαί σε οὔτε τὴν ἀριθμητικὴν οὔτε τὴν
γεωμετρίαν ῥητορικὴν λέγειν. — ΓΟΡ. Ὀρθῶς γὰρ οἴει, ὦ Σώκρα- 451
τες, καὶ δικαίως ὑπολαμβάνεις.

VI. ΣΩ. Ἴθι νῦν, καὶ σὺ τὴν ἀπόκρισιν, ἣν ἠρόμην, διαπέρανον.
ἐπεὶ γὰρ ἡ ῥητορικὴ τυγχάνει μὲν οὖσα τούτων τις τῶν τεχνῶν τῶν
τὸ πολὺ λόγῳ χρωμένων, τυγχάνουσι δὲ καὶ ἄλλαι τοιαῦται οὖσαι,
πειρῶ εἰπεῖν, ἡ περὶ τί ἐν λόγοις τὸ κῦρος ἔχουσα ῥητορική ἐστιν.
ὥσπερ ἂν εἴ τίς με ἔροιτο ὧν νῦν δὴ ἔλεγον περὶ ἡστινοσοῦν τῶν
τεχνῶν, Ὦ Σώκρατες, τίς ἐστιν ἡ ἀριθμητικὴ τέχνη; — εἴποιμ' B
ἂν αὐτῷ, ὥσπερ σὺ ἄρτι, ὅτι τῶν διὰ λόγου τις τὸ κῦρος ἐχουσῶν.
καὶ εἴ με ἐπανέροιτο, Τῶν περὶ τί; — εἴποιμ' ἂν, ὅτι τῶν περὶ
τὸ ἄρτιόν τε καὶ περιττὸν [γνῶσις] ὅσα ἂν ἑκάτερα τυγχάνοι ὄντα.

ἀποδέχεσθαι vel *τῷ ὁμολογεῖν* et *τῷ σύγχωρεῖν*. In sententia igitur qualis est in loco, de quo agimus, hanc potius vim huic verbo tribuimus *controversiam movere*, *adducere* vel etiam *opponere*. Quibus quidem inest notio *τοῦ difficilem esse*; non vero *τοῦ* calumniari. Ceterum huc referendi Crat. D, ubi est *μάχεσθαι ἐν τοῖς λόγοις*. et Rep. 330 D ubi *συκοφαντεῖν ἐν τοῖς λόγοις*.

451 A *Ἴθι — τὴν ἀπόκρισιν, ἣν ἠρόμην, διαπέρανον*] Mihi Graecum non esse videtur *ἐρωτᾶν ἀπόκρισιν*. Novimus omnes *ἐρωτᾶν ἐρώτημα*, *ἀποκρίνεσθαι ἀπόκρισιν*, *ἀποκρίνεσθαι τὸ ἐρωτώμενον*, sim. Sensus loci est manifestus. Postquam Gorgias tandem fassus est se rhetorem esse ut rhetorices peritum, Socrates in 449 D novam orditur disputationem et quaerit *περὶ τί τῶν ὄντων τυγχάνει οὖσα* (*ἡ ῥητορική*); Gorgias autem ambigue ad haec respondet, dicens *περὶ λόγους*. Multas igitur artes esse *περὶ λόγους* quum Socrates docuisset eique Gorgias hoc concessisset in 449 E — 451, certius ac plenius conatur responsum elicere ex Gorgia dicens. *Ἴθι νῦν κτέ.* in 451 A i. e. age, nunc etiam tuae partes sunt, ut sententiam dicas, absolve responsum ad id, quod quaesivi. i. e. ad quaestionem, quam ipsam Socrates paulo inferius repetit his verbis: *ἡ περὶ τί ἐν λόγοις τὸ κῦρος ἔχουσα ῥητορική ἐστι*; Jam quid faciendum de verbis *responsum ad ea quae* sive potius *responsum ad quae* quaesivi, ut magis Graecam loquendi rationem sequamur? Est luculentissimum exemplum in Phil. 20 A Σ. *Τίνα λέγεις*; Π. *Εἰς ἀπόκρισιν ἐμβάλλων καὶ ἀνερωτῶν ὧν μὴ δυναίμεθ' ἂν ἱκανὴν ἀπόκρισιν ἐν τῷ παρόντι διδόναι σοι.* Unde apparet, uti ex. gr. *ἔλεγχος*, *ἀπόδειξις* alia substantiva habent saepius genitivum objectivum, sic etiam *ἀπόκρισις* eundem habere. Itaque, cum optime Graece dicatur *ἀπόκρισίς τινος* i. e. *responsum ad aliquid*, in Gorgia ex *ἣν ἠρόμην* fiat *ὧν ἠρόμην* i. e. *τούτων ἃ ἠρόμην*, et commate sublato scribatur: *Ἴθι νῦν καὶ σὺ τὴν ἀπόκρισιν ὧν ἠρόμην διαπέρανον.*

— B *τῶν — γνῶσις, ὅσα ἂν — τυγχάνοι ὄντα*] Delent vocem *γνῶσις*. Sed cur delenda? Dicam. Est ellipsis in illis *τῶν περὶ τὸ ἄρτιόν τε καὶ περιττόν*. Arithmetica, logistica, astronomia et reliquae artes, quae cum rhetorica ad idem genus pertinent, omnes *διὰ λόγων* sive *διὰ λόγου τὸ κῦρος ἔχουσι* sive *λόγῳ κυροῦνται τὰ πάντα*. Atque hic quaeritur, uniuscujusque artis *λόγοι περὶ τί εἰσὶν*, ut tandem liqueat, qua in re rhetorica a reliquis differat. Brevissime igitur *τῶν περὶ τί*; dictum pro *τῶν διὰ λόγων* (sive *λόγου*) *περὶ τί τὸ κῦρος ἐχουσῶν*; et *τῶν περὶ τὸ ἄρτιόν τε καὶ περιττὸν κτέ.* dictum pro *τῶν διὰ λόγων περὶ τὸ ἄρτιον κτέ.* Nunc demum apparet cuique, quam absurda sit vox *γνῶσις*, quae, neque si supplenda esset, eo loco, quo nunc posita est, suppleri posset. — Etiam mox sequentia duplex vulnus acceperunt. Illud *ἂν*, uti *γνῶσις* quoque, omnium codicum est lectio, pro *τυγχάνοι* autem habent etiam *τυγχάνῃ* et *τυγχάνει*. Quid autem scribendum sit, ex sexcentis locis confici posse puto. Proxima jam suppeditant haec exempla: — *πῶς ἔχει πλήθους* — in C. et mox — *πῶς πρὸς ἄλληλα τάχους ἔχει.* 453 E *διδάσκει — ὅσα ἐστὶ τὰ τοῦ ἀριθμοῦ*; et ibidem — *περὶ τὸ ἄρτιον — ὅσον ἐστί.* In qui-

εἰ δ' αὖ ἔροιτο, Τὴν δὲ λογιστικὴν τίνα καλεῖς τέχνην; εἴποιμ' ἄν, ὅτι καὶ αὕτη ἐστὶ τῶν λόγῳ (τις) τὸ πᾶν κυρουμένων· καὶ εἰ ἐπανέροιτο, Ἡ περὶ τί; — εἴποιμ' ἂν ὥσπερ οἱ ἐν τῷ δήμῳ συγγρα-
C φόμενοι, ὅτι τὰ μὲν ἄλλα καθάπερ ἡ ἀριθμητικὴ ἡ λογιστικὴ ἔχει· περὶ ταὐτὸ γάρ ἐστι, τό τ' ἄρτιον καὶ τὸ περιττόν· διαφέρει δὲ τοσοῦτον, ὅτι καὶ πρὸς αὑτὰ καὶ πρὸς ἄλληλα πῶς ἔχει πλήθους ἐπισκοπεῖ τὸ περιττὸν καὶ τὸ ἄρτιον ἡ λογιστική· καὶ εἴ τις τὴν ἀστρονομίαν ἀνέροιτο, ἐμοῦ λέγοντος, ὅτι καὶ αὕτη λόγῳ κυροῦται τὰ πάντα, Οἱ δὲ λόγοι οἱ τῆς ἀστρονομίας, εἰ φαίη, περὶ τί εἰσιν ὦ Σώκρατες; — εἴποιμ' ἄν, ὅτι περὶ τὴν τῶν ἄστρων φορὰν καὶ ἡλίου καὶ σελήνης, πῶς πρὸς ἄλληλα τάχους ἔχει. — ΓΟΡ. Ὀρθῶς γε λέγων σύ, ὦ Σώκρατες. — ΣΩ. Ἴθι δὴ καὶ σύ, ὦ Γοργία·
D — τυγχάνει μὲν γὰρ δὴ ἡ ῥητορικὴ οὖσα τῶν λόγῳ τὰ πάντα διαπραττομένων τε καὶ κυρουμένων τις. ἢ γάρ; — ΓΟΡ. Ἔστι ταῦτα — — ΣΩ. Λέγε δὴ τῶν περὶ τί, (τί) ἐστι τοῦτο τῶν ὄντων, περὶ ὃ οὗτοι

bus neque ὅσα ἂν ᾖ neque ὅσα ἂν εἴη. Eodem igitur sensu flagitante, delenda vocula ἂν et indicativus τυγχάνει reponendus est. Et ne quis forte putet, alium verbi modum comitari demonstrativam vocis formam, alium relativam, laudamus Charm. 166 A ἡ λογιστική ἐστί που (ἐπιστήμη) τοῦ ἀρτίου καὶ τοῦ περιττοῦ πλήθους ὅπως ἔχει — πρὸς ἄλληλα. Unde, si ea cum Gorg. 451 C comparamus, discimus perinde esse, sive ὅσα sive πόσα et sive ὅπως sive πῶς in talibus usurpentur. Plato igitur scripsit: εἴποιμ' ἄν, ὅτι τῶν — τε καὶ περιττὸν, ὅσα ἑκάτερα τυγχάνει ὄντα

— D. τῶν περὶ τί; τί ἐστι τοῦτο — περὶ οὗ (sic vulgo)] Ultimum τί criticis debetur. Tum illa τῶν περὶ non sunt in omnibus codicibus, neque ea delenda censenti assentiunt. Falsa autem sunt argumenta, quibus docere conantur scribis deberi lectionem codicum, qui habent, omissis illis τῶν περὶ, hanc: Λέγε δή. τί ἐστι τοῦτο κτέ. Vel receptis enim illis τῶν περὶ, omnia essent faciliora, quam ut ea correctione indigere arbitratos esse scribas putemus. Socrates gradatim quasi praeparat interrogationis formam, qua postremo usurus est. Quod sic solet facere, callide mutans quaedam interdum non sine fraude, ut cogat adversarium tandem responsum dare id, quod ipse jam initio ex eo elicere sibi proposuerat. Ita hic fingit aliquem quaerentem in 451 B sic: Τῶν περὶ τί; tum Ἡ περὶ τί; de logistica, deinde: οἱ λόγοι οἱ τῆς ἀστρονομίας περὶ τί εἰσιν; et tandem ipse plenissime et planissime rogat: Τί ἐστι τοῦτο τῶν ὄντων, περὶ ὃ οὗτοι οἱ λόγοι εἰσὶν, οἷς ἡ ῥητορικὴ χρῆται; Praeterea illorum Τῶν περὶ τί; τί ἐστι τοῦτο κτέ. verba Τῶν περὶ τί; (i. e. τῶν λόγῳ περὶ τι τὰ πάντα κυρουμένων) et mox sequentia haec περὶ ὃ οὗτοι οἱ λόγοι εἰσὶ. bis idem significant. Neque interrogandi rationem τῶν περὶ τί recte se habere existimo, nisi illa vox τῶν repetita sit una e praecedentibus vocibus ei tribuendis, qui rogetur. Videntur igitur τῶν περὶ a scribis petita ex B. Quare omnino ea delenti assentiendum. Pergo ad illud οὗ, et demonstrabo etiam id bono sensu carere. Λόγος περί τι et λόγος περί τινος ita differunt, ut per accusativum significetur genus quoddam rerum, circa quod ars vel scientia versetur, per genitivum vero res quaedem, de qua sermo sit. Quum igitur Socrates hic quaerat: quae sunt res, circa quas rhetorices disputationes versantur? pro περὶ οὗ sensus περὶ ὃ requirit. Exemplum desiderans, praeter multa hac eadem pagina obvia, videat 454 A, καὶ τὰς ἄλλας ἃς νῦν δὴ ἐλέγομεν τέχνας ἁπάσας ἕξομεν ἀποδεῖξαι πειθοῦς δημιουργοὺς οὔσας καὶ ἥστινος καὶ περὶ ὅ τι, ubi idem sensus respuit περὶ οὗ τινος. Contra accusativus turbat sensum in Crat. 421 A Ἐρωτῶ-αὐτὸ τοῦτο, περὶ ὃ νῦν ὁ λόγος ἡμῖν ἐστι κτέ. imo περὶ οὗ νῦν ὁ λ. i. e. *qua de re nunc sermo est.* Et vide οἱ λόγοι in plurali Phdr. 272 A περὶ ἧς τότε ἦσαν οἱ λόγοι, i. e. *de qua*

οἱ λόγοι εἰσὶν, οἷς ἡ ῥητορικὴ χρῆται; ΓΟΡ. Τὰ μέγιστα τῶν ἀν-
θρωπείων πραγμάτων, ὦ Σώκρατες, καὶ ἄριστα.

VII. ΣΩ. Ἀλλ', ὦ Γοργία, ἀμφισβητήσιμον καὶ τοῦτο λέγεις
καὶ οὐδέν πω σαφές. οἴομαι γάρ σε ἀκηκοέναι ἐν τοῖς συμποσίοις E
ᾀδόντων ἀνθρώπων τοῦτο τὸ σκολιὸν, ἐν ᾧ καταριθμοῦνται ᾄδοντες,
ὅτι ὑγιαίνειν μὲν ἄριστόν ἐστι, τὸ δὲ δεύτερον καλὸν γενέσθαι,
τρίτον δὲ ⸢ὥς φησιν ὁ ποιητὴς τοῦ σκολιοῦ⸣ τὸ πλουτεῖν ἀδόλως. —
ΓΟΡ. Ἀκήκοα γάρ· ἀλλὰ πρὸς τί τοῦτο λέγεις; — ΣΩ. Ὅτι σοι
αὐτίκ' ἂν παρασταῖεν οἱ δημιουργοὶ τούτων ὧν ἐπῄνεσεν ὁ τὸ σκολιὸν 452
ποιήσας, ἰατρός τε καὶ παιδοτρίβης καὶ χρηματιστὴς, καὶ εἴποι (ἂν)
πρῶτος μὲν ὁ ἰατρὸς, ὅτι, Ὦ Σώκρατες, ἐξαπατᾷ σε Γοργίας. οὐ
γάρ ἐστιν ἡ τούτου τέχνη περὶ τὸ μέγιστον ἀγαθὸν τοῖς ἀνθρώποις,
ἀλλ' ἡ ἐμή· εἰ οὖν αὐτὸν ἐγὼ ἐροίμην, Σὺ δὲ τίς ὢν ταῦτα λέγεις;
εἴποι ἂν ἴσως, ὅτι Ἰατρός. Τί οὖν λέγεις; ἢ τὸ τῆς σῆς τέχνης
ἔργον μέγιστόν ἐστιν ἀγαθόν; Πῶς γὰρ οὔ, Φαίη ἂν ἴσως, ὦ Σώ-
κρατες, ⸢ὑγίεια⸣; τί δ' ἐστὶ μεῖζον ἀγαθὸν ἀνθρώποις ὑγιείας; Εἰ B

tunc sermo erat. Significant igitur illa in Gorgia περὶ οὗ οὗτοι οἱ λόγοι εἰσίν. *de quo hic sermo est = de quo nunc inter nos loquimur.* Quo nihil ineptius esse potest. — Quod ἐν παρόδῳ fiat, corrige paulo superius in Phaedro dicta haec τὸν μέλλοντα ῥητορικὸν ἔσεσθαι ἀνάγκη εἰδέναι ψυχὴ ὅσα ἔχει scribendo ψυχὴν pro ψυχή. — Caeterum in parenthesi ponenda sunt verba τυγχάνει μὲν γὰρ — Ἔστι ταῦτα, quae leguntur in Gorgia 451 D. inter Ἴθι δὴ καὶ σὺ, ὦ Γοργία et Λέγε δή· τί ἐστι κτέ.

— E ὥς φησιν ὁ ποιητὴς τοῦ σκολιοῦ] Ferri haec non possunt propter mox sequentia. Accedit, quod tres codices partem illarum vocum omiserunt. Scholiastarum alii Simonidem alii Epicharmum auctorem scolii putarunt. Scholiasta annotat Platonem quartum scolii versum τέταρτον δὲ ἡβᾶν μετὰ τῶν φίλων omisisse ut alienum a consilio suo. Interpetes laudant Legg. 631 C, 661 A, ubi hoc scolion a Platone affertur, et Euthyd. 279 A B. Phil. 48 D ubi idem attingitur. Adde Legg. 870 B.

452 A εἴποι (sic editur) πρῶτον μὲν ὁ ἰατρός] Paulo superius leguntur — σοι αὐτίκ' ἂν παρασταῖεν, quarum vox ἂν in multis codicibus omissa est. Legerunt scribae αὐτίκα ex ΑΥΤΙΚΑΝ. Omiserunt igitur cum littera N totam voculam ἄν, qua omissa, etiam post εἴποι non desiderari eam judicasse videntur. Requirit autem eam idem sensus, qui est et in A, ubi ἂν παρασταῖεν, et in B, ubi legitur εἴποι ἂν ὁ χρηματιστὴς, et in loco, de quo agimus. Etiam illud πρῶτον perverse ex πρῶτος fecerunt. Medicus enim inducitur non πρῶτος dicens aliquid, δεύτερον sive ἔπειτα suggerens aliquid, sed ex tribus πρῶτος loquens.

Ibid. Πῶς γὰρ οὔ, — ὑγίεια;] Loquendi formula πῶς γὰρ οὔ elliptica est. Exemplum in proximis in C. Πῶς γὰρ οὔκ; ἐρεῖ. Constructionem hujus formulae discimus ex locis, in quibus vocem aliquam additam habeat necesse est, ex. gr. in Rep. 556 A οἱ δὲ δὴ χρηματισταὶ — τοῦ πατρὸς ἐκγόνους τόκους πολλαπλασίους κομιζόμενοι πολὺν τὸν κηφῆνα καὶ πτωχὸν ἐμποιοῦσι τῇ πόλει. Πῶς γὰρ, ἔφη, οὐ πολύν (omissa voce κηφῆνα); in Theaet. 155 E. Πῶς γὰρ οὐκ εἴσομαι, καὶ πάνυ γε πολλήν (sine voce χάριν); quod est responsum ad: Χάριν οὖν μοι εἴσει, ἐάν σοι ἀνδρὸς μᾶλλον δ' ἀνδρῶν ὀνομαστῶν τῆς διανοίας τὴν ἀλήθειαν ἀποκεκρυμμένην συνεξερευνήσωμαι αὐτῶν. Secundum hos igitur locos uterque Gorgiae et ex A et ex C brevissime supplendus hunc in modum: Πῶς γὰρ οὐ μέγιστον (sine substantivo). Et non magis ferendum πῶς γὰρ οὔ — ὑγίεια; quam si in C scriptum esset πῶς γὰρ οὐ πλοῦτον; quoniam quaeritur, quid sit bonum μέγιστον, et hoc μέγιστον, cum habeat emphasin, in responso repetendum esset, si qua vox requireretur. Propter male igitur expletam ellipsin Germanorum optime de Pla-

δ' αὖ μετὰ τοῦτον ὁ παιδοτρίβης εἴποι, ὅτι Θαυμάζοιμί γ' ἄν, ὦ Σώκρατες, καὶ αὐτὸς, εἴ σοι ἔχει Γοργίας μεῖζον ἀγαθὸν ἐπιδεῖξαι

tone merito assentimur vocem illam delenti. — Lubet formulae πῶς γὰρ οὔ; usum paucis persequi. Si igitur ad duo aut plura quaedam referri posset ea formula, necesse est respondens verbo significet, quid affirmet ex. gr. πῶς γὰρ οὐ μᾶλλον; est responsum in Polit. 200 C ad quaestionem, utrum βασιλικὸν θετέον ἐν τῇ κριτικῇ (τέχνῃ) ἢ μᾶλλον τῆς ἐπιστατικῆς τέχνης) —; Soph. 241 C πῶς γὰρ οὐχ ἕξω; repetitur unum ἕξω ex duobus superioribus ἕξεις οὖν συγγνώμην καὶ — ἀγαπήσεις, ἐὰν κτέ; Huc etiam refer Rep. 556 A, de quo vidimus. Tum si quis alicujus dictum ipse copiosius loquens affirmat, etiam huic repetenda verba, ut reliquorum, quae additurus sit, bona sit constructio, ex. gr. Euthyd. 301 B. Πῶς γὰρ οὐκ ἀπορῶ — κἀγὼ καὶ οἱ ἄλλοι πάντες ἄνθρωποι ὃ μὴ ἔστι; ad ἆρα τοῦτο — ἀπορεῖς; et Theaet. 155 E, quem locum jam supra laudavi. Ubi autem sententia est simplicissima, uti in utroque loco ex Gorgia, aut ubi respondens pergit quidem loqui sed novam orditur periodum, nulla vox repetenda ex. gr. Phil. 41 B Πῶς γὰρ οὔκ; εἴπερ γ' εἰσίν. Rep. 415 E πῶς γὰρ οὐχί, ἦν δ' ἐγώ, εἰ ὀνειδίζοντές γε κτέ. sed haec eodem modo scribenda hoc: Πῶς γὰρ οὐχί; ἦν δ' ἐγώ, εἰ κτέ. et Legg. 769 E hoc: Εἰκὸς — πῶς γὰρ οὔ; — βούλεσθαι κτέ. Itaque in Phil. 50 C Πῶς γὰρ οὐ μανθάνομεν; ultima vox ferri non potest, quae contra in Soph. 241 A Πῶς γὰρ οὐ μανθάνομεν ὅτι τἀναντία φήσει λέγειν ἡμᾶς κτέ. omitti non potest. Sed in Phil. 52 B Πῶς γὰρ οὐ ῥητέον; Soph. 233 C Πῶς γὰρ οὐκ ἀδύνατον; 235 A Πῶς γὰρ οὐ θετέον; Pol. 265 D Πῶς γὰρ οὐ δῆλος; vocibus ῥητέον, ἀδύνατον, θετέον et δῆλος Atticus sermo refragatur repetitis a respondentibus. Vide Pol. 252 D, 311 B. — Eadem ratio est formularum Πῶς γάρ; Πῶς δ' οὔ; τί μήν; al. Itaque in Rep. 453 D — Πῶς δ' οὐ διαφέρει; languidum διαφέρει reddendum sciolo, qui feliciter non vidit vocem πάμπολυ habere emphasin, ita ut, si qua, haec vox repetenda esset. Et sic ubique, ne cumulem exempla, eandem mendam exime. Verba tamen μέλλειν et βούλεσθαι non raro illis formulis apposita delere non ausim. — Ejusdem generis formula, tam apud reliquos Atticos quam apud Platonem obvia, est — μὲν οὖν, quod est corrigentis proxime praecedens dictum. In ea quoque continuatur praecedens constructio. Itaque in Rep. 498 D. Εἰς οὐδὲν μὲν οὖν. pro οὐδὲν fuit οὐδένα, in 608 C Οὐδὲν μὲν οὖν. pro οὐδὲν scribe οὐδείς —. In Pol. 282 D Ν. Σ. Οὐκοῦν χρή. Ξ Χρὴ μὲν οὖν. tribue οὐκ οὖν χρή; (et mox καὶ λέγωμεν —) τῷ Ξ, sed Χρὴ μὲν οὖν. τῷ Ν. Σ. cum diremto οὐκ ab οὖν et cum signo interrogationis post prius χρή. Namque ad οὐ καλῶς; ad οὐκ ἀνάγκη; sim. corrigentis responsa sunt hujusmodi καλῶς μὲν οὖν. ἀληθὲς μὲν οὖν. ἀνάγκη μὲν οὖν. In Phil. 65 A pro ὀρθότατ' ἂν Atticus sermo requirit ὀρθῶς ἄν, quum ὀρθότατα μὲν οὖν demum sit corrigentis eodem adverbio in positivo usum. Sic ex. gr. ἀδεέστατα, ἁπλούστατα, πλειστάκις, his similia in superlativo ponuntur, ubi praecedunt eadem in positivo ἀδεῶς. ἁπλῶς, πολλάκις, sim. Fortasse tamen reprehendat aliquis emendationem nostram in Rep. 608 C et Phil. 65 A, hos locos excipiendos esse censens, quod in iis optativus cum ἂν sit. Verum is conferat Rep. 559 A — ἆρ' οὐ καλῶς ἂν λέγοιμεν; Καλῶς μὲν οὖν. Ib. 581 A. — ἢ ἐμμελῶς ἂν ἔχοι; Ἐμμελέστατα μὲν οὖν. — In Luciani Nigr. 1. Α. Οὐ θαυμαστὸν εἶναί σοι δοκεῖ κτέ; Ε. Μέγιστον μὲν οὖν. ipsum auctorem lapsum videmus. Secundum enim ea, quae diximus corrigentes Pol. 282 D, et secundum innumera alia exempla, quale etiam est in Rep. 575 A — ἢ οὐχ οὗτος ὁ βίος τοῦ τοιούτου; Οὗτος μὲν οὖν. ubi vides in responso eandem vocem repetitam, sed omissam particulam negandi — secundum haec exempla post οὐ θαυμαστὸν —; auctor debebat scribere Θαυμαστὸν μὲν οὖν. Vel saltem in responso uti voce plus valente quam θαυμαστόν, secundum Phdr. 234 D. Atque nunc deprehende etiam imperitum Attici sermonis auctorem. Alc. II 166 B ἆρ' οὐκ ἂν ὀρθῶς λέγοιμεν —; ΑΛ. Ὀρθῶς μέντοι νὴ Δία. In talibus enim non peccare impostores fere non possunt. Horum plurima quamquam dedi in altero specimine, nunc tamen non repetere ea non potui.

— Β. Θαυμάζοιμί γ' ἂν — εἴ σοι ἔχει Γ. —] Vide Prot. 312 C. — θαυμάζοιμ' ἄν, εἰ οἶσθα. 336 C — θαυμάζοιμ' ἄν, εἴ τῳ — παραχωρεῖ Rep. 348 E — ἐθαύμασα, εἰ — τίθης. Charm. 166 A Tim. 26 B al. In his verbum θαυμάζω construitur cum εἰ sequente indicativo,

τῆς αὐτοῦ τέχνης ἢ ἐγὼ τῆς ἐμῆς· εἴποιμ' ἂν καὶ πρὸς τοῦτον, Σὺ δὲ δὴ τίς εἶ, ὦ ἄνθρωπε; καὶ τί τὸ σὸν ἔργον; Παιδοτρίβης, φαίη ἄν, τὸ δ' ἔργον μού ἐστι καλούς τε καὶ ἰσχυροὺς ποιεῖν τοὺς ἀνθρώπους τὰ σώματα. Μετὰ δὲ τὸν παιδοτρίβην εἴποι ἂν ὁ χρηματιστής, ὡς ἐγῷμαι, πάνυ καταφρονῶν ἁπάντων, Σκόπει δῆτα, C ὦ Σώκρατες, ἐάν σοι πλούτου φανῇ τι μεῖζον ἀγαθὸν ὂν ἢ παρὰ Γοργίᾳ ἢ παρ' ἄλλῳ ὁτῳοῦν. Φαῖμεν ἂν οὖν πρὸς αὐτόν, Τί δὲ δή; ἦ σὺ τούτου δημιουργός; Φαίη ἄν. Τίς ὤν; Χρηματιστής. Τί οὖν; κρίνεις σὺ μέγιστον ἀνθρώποις ἀγαθὸν εἶναι πλοῦτον; Φήσομεν. Πῶς γὰρ οὔκ; ἐρεῖ. Καὶ μὴν ἀμφισβητεῖ γε Γοργίας ὅδε

quemadmodum εἰδέναι, γιγνώσκειν al. non raro construuntur: ita ut id, quod quis miretur, per εἰ cum verbo exprimatur. Itaque particula εἰ in his non est conditionalis, qualis est sine dubio ex. gr. in Rep. 337 C. Οὐκ ἂν θαυμάσαιμι, ἦν δ' ἐγώ, εἴ μοι σκεψαμένῳ οὕτω δόξειεν. et qualem putantes esse in Arist. Pace 1302.

Αἰβοῖ
ἦ γὰρ ἐγὼ 'θαύμαζον ἀκούων, εἰ σὺ μὴ]εἴης
ἀνδρὸς βουλομάχου καὶ κλαυσιμάχου τινὸς υἱός.

mutarunt ᾔσθα in εἴης. — In Gorgia Socrates vel potuis Plato tres illos medicum, paedotriben et numularium ita loquentes inducit, ac si disputantibus Socrati et Gorgiae interfuissent. Medicus, ut jam dixi, praesens Socratem sic alloquitur; Ὦ Σώκρατες, ἐξαπατᾷ σε Γοργίας. Accipienda igitur sunt horum trium verba eodem modo, quo reliquarum dialogi personarum verba. Atque nihil affingentes iis vertimus supra scripta sic: *Mirer, o Socrates, etiam ego, Gorgiam majus bonum tibi ostendere posse suae artis, quam ego meae.* Si autem tamen aliquid annotare voluissent, usum illius καὶ αὐτὸς tangere potuissent. Nam καὶ αὐτὸς significare hic *et ipse* non potest. Postquam locutus est medicus, eadem mente loqui incipit praedotribes: ita ut pro καὶ αὐτὸς expectares ἐγὼ καὶ αὐτός. Hunc igitur locum objicere posses Phd. 59 B. Ἐκεῖνός τε τοίνυν παντάπασιν οὕτως εἶχε, καὶ αὐτὸς ἔγωγ' ἐτεταράγμην. Phaedonem enim ipsum narrare, ipsumque de se loquentem non aliter quam per αὐτὸς et ἐγὼ se significare potuisse. Verum in Menone Socrates non narrat dialogum, sed διαλεγόμενος Menoni dicit in 71 A Ἐγὼ οὖν καὶ αὐτός, ὦ Μένων, οὕτως ἔχω. Neque aliter in Apol. Socr. 17 A Ὅ τι μὲν ὑμεῖς — πεπόνθατε — οὐκ οἶδα, ἐγὼ δ' οὖν καὶ αὐτὸς κτέ. Quibuscum si conferimus Phd. 92 A — Καὶ μὴν —, καὶ αὐτὸς οὕτως ἔχω. et 107 A —, οὐδ' αὐτὸς ἔχω ὅπῃ ἀπιστῶ —. videntur quaedam dicendi rationes esse, in quibus aut solum αὐτὸς aut αὐτὸς cum alio pronomine usurparunt. Audio molestum censorem obstrepere mihi ut male distinguenti omniaque miscenti. Is igitur mihi expediat hos locos omnibus partibus sibi invicem similes eundemque sensum habentes; Phd. 57 A. Αὐτός, ὦ Φαίδων, παρεγένου Σωκράτει —, ἢ ἄλλου του ἤκουσας; et Sij 172 B σὺ αὐτὸς παρεγένου τῇ συνουσίᾳ ταύτῃ ἢ οὔ; dicatque, cur in hoc adsit et σὺ et αὐτός, cur autem in illo solum αὐτὸς sit, cum antithesis, quae est in priori loco, vel flagitare videatur pronomen σὺ praeter αὐτός. Itaque utrumque illud ἐγὼ καὶ αὐτὸς οὕτως ἔχω (Men. 71 A) et καὶ αὐτὸς οὕτως ἔχω (Phd. 92 A) idem saltem significat *ego quoque ita me habeo*, quemadmodum etiam καὶ αὐτὸς in Gorgia accipiendum esse diximus. Succurrunt mihi versus, in quibus alterum hujusmodi problema, hi in Arist. Vesp. 88.

Φιληλιαστής ἐστιν ὡς οὐδεὶς ἀνήρ,
ἐρᾷ τε τούτου τοῦ δικάζειν κτέ. (Cf. Plat. Legg. 640 C.)

et 150

ἀτὰρ ἄθλιός γ' εἴμ' ὡς ἕτερος οὐδεὶς ἀνήρ,
ὅστις πατρὸς νυνὶ Καπνίου κεκλήσομαι.

Cur illic solum est οὐδείς, hic autem ei adest ἕτερος? Contra Xen. Anab. 7. 1, 6 τούτου ἕνεκα μηδὲν τελείτω μήτ' ἐμοὶ μήτ' ἄλλῳ μηδενί. et, ubi de eadem re sermo est, 7. 2, 27. ἀπεκρίνω ὅτι — οὐδὲν τούτου ἕνεκα δέοι τελεῖν οὔτε σοὶ οὔτ' ἄλλῳ. (Conf. Cyrop. 4. 4, 11. Phd. 92 A.) cur in hoc loco solum ἄλλῳ est, in illo autem ἄλλῳ μηδενί, cum tamen idem sensus etiam in hoc flagitare videatur ἄλλῳ οὐδενί?

— C. Καὶ μὴν ἀμφισβητεῖ] Verbum

τὴν παρ' αὐτῷ τέχνην μείζονος ἀγαθοῦ αἰτίαν εἶναι ἢ τὴν σήν.
Φαῖμεν ἂν ἡμεῖς. δῆλον οὖν ὅτι τὸ μετὰ τοῦτ' ἔροιτ' ἄν· Καὶ τί
D *ἐστι τοῦτο τἀγαθόν; ἀποκρινάσθω Γοργίας. Ἴθι οὖν νομίσας, ὦ*
Γοργία, ἐρωτᾶσθαι καὶ ὑπ' ἐκείνων καὶ ὑπ' ἐμοῦ, ἀπόκριναι, τί ἐστι
τοῦτο, ὃ φὴς σὺ μέγιστον ἀγαθὸν εἶναι τοῖς ἀνθρώποις καὶ σὲ δη-
μιουργὸν εἶναι αὐτοῦ; — ΓΟΡ. *Ὅπερ ἐστιν, ὦ Σώκρατες, τῇ ἀλη-*
θείᾳ μέγιστον ἀγαθὸν καὶ αἴτιον ἅμα μὲν ἐλευθερίας αὐτοῖς τοῖς
ἀνθρώποις, ἅμα δὲ τοῦ ἄλλων ἄρχειν ἐν τῇ αὑτοῦ πόλει ἑκάστῳ. —
ΣΩ. *Τί οὖν δὴ τοῦτο λέγεις;* ΓΟΡ. *Τὸ πείθειν ἔγωγ' οἷόν τ' εἶναι*
E *τοῖς λόγοις καὶ ἐν δικαστηρίῳ δικαστὰς καὶ ἐν βουλευτηρίῳ βου-*
λευτὰς καὶ ἐν ἐκκλησίᾳ ἐκκλησιαστὰς καὶ ἐν ἄλλῳ ξυλλόγῳ παντί,

ἀμφισβητεῖν, uti discimus ex locis, ubi contrariae significationis verbum ei opponitur aut negative idem exprimitur, et ex lexicographis, significat *οὐχ ὁμολογεῖν, οὐ ταὐτὰ διανοεῖσθαι, διαφέρεσθαι.* i. e. in universum *ambigere, dissentire:* sed si controversantis ipsa sententia ei subjungitur verti potest per *opponere, contra putare.* — In D. signum interrogationis ponendum post *εἶναι αὐτοῦ*, quod etiam in Xen. Cyr. 3. 1, 38 post verba *καὶ σύ μοι μάλ' ἐδόκεις θαυμάζειν αὐτοῦ* requiritur, quia haec sententia tametsi non bis pronomen relativum habet, tamen est interrogantis.

— D *ὅπερ — αἴτιον — δὲ τοῦ ἄλλων ἄρχειν*] In uno codice pro *δὲ τοῦ* legitur *δὲ τῶν*, quae lectio favet conjecturae *δὲ τοῦ τῶν* corrigentium, spretae vero adhuc. Ex hoc loco et ex Phil. 58 A qualem et quantam artis suae naturam ac vim Gorgias praedicet liquido apparet. Nimirum artem rhetoricam exercentes perhibet ipsos *ἐλευθέρους* esse et regnare, eam autem non exercentes *δούλους* illorum esse. In universum igitur *αὐτοὶ* et *ἄλλοι* recte sibi opponuntur, uniuscujusque vero in urbe sua regnantis non *ἄλλοι* sed *οἱ ἄλλοι* dicendi sunt *δοῦλοι*. Quemadmodum ex. gr. in 491 D *οἱ ἄρχοντες* in urbibus dicuntur *ἄρχειν τῶν ἄλλων*. Quare non contemtam oportuit emendationem *τοῦ τῶν ἄλλων*. — Caeterum illud (*αὐτοῖς τοῖς*) *ἀνθρώποις* non eodem sensu accipiendum, qui est ei in praecedente dicto Socratis *μέγιστον ἀγαθὸν ε. τ. ἀνθρώποις*. In Gorgiae dicto enim significantur per *ἀνθρώποις* *ipsi callentes atque exercentes artem rhetoricam*, superius generatim uti vulgo *homines*. Socrates saltem, nondum audito hoc Gorgiae responso, vocem eam non aliter intellexit. Quamquam enim Gorgias jam paulo minus ambigue, loquitur tamen etiam hic obscure, quippe coactus uti voce illa *ἀνθρώποις*. — Cum his Gorgiae verbis si conferas dialogi conspectum Cap. IV § 1 in prolegomenis, non videre non potes in hac prima dialogi parte introductionem in totum dialogum.

— E *καὶ ἐν ἄλλῳ ξυλλόγῳ παντί*] Post haec verba deesse nomen putantes, qualia post *δικαστηρίῳ, βουλευτηρίῳ* et *ἐκκλησίᾳ*, alii fecerunt *πάντας* ex *παντί*, alii post *παντὶ* intelligendum *συλλεγέντας* censent. Posset etiam suppleri *ἀκροατάς, θεατὰς* simileve quid. Verum nullo opus additamento omnisque tollitur difficultas si languida illa *δικαστάς, βουλευτὰς* et *ἐκκλησιαστὰς* rejeceris. Feliciter igitur fugit scribas quartum nomen supplere, vel potius, quod verisimilius est, nullum quartum succurrit iis. Quo factum est ut latere nequeant et accurate indagantes facile eos deprehendimus. — Eadem medela Aristophanis Pacem liberemus versu spurio qui est 270.

Π. Οὐ *φέρεις (τὸν ἀλετρίβανον);* K. Τὸ
δεῖνα γάρ,
ἀπόλωλ' Ἀθηναίοισιν ἀλετρίβανος
ὁ βυρσοπώλης, ὃς ἐκύκα τὴν Ἑλλάδα.

Est scholiom in ejusdem fabulae versum 282,

Π. Τί ἔστι; *μῶν οὐκ αὖ φέρεις;* K *Ἀπό-*
λωλε γάρ,
καὶ τοῖς Λακεδαιμονίοισιν ἀλετρίβανος.

ad verba *καὶ τοῖς Λακεδ.* hoc; *ὁ Βρασίδας —, ὃς ἦν Λακεδαιμονίων στρατηγός· καὶ οὗτος δ' ἀνθίστατο τῇ εἰρήνῃ;* unde facillime versus conflari potest similis illi *ὁ βυρσοπώλης, ὃς ἐκύκα τὴν Ἑλλάδα;* ex. gr. talis:

ὁ Βρασίδας, ὃς κἀκύκα τὴν Ἑλλάδα.

At vero nemo erat Athenis, qui ne-

*ὅστις ἂν πολιτικὸς ξύλλογος γίγνηται. καίτοι ἐν ταύτῃ τῇ δυνάμει
δοῦλον μὲν ἕξεις τὸν ἰατρὸν, δοῦλον δὲ τὸν παιδοτρίβην. ὁ δὲ χρη-
ματιστὴς οὗτος ἄλλῳ ἀναφανήσεται χρηματιζόμενος καὶ οὐχ αὑτῷ,
ἀλλὰ σοὶ τῷ δυναμένῳ λέγειν καὶ πείθειν τὰ πλήθη.*

VIII. ΣΩ. *Νῦν μοι δοκεῖς δηλῶσαι, ὦ Γοργία, ἐγγύτατα τὴν
ῥητορικὴν ἥντινα τέχνην ἡγεῖ εἶναι, καὶ, εἴ τι ἐγὼ συνίημι, λέγεις,* 453
*ὅτι πειθοῦς δημιουργός ἐστιν ἡ ῥητορικὴ, καὶ ἡ πραγματεία αὐτῆς
ἅπασα καὶ τὸ κεφάλαιον εἰς τοῦτο τελευτᾷ. ἢ ἔχεις τι λέγειν ἐπὶ
πλέον τὴν ῥητορικὴν δύνασθαι ἢ πειθὼ τοῖς ἀκούουσιν ἐν τῇ ψυχῇ
ποιεῖν;* — ΓΟΡ. *Οὐδαμῶς, ὦ Σώκρατες, ἀλλά μοι δοκεῖς ἱκανῶς
ὁρίζεσθαι· ἔστι γὰρ τοῦτο τὸ κεφάλαιον αὐτῆς.* — ΣΩ. *Ἄκουσον
δὴ, ὦ Γοργία. ἐγὼ γὰρ, εὖ ἴσθ' ὅτι, ὡς ἐμαυτὸν πείθω, εἴπερ τις
ἄλλος ἄλλῳ διαλέγεται βουλόμενος εἰδέναι αὐτὸ τοῦτο, περὶ ὅτου* B
ὁ λόγος ἐστὶ, κἀμὲ εἶναι τούτων ἕνα· ἀξιῶ δὲ καὶ σέ. — ΓΟΡ.

sciret duces Cleonem et Brasidam nuperrime periisse, neque qui alium quam Cleonem *τὸν βορσοπώλην* intelligeret per *τὸν Ἀθηναίων ἀλετρίβανον*, a quo *τὸν προβατοπώλην ἦν ἄρ' ἀπολέσθαι χρεών* (Eq. 138), neque alium per *τὸν Λακεδ. ἀλετρίβανον* ac Brasidam. Talia igitur nemini non notissima mordacem et acutam comici orationem obtundunt ac prossus tollunt. Praeterea ipse Polemos *κυκήσων* sive potius *ταράξων* in praecedentibus a poeta inducitur usurus instrumento *ἀλετριβάνῳ*. Nullo igitur prorsus pacto deinde *ἀλετρίβανος κυκῶν* induci potest. His similia *ἄτοπα* vide in versu 274 ejusdem comoediae:

ἀπόλωλ' ἐκεῖνος, κἀν δέοντι τῇ πόλει,
ἢ πρίν γε τὸν μυττωτὸν ἡμῖν ἐγχέαι.

Atheniensium enim *ἀλετρίβανον* i. e. Cleonem non potest facere poeta infundentem aliquid, quod et *τὸ τρίβειν ἐν τῇ θυείᾳ* et *τὸ ἐγχεῖν* jam Polemo tribuerat. Tum ne *μυττωτὸν* quidem ipse Polemos posset infundere: jam enim *μέλι Ἀττικὸν* infuderat, quod infundentem eum faciens poeta Athenienses non ob oculos habuisse non potest. Itaque versum *ἢ πρίν κτέ* optimo jure jam alii Aristophani abjudicarunt.

453 A. *ἢ ἔχεις τι — ἐπὶ πλέον — δύνασθαι* —] De *τι* ambigunt, quo sit referendum. Similes dictioni *ἐπὶ πλέον τι δύνασθαι* nec non huic *ἐπὶ πλέον* (*τι?*) *εἶναι* sunt dictiones *πλέον τι εἶναι, πλέον τι ποιεῖν*, et horum negativae *οὐδὲν* (non *οὐ*) *πλέον εἶναι. οὐδὲν πλέον ποιεῖν.* Jam si perlustramus omnes locos, in quibus hae dictiones occurrunt, saepius in *πλέον τι* et in *οὐδὲν πλέον* nullis vocabulis disjuncta incidimus, saepe tamen etiam et *τι* et *οὐδὲν* variis modis pro varia constructione a *πλέον* diremta invenimus. Crit. 54 D. *ὅμως μέντοι, εἴ τι οἴει πλέον ποιήσειν λέγε* unum sit exemplum de sexcentis. In Gorgia igitur illud *τι* ad formulam *ἐπὶ πλέον τι δύνασθαι* pertinere judicamus. Et cum *ἐπὶ πλέον τι δύνασθαι* significet *plus valere, plus posse*, nulla peculiaris vis *τῷ τι* tribui potest. Fortasse haec legenti viam monstravero ad genuinam lectionem inveniendam hujus loci varie sed frustra tentati: Euthyd. 290 B *Οὐδεμία, ἔφη, τῆς θηρευτικῆς ἐπὶ πλέον ἐστὶν ἢ ὅσον θηρεῦσαι καὶ χειρώσασθαι.* — Cum periodo, in qua verba *χρηματιζόμενος καὶ οὐχ αὑτῷ* leguntur supra in E, comparant 454 C et 521 D. Sed secundum utrumque hunc locum *καί*, quod est ante *οὐχ αὑτῷ*, ejiciendum.

— B *ἐγὼ γάρ, εὖ ἴσθ' ὅτι, — κἀμὲ εἶναι* —.] Defendunt haec ut sana opinantes conjunctionis *ὅτι* non raro quasi oblitos Graecos in aliam prolabi constructionem, quae dicitur accusativus cum infinitivo. Laudant. ex. gr. Phd. 63 C. ubi *ὅτι — ἥξειν* —. Sed in Phaedonis editione docui illud *ἥξειν* deberi scribis male et partim explentibus ellipsin, quae per *ἐλπίζω ἀφίξεσθαι* explenda sit. Itaque non est explenda, et *ἥξειν* delendum. At vero infinitivus *εἶναι* ne referendus quidem ad *ὅτι*. Formula enim *εὖ ἴσθ' ὅτι* hic separatim accipienda. Quae quamquam est res notissima, vide tamen luculentissima exempla in B *ἐγὼ τὴν*

Τί οὖν δὴ, ὦ Σώκρατες; — ΣΩ. Ἐγὼ ἐρῶ νῦν. ἐγὼ τὴν ἀπὸ τῆς ῥητορικῆς πειθὼ, ἥτις ποτ' ἐστὶν ἣν σὺ λέγεις καὶ περὶ ὧντινων πραγμάτων ἐστὶ πειθὼ, σαφῶς μὲν εὖ ἴσθ' ὅτι οὐκ οἶδα, οὐ μὴν ἀλλ' ὑποπτεύω γ' ἣν οἶμαί σε λέγειν καὶ περὶ ὧν· οὐδὲν μέντοι
C *ἧττον ἐρήσομαί σε, τίνα ποτὲ λέγεις τὴν πειθὼ τὴν ἀπὸ τῆς ῥητορικῆς καὶ περὶ τίνων αὐτὴν εἶναι. τοῦ οὖν ἕνεκα δὴ αὐτὸς ὑποπτεύων*

πειθὼ — ἣν λέγεις — σαφῶς, εὖ ἴσθ' ὅτι, οὐκ οἶδα. Theaet. 145 B. Rep. 328 D. Arist. Plut. 183. Xen. Cyr. 5, l, 6. In his omnibns et in Gorgia 453 B ea formula incisione a reliquis separetur, quemadmodum saepe *δῆλον ὅτι* scribitur, quod typothetarum errore in Lach. 187 C editionis Didotianae in *ὅτι δῆλον* mutatum video. Quibus etiam deberi puto *ἀπορηκὼς* pro *ἠπορηκὼς* in Soph. 242 A. — Alia igitur ratione loco subveniendum. Suspicor inter *κἀμὲ* et *εἶναι* exidisse *οἶμαι*, cujus syllabae adeo similes sunt praecedentis et sequentis vocis syllabis, ut facillime a scribis omitti potuerit. In ita scriptis: *ἐγὼ, γὰρ, εὖ ἴσθ' ὅτι — κἀμὲ οἶμαι εἶναι τούτων ἕνα.* certe optima est constructio et simillima ei, quae est in Soph. 234 E *οἶμαι δὲ κἀμὲ τῶν ἔτι πόρρωθεν ἀφεστηκότων εἶναι.* et in Prot. 328 B *Ὧν δὴ ἐγὼ οἶμαι εἷς εἶναι.* quamquam in hoc loco non sit acc. cum inf. vide praeterea Gorg. 474 B. Euthyd. 290 A. Sy. 175 E Charm. 173 A. In quibus omnibus est *οἶμαι* sequente infinitivo cum accusativo primae pèrsonae pronominis. Restat. ut unum moneam. Noli opinari me putare formulas *εὖ ἴσθ' ὅτι* et *δῆλον ὅτι* ubique nullam vim exercere in reliquam constructionem.

Ibid. — *ὑποπτεύω γε ἣν οἶμαί σε λέγειν καὶ περὶ ὧν*]. Referam quod in secundo specimine de his dixi. Est enim locus nullo auctore Attico dignus, nedum Platone. Nihil sani inest in hoc *suspicor* quam *puto* te dicere. Utar exemplo, quo melius sentias, quid velim et quam inepte hoc dictum sit. Rep. 398 C. *οὔκουν ἱκανῶς γ' ἔχω ἐν τῷ παρόντι ξυμβαλέσθαι, ποῖ' ἄττα δεῖ ἡμᾶς λέγειν, ὑποπτεύω μέντοι.* Haec optime se habent, sed scribe posteriora sic: *ὑποπτεύω μέντοι οἷ' οἶμαι ἡμᾶς δεῖν λέγειν.* et habebis quibus illa in Gorgia non magis ferri possunt. Quid enim sibi vult *ὑποπτεύω ἣν* (vel *οἷα*) *οἶμαι*? Quae vis verbi *ὑποπτεύω* superest, si ita cum *οἴεσθαι* copulatur? Nulla profecto, si quidem *τῷ σαφῶς εἰδέναι* opponitur *τὸ ὑποπτεύειν, τὸ τοπάζειν, τὸ οἴεσθαι* (*εἰδέναι*). Vide manifestum exemplum in 489 D *ἐγὼ μὲν πάλαι τοπάζω τοιοῦτόν τί σε λέγειν τὸ κρεῖττον, καὶ ἀνερωτῶ γλιχόμενος σαφῶς εἰδέναι ὅ τι λέγεις.* Rep. 341 A *Οἴει γάρ με — σε ἐρέσθαι ὡς ἠρόμην; Εὖ μὲν οὖν οἶδα — καὶ τὰ.* al. Contendimus igitur post *ὑποπτεύω γε* fuisse ellipsin, et totum objectum *τοῦ σαφῶς οὐκ οἶδα* cogitatione repetendum esse. Sensui opitulaturus hujusmodi periphrasin mente concepisse scriba videtur: *οὐ μὴν ἀλλ' οἶμαί γ' εἰδέναι ἣν σὺ λέγεις καὶ περὶ ὧν.* sed eam partim litteris mandasse verbumque *ὑποπτεύω* omittere oblitus esse. Quare abjectis omnibus istis sordibus *ἣν οἶμαί σε λέγειν καὶ περὶ ὧν.* sit ellipsis, qualem amant in talibus ex. gr. 449 B *οὐ μὴν ἀλλὰ πειράσομαί γ' ὡς διὰ βραχυτάτων.* ubi ad *πειράσομαί γ'* cogitatione explenda sunt *τὸ ἐρωτώμενον ἀποκρίνεσθαι.* ex multo superius scriptis his: *ἐθέλησον κατὰ βραχὺ τὸ ἐρωτώμενον ἀποκρίνεσθαι.* Accedunt autem necessario voces *ὡς διὰ βραχυτάτων*, quoniam hae ex illis in positivo positis *κατὰ βραχὺ* intelligi non possunt. Vide eadem hac pagina 454 B *Ταύτης τοίνυν τῆς πειθοῦς λέγω, ὦ Σ, τῆς κτὲ.*, ubi post *λέγω* ellipsis est verborum *τὴν ῥητορικὴν εἶναι τέχνην*, quae petenda sunt ex A *ποίας δὴ πειθοῦς — ἡ ῥητορική ἐστι τέχνη*; quae ab illis in B interrogatione et responso diremta sunt. Totius igitur loci, de quo agimus, inde a verbis *ἐγὼ τὴν ἀπὸ* usque ad verba *οὐκ αὐτὸς λέγω*; (C) paucis haec est sententia: *non certo scio, verum suspicor quam tu dicis esse persuasionem; nihilominus quaeram ex te quam dicas, non ipse dicam.* Ad quae Socrates respicit haec dicens in 454 B *Κἀγώ τοι ὑπώπτευον ταύτην σε λέγειν τὴν πειθὼ καὶ περὶ τούτων, ὦ Γοργία.* quae sunt fere eadem verba, quae diximus intelligenda esse ad *ὑποπτεύω γε*, ex pronomine demonstrativo si modo feceris relativum.

— C. *τοῦ οὖν ἕνεκα δὴ αὐτός*] Est in his quod *ἀνιᾷ μου τὰ ὦτα.* Nimirum vocula *δὴ* non suo loco est posita, qui cum sit post *οὖν*, eum recuperet. Semper enim in interrogatione *τί οὖν δὴ —*;

σε ἐρήσομαι, ἀλλ' οὐκ αὐτὸς λέγω; οὐ σοῦ ἕνεκα, ἀλλὰ τοῦ λόγου, ἵν' οὕτω προΐῃ, ὡς μάλιστ' ἂν ἡμῖν καταφανὲς ποιοίη περὶ ὅτου λέγεται. σκόπει γὰρ, εἴ σοι δοκῶ δικαίως ἀνερωτᾶν σε. ὥσπερ ἂν εἰ ἐτύγχανόν σε ἐρωτῶν, τίς ἐστι τῶν ζωγράφων Ζεῦξις, εἴ μοι εἶπες, ὅτι ὁ τὰ ζῷα γράφων, ἆρ' οὐκ ἂν δικαίως σε ἠρόμην, ὁ τὰ ποῖα τῶν ζῴων γράφων καὶ ποῦ; — ΓΟΡ. Πάνυ γε. — ΣΩ. Ἆρα D

non disjuncta usurpantur. Ne autem putes me ἕνεκα temere dirimere a casu suo, conferas Legg. 701 C Τίνος δὴ καὶ ταῦθ' ἡμῖν αὖ χάριν ἐλέχθη; quae repetuntur in D τίνος δὴ χάριν ἕνεκα ταῦτ' ἐλέχθη; Verum correctori et imprimis codici illud ἕνεκα omittenti obtemperatum oportuit. Eadem vocula ἕνεκα eximenda ex Polit. 302 B. Τίς οὖν δὴ — ἅπαντα ἕνεκα τοῦ τοιούτου πάντες δρῶμεν χάριν. In Legg. 934 B χρὴ — τοὺς νόμους τοξότου μὴ κακοῦ στοχάζεσθαι δίκην τοῦ τε μεγέθους τῆς κολάσεως κτέ. vox δίκην e suo loco migravit. Nemo ignorat κακὸς, ἀγαθὸς, δεῖνος al. adjectiva cum infinitivo, quo significetur, in quo agendo quis sit ἀγαθὸς, κακὸς, δεῖνος etc. Quare ambiguitatem tolle vocem δίκην post μὴ κακοῦ ponendo, simul ne χρὴ suo infinitivo careat. Sed neque sic sana ea sunt. Leges enim ipsae non possunt dici βλέπειν neque στοχάζεσθαι. Ubique autem in his legislator dicitur στοχάζεσθαι. Fac igitur τοὺς νομοθέτας ex τοὺς νόμους, quam correctionem etiam postulant et confirmant mox sequentia haec ταὐτὸν δ' ἔργον δρῶντα ξυνυπηρετεῖν δεῖ τῷ νομοθέτῃ (non τῷ νόμῳ) τὸν δικαστήν. Ejusdem paginae in E quae leguntur εἰ δὴ σμικρᾶς ἔχθρας γενομένης πολλὴν φωνὴν ἱέντες κακῶς ἀλλήλους βλασφημοῦντες λέγουσιν κτέ. corrige rejiciendo glossema βλασφημοῦντες. Ejusdem generis mendam vide in Legg. 800 A καθ' ὕπνον δ' οἷόν πού τις ἢ καὶ ὕπαρ ἐγρηγορὼς ὠνείρωξε μαντευόμενος αὐτό. et in Rep. 574 E αἱ πρότερον μὲν ὄναρ ἐλύοντο ἐν ὕπνῳ, ὅτ' ἦν αὐτὸς ἔτι ὑπὸ νόμοις τε καὶ πατρὶ κτέ. Ad exquisitius enim ὕπαρ adscriptum est ἐγρηγορὼς, et ἐν ὕπνῳ ad ὄναρ. Accedit, quod non omnes codices habent illud ἐγρηγορώς. Videtur igitur etiam in Phil. 20 B. Λόγων ποτέ τινων πάλαι ἀκούσας ὄναρ ἢ καὶ ἐγρηγορὼς νῦν ἐννοῶ. olim fuisse ὕπαρ ἐγρηγορὼς, deinde omissum ὕπαρ a scribis utrumque simul non ferentibus. Confer. Rep. 476 C. D. qui est locus egregius et quasi scriptus haec de industria perscrutanti. Eadem certe sors fuit multorum locorum quae Phil. 20 B. Quod tamen non ita intelligas, ut tibi arbitrari videar ubique ὄναρ et ὕπαρ reponenda esse, altera illa delenda. Nam ex. gr. Theaet. 158 C ἅ τε γὰρ νυνὶ διειλέγμεθα οὐδὲν κωλύει καὶ ἐν τῷ ἐνυπνίῳ δοκεῖν ἀλλήλοις διαλέγεσθαι, καὶ ὅταν δὴ ὄναρ ὀνείρατα δοκῶμεν διηγεῖσθαι, ἄτοπος ἡ ὁμοιότης τούτων ἐκείνοις. Orationis variandae causa primum ἐν ὕπνῳ deinde ὄναρ scripsit Plato. Pro ἐνυπνίῳ enim etiam ὕπνῳ suppeditant codices. Itaque pro ἐν τῷ ἐνυπνίῳ fuit ἐν ὕπνῳ sine articulo; nam ἐν ὕπνῳ et interdum καθ' ὕπνον = ὄναρ. Operae autem pretium totum hunc locum expedire, cum ita mutatus sit, ut bonus sensus omnino perierit. Quae enim dicuntur similia esse? num quae ὕπαρ διαλεγόμεθα iis, quae ὄναρ διηγούμεθα? Recte igitur censuit delendum esse ὀνείρατα, et ἄττα pro eo reponendum optime criticorum de Platone meritus, quamquam non absolvit correctionem. Semel recepta voce ὀνείρατα scribae ipsi ὀνειρρώττοντες hunc sensum restituere conati sunt in verbis καὶ ὅταν — διηγεῖσθαι, *et quando putamus nos somnia narrare:* sentientes enim *somnia colloqui* per se nihili esse ex διαλέγεσθαι fecerunt διηγεῖσθαι. Nam fugit omnes singulorum verborum vis totiusque loci sensus, qui est hic: *quae enim nunc disseruimus nihil impedit quominus putemus nos somniantes inter nos colloqui, et quando revera somniamus nos quaedam inter nos colloqui, mirum in modum haec illis similia sunt.* paucioribus: *disputatio vel potius collocutio vigilantium et somniantium mirabilem quamdam similitudinem habet.* Sed hic sensus requirit διαλέγεσθαι pro διηγεῖσθαι.

Ibid. τὰ ποῖα — καὶ ποῦ;] Interpretes conjiciunt τοῦ, πῇ, πῶς, πόσα, πόσου, ποῖα οὗ, ἢ οὗ (omisso καὶ) al. pro ultimo ποῦ. Horum πῶς unice verum est, quamquam spretum adhuc, quod non bonis argumentis, opinor, id defenderunt. Nam toto coelo a grammatica ratione aberrantes, duo scilicet membra in illa quaestione 1) ποῖα et 2) πῶς. vident et comparant cum duobus his ex. gr. 1) ποία ἡ πειθὼ καὶ 2) περὶ τί; (E et 454 A).

διὰ τοῦτο, ὅτι καὶ ἄλλοι εἰσὶ ζωγράφοι γράφοντες ἄλλα πολλὰ ζῷα; — ΓΟΡ. *Ναί.* — ΣΩ. *Εἰ δέ γε μηδεὶς ἄλλος ἢ Ζεῦξις ἔγραφε, καλῶς ἂν σοι ἀπεκέκριτο;* — ΓΟΡ. *Πῶς γὰρ οὔ;* — ΣΩ. *Ἴθι δὴ καὶ περὶ τῆς ῥητορικῆς εἰπὲ, πότερόν σοι δοκεῖ πειθὼ ποιεῖν ἡ ῥητορικὴ μόνη, ἢ καὶ ἄλλαι τέχναι; λέγω δὲ τὸ τοιόνδε· ὅστις διδάσκει ὁτιοῦν πρᾶγμα, πότερον ὃ διδάσκει πείθει, ἢ οὔ;* — ΓΟΡ. *Οὐ δῆτα, ὦ Σώκρατες, ἀλλὰ πάντων μάλιστα πείθει.* —
E ΣΩ. *Πάλιν δ' εἰ ἐπὶ τῶν αὐτῶν τεχνῶν λέγομεν ὧνπερ νῦν δὴ,*

Quam comparationem diligenter persequentibus tandem *τὰ ποῖα* = *περὶ τί*, et *πῶς* = *τὰ ποῖα* videbuntur esse. Idem *πῶς* igitur defendentes alia afferamus argumenta. Hoc agit Socrates, ut, cum non una sit *πειθὼ* neque unius artis, sed plures et plurium artium, Gorgiam cogat diserte explicare, quibus ἡ rhetorices *πειθὼ* a reliquis reliquarum artium diversa sit et dignosci possit. Cogit igitur eum, ut melius respondeat et definiat *τὴν ῥητορικῆς πειθὼ* (454), quemadmodum etiam fateri eum coëgerat, responsum ad quaestionem: quis pictorum est Zeuxis? alia indigere quaestione hac: *ὁ τὰ ποῖα τῶν ζῴων γράφων καὶ πῶς*; ita ut bene respondenti tota Zeuxidis tanquam pictoris *ποιότης* (venia sit verbo Platonico), qua a reliquis omnibus pictoribus dignoscatur, describenda sit. Jam igitur apud Atticos auctores, ubicunque tota cujusdam rei *ποιότης* in universum inquiritur vel proponitur, invenimus interrogativa *ποῖος* vel *ποῖός τις* vel *τίς* horumve formas demonstrativas et relativas. Verum non solis his utuntur, sed subjungunt iis adverbia *πῶς*, *ὅπως*, *οὕτως* i. e. ejusdem adverbii interrogativam, relativam et demonstrativam formam, quae secundum nostrarum linguarum idioma fere supervacanea videntur. Exempla afferam. Phil. 42 C. Socrates, consideratis voluptatibus et doloribus quibusdam falsis, aliud eorum genus diversum ab iis, quos persecutus erat, se suspicari esse et consideraturum dicit. Quaerit statim Protarchus has *ἡδονὰς καὶ λύπας* cognoscere et dignoscere cupiens: *Ποίας δὴ καὶ πῶς λέγεις.* Phdr. 261 A *Τούτων δεῖ τῶν λόγων, ὦ Σώκρατες. ἀλλὰ δεῦρο αὐτοὺς παράγων ἐξέταζε τί καὶ πῶς λέγουσιν.* In his igitur ne membratim accipias quaestionem illud *πῶς* nimis urgens. Plura exempla desiderans videat Phil. 53 D, 54 E, 64 D, Polit. 310 B, D, Soph. 236 E., Theaet. 154 B, Rep. 377 E, Crat. 440 A, nec non Apol Socr. 20 E. al. Eadem ratione *πῶς* cum *πόθεν* junctum vide in Phdr. 269 D *τὴν — τέχνην πῶς καὶ πόθεν ἄν τις δύναιτο πορίσασθαι;* Itaque Aristoph. in Plut. 906

X. *Τί δαί; τέχνην τιν' ἔμαθες;* Σ. *Οὐ μὰ τὸν Δία.*

X. *Πῶς οὖν διέζης ἢ πόθεν μηδὲν ποιῶν;*

scriptum fuit non *ἢ πόθεν*, sed *καὶ ποθεν.* Atque eadem ratione *πῶς* cum aliis hujus generis vocibus conjungitur. — Qui igitur fieri potuit, ut omnes fere interpretes illud *ποῦ* in Gorgia sollicitarint, nemo vero idem vel ineptius positum viderit in Phdr. 235 C. *Τίνες οὗτοι, καὶ ποῦ σὺ βελτίω τούτων ἀκήκοας;*] Responsum saltem hoc: — *ἐπιλέλησμαι ὅπως τε καὶ ὧντινων ἤκουσα.* ad illam quaestionem non nisi coecum fugere potest. Haec *ὅπως* et *ὧντινων* jubent in interrogatione scribi *πῶς* (pro *ποῦ*) cum *τίνες*. Neque aliter legitur, ubi eadem quaestio tangitur, in 235 D — *σὺ γὰρ ἐμοὶ ὧντινων μὲν καὶ ὅπως ἤκουσας μηδ' ἂν κελεύω εἴπῃς.* Vide iterum *ὅπως* non *ὅπου*, et scribe et in Gorgia et in Phaedro *πῶς* pro *ποῦ*. Hoc demum est argumentum e grammatica petitum, quod sexcentis locis confirmari possit. Eadem medela indiget Rep. 584 B *Ποῦ* (scribe *Πῶς*) *δὴ, ἔφη, καὶ ποίας λέγεις.* Vide Phil. 42 C, ubi idem sensus sed Graecitas salva. — Nihil mirum voculas *πῇ*, *ποῦ*, *πῶ*, *πῶς* sim. confusas esse. In Phil. 23 B, ut hoc exemplo defungar, legitur — *οὐδείς πώ σε ἡμῶν μεθήσει πρὶν ἂν εἰς τέλος ἐπεξέλθῃς τούτων τῷ λόγῳ.* sed sensus requirit *πού* i. e. *profecto*. Omnino absurdum *οὔ πω* cum futuro. In Phil. 20 B legitur *πῶς δὴ καὶ τίνων*; quod flagitat paulo ante *μνήμην τινῶν* pro *τινά*. Etiam horum plurima in altero specimine congessi, sed nolim ea sine ipso Platone circumvagari.

— E *Πάλιν δ' εἰ — λέγομεν* —] Quis est, qui haec intelligat? Ubi est, quod

ἡ ἀριθμητικὴ οὐ διδάσκει ἡμᾶς ὅσα ἐστὶ τὰ τοῦ ἀριθμοῦ καὶ ὁ
ἀριθμητικὸς ἄνθρωπος; ΓΟΡ. Πάνυ γε. — ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ πείθει; —
ΓΟΡ. Ναί. — ΣΩ. Πειθοῦς ἄρα δημιουργός ἐστι καὶ ἡ ἀριθμητική. —
ΓΟΡ. Φαίνεται. — ΣΩ. Οὐκοῦν ἐάν τις ἐρωτᾷ ἡμᾶς, ποίας πειθοῦς
καὶ περὶ τί, ἀποκρινούμεθά που αὐτῷ, ὅτι τῆς διδασκαλικῆς τῆς περὶ
τὸ ἄρτιόν τε καὶ ⌈τὸ⌉ περιττὸν ὅσον ἐστί. καὶ τὰς ἄλλας ἃς νῦν δὴ 454
ἐλέγομεν τέχνας ἁπάσας ἕξομεν ἀποδεῖξαι πειθοῦς δημιουργοὺς οὔσας
καὶ ἥστινος καὶ περὶ ὅ τι. ἢ οὔ; — ΓΟΡ. Ναί. — ΣΩ. Οὐκ ἄρ' (ἡ)
ῥητορικὴ μόνη πειθοῦς ἐστι δημιουργός. — ΓΟΡ. Ἀληθῆ λέγεις.

IX. ΣΩ. Ἐπειδὴ τοίνυν οὐ μόνη ἀπεργάζεται τοῦτο τοὔργον,
ἀλλὰ καὶ ἄλλαι, δικαίως, ὥσπερ περὶ τοῦ ζωγράφου, μετὰ τοῦτ'
ἐπανεροίμεθ' ἂν τὸν λέγοντα, ποίας δὴ πειθοῦς καὶ τῆς περὶ τί
πειθοῦς ἡ ῥητορική ἐστι τέχνη; ἢ οὐ δοκεῖ σοι δίκαιον εἶναι ἐπαν- B
ερέσθαι; — ΓΟΡ. Ἔμοιγε. — ΣΩ. Ἀπόκριναι δή, ὦ Γοργία, ἐπειδή
γε καὶ σοὶ δοκεῖ οὕτω. — ΓΟΡ. Ταύτης τοίνυν τῆς πειθοῦς λέγω,
ὦ Σώκρατες, τῆς ἐν δικαστηρίοις καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ὄχλοις, ὥσπερ
καὶ ἄρτι ἔλεγον, καὶ περὶ τούτων, ἅ ἐστι δίκαιά τε καὶ ἄδικα. —
ΣΩ. Κἀγώ τοι ὑπώπτευον ταύτην σε λέγειν τὴν πειθὼ καὶ περὶ
τούτων, ὦ Γοργία. ἀλλ' ἵνα μὴ θαυμάζῃς, ἐὰν (καὶ) ὀλίγον ὕστερον

conditionalem particulam εἰ praemissam flagitat? Si in fine periodi esset τί ἐρεῖς vel τί ἀποκρινεῖ simileve quid, constructio saltem salva esset, quamquam tamen languida esset sententia. Socrates hic novam quamdam orditur argumentationem, et iterum de arithmetica sed aliud quid nunc quaerit. Certo igitur certius ΔΗ pro ΔΕΙ (δ' εἰ) reponendum, et λέγωμεν pro λέγομεν. Constanter enim in hujusmodi argumentationis exordio particula δὴ comitatur adverbium πάλιν, sequente aut imperativi secunda, aut conjunctivi prima persona. Ex. gr. Phd. 105 B Πάλιν δή μοι ἐξ ἀρχῆς λέγε. Legg. 869 E. Πάλιν δὴ πρῶτον περὶ τῶν τοιούτων εἰς δύναμιν εἴπωμεν. Vide infra dicta ad 515 C. Si forte tamen nondum mihi credas, scito me nihil de meo dedisse, sed alias tantum codicum lectiones vulgo receptis meliores Platoni vindicare conatum. Deinde post ὧνπερ νῦν δὴ excidisse videtur ἐλέγομεν, uti est in 454 A καὶ τὰς ἄλλας τέχνας, ἃς νῦν δὴ ἐλέγομεν. Nam pronomen ὧνπερ per attractionem, quae dicitur, in genitivo positum. Itaque falluntur interpretes, qui putant praepositionem ante ὧνπερ omissam esse. — Paulo superius legitur — καλῶς ἄν σοι ἀπεκέκριτο. Interpretes ex hoc et huic similibus locis docent, perfecta deponentuum quale ἀποκέκριμαι etiam passivam habere significationem. Ego autem fateor me nusquam ἀποκέκριμαι vel ἀποκέκρισαι passive usurpata vidisse. Potius igitur dicendum, deponentium perfecti et plusquam perfecti tertiam personam in singulari, infinitivi perfectum et participii perfecti neutrum in singulari, sicuti passivorum nonnullorum verborum et impersonalium, non raro passive Atticis usurpari.

454 B. ἀλλ' ἵνα μὴ θαυμάζῃς, ἐὰν ὀλίγον ὕστερον τοιοῦτόν τί σε ἀνέρωμαι.] Locus facillimus sed pessime habitus, quem frustra conatus sum certa conjectura totum in integrum restituere. Librarii arbitrati illa ἀλλ' ἵνα μὴ θαυμάζῃς ad praecedentia pertinere fecisse ea videntur ex ἀλλὰ μὴ θαύμαζε. Haec saltem si scripta essent, bonus esset sensus, bona constructio. Sed haec conjectura incerta. Illa ἐὰν ὀλίγον — ἀνέρωμαι certo emendari possunt. Nimirum Socrates tale quid, quod se rogaturum dixerat in 453 C, jam nunc se rogasse fassus pergit loqui illa ἀλλ' ἵνα — ἐπανερωτῶ. Itaque verba ἐὰν

C τοιοῦτόν τί σε ἀνέρωμαι ὃ δοκεῖ μὲν δῆλον εἶναι, ἐγὼ δ' ἐπανερωτῶ· ὅπερ γὰρ λέγω, τοῦ ἑξῆς ἕνεκα περαίνεσθαι τὸν λόγον ἐρωτῶ, οὐ σοῦ ἕνεκα, ἀλλ' ἵνα μὴ ἐθιζώμεθ' ὑπονοοῦντες προαρπάζειν ἀλλήλων τὰ λεγόμενα, ἀλλὰ σὺ τὰ σαυτοῦ κατὰ τὴν ὑπόθεσιν ὅπως ἂν βούλῃ περαίνῃς. — ΓΟΡ. Καὶ ὀρθῶς γέ μοι δοκεῖς ποιεῖν, ὦ Σώκρατες. — ΣΩ. Ἴθι δὴ καὶ τόδ' ἐπισκεψώμεθα. καλεῖς τι μεμαθηκέναι; ΓΟΡ. Καλῶ. — ΣΩ. Τί δέ; πεπιστευκέναι; — ΓΟΡ.
D Ἔγωγε. — ΣΩ. Πότερον οὖν ταὐτὸν δοκεῖ σοι εἶναι μεμαθηκέναι καί πεπιστευκέναι, καὶ μάθησις καὶ πίστις, ἢ ἄλλο τι; — ΓΟΡ. Οἴομαι μὲν ἔγωγε, ὦ Σώκρατες, ἄλλο. — ΣΩ. Καλῶς γὰρ οἴει· γνώσει δ' ἐνθένδε. εἰ γάρ τίς σε ἔροιτο, Ἆρ' ἔστι τίς, ὦ Γοργία, πίστις ψευδὴς καὶ ἀληθής; φαίης ἄν, ὡς ἐγῷμαι. — ΓΟΡ. Ναί. — ΣΩ. Τί δέ; ἐπιστήμη ἐστὶ ψευδὴς καὶ ἀληθής; — ΓΟΡ. Οὐδαμῶς. — ΣΩ. Δῆλον γὰρ αὖ ὅτι οὐ ταὐτόν ἐστιν. — ΓΟΡ. Ἀληθῆ

ὀλίγον — ἀνέρωμαι. Hunc sensum reddant necesse est: *si paulo post quoque alterum quid superiori simile iterum ex te quaero.* i. e. Graece: ἐὰν καὶ ὀλίγον ὕστερον ἕτερον τοιοῦτόν σε ἀνέρωμαι. — Socrates enim, uti dixi, antea percunctatus erat ex Gorgia rem, quamquam claram et ipsi et huic. Requiritur igitur καὶ, quia quod modo fecerat, etiam paulo post se facturum dicit. Tum etiam constat *alterum simile* Graece dici τοιοῦτον ἕτερον, quemadmodum saepius eandem quamdam quantitatem significatam videmus per τοσοῦτος cum ἄλλος. Editores codicum numerum secuti dederunt quae vulgo leguntur, nos autem sensus et linguae rationem habentes ex uno codice recepimus ἕτερον, ex aliis καὶ, et τί cum aliis omisimus. Nihil igitur horum non in codice legitur. Accedit quod vix ulla vox facilius omitti potest post ὕστερον quam ἕτερον. — In A ejusdem paginae spretam non oportuit lectionem ἄρ' ἡ ῥητορικὴ pro ἄρα ῥητορική. — Ad verba in A τὸν λέγοντα non intellige τοῦτ' εἶναι τοὔργον αὐτῆς, sed haec πειθοῦς τὴν ῥητορικὴν εἶναι τέχνην sive δημιουργόν, ut cum sequentibus his ποίας δὴ — ἐστι τέχνη conveniant. Caeterum ἀλλ' ἵνα μὴ ἐθιζ. — ἀλλήλων τὰ λεγόμενα. paucis significant haec: *sed ne consuescamus conjectura ducti praeripere nobis invicem verba.*

— D. Δῆλον γὰρ αὖ ὅτι οὐ ταὐτόν ἐστι] Intellige τὸ μεμαθηκέναι et πεπιστευκέναι. In praecedentibus nulla est argumentatio, qua demonstratur illud non idem esse ac hoc. Quare pro absurdo αὖ editores οὖν dederunt. Unus codex habet ἂν (pro αὖ), cui lectioni quoque sensus adeo refragatur, ut librarii hic omnino aliquid de suo scripsisse videantur. Formulam autem γὰρ οὖν ego tantum ferrem sic positam: Σ. Δῆλον δὴ ὅτι οὐ ταὐτόν ἐστι. Γ. Δῆλον γὰρ οὖν. Vide 466 E. Phor. 259 D Pol. 265 E (bis). Phil. 30 (bis), 34 A al. Est contraria fere τῷ — μὲν οὖν, et approbantis alius dictum. Cum igitur ipsa argumentationis conclusio illis Socratis verbis contineatur, aliud medicamen adhibendum. Nemini non succurrunt, opinor, particulae syllogisticae δὴ et ἄρα. Atque hoc ultimum requiritur. Innumeros locos corruperunt scribae et ex ἄρα omnes alias voculas et ex omnibus aliis voculis ἄρα scribentes et non raro de suo addentes ἄρα. Hic ex ΔΗΛΟΝΑΡΟΤΙ (i. e. Δῆλον ἄρ' ὅτι) ex ἄρ' fecerunt γὰρ, deinde γὰρ αὖ vel etiam γὰρ ἄν. Vide Phdr. 271 A, Prot. 355 E, Rep. 552 D, al. Paulo inferius in 462 E sic scripta ΤΑΥΤΟΝΑΡΕCΤΙΝ i. e. ταὐτὸν ἄρ' ἐστιν unus codex servavit, reliqui omnes δ' pro ἄρ' habent. In 527 A, ut ejusdemmodi quaedam afferamus, scribae ex ΓΑΝ i. e. γ' ἂν fecerunt γάρ. In Phil. 46 A ΓΩΣΩΚ. i. e. γ', ὦ Σώκ(ρατες) ex γ' factum γὰρ et γ' ἄρα. Vide ibid. 35 B. In Theaet. 171 C. εἰκός γ' ἄρα ἐκεῖνον — σοφώτερον ἡμῶν εἶναι. ex ΓΑΡ i. e. γὰρ factum γ' ἄρα. Requirit enim simplex γὰρ causale haec sententia, quae est in verbis Ἀλλά τοι — ἡμῶν εἶναι. *At vero, amice, incertum ac praetereamus rec-*

λέγεις. — ΣΩ. *Ἀλλὰ μὴν οἵ τέ γε μεμαθηκότες πεπεισμένοι εἰσὶ* E
καὶ οἱ πεπιστευκότες. — ΓΟΡ. *Ἔστι ταῦτα.* — ΣΩ. *Βούλει οὖν*
δύο εἴδη θῶμεν πειθοῦς, τὸ μὲν πίστιν παρεχόμενον ἄνευ τοῦ εἰδέναι,
τὸ δ' ἐπιστήμην; — ΓΟΡ. *Πάνυ γε.* — ΣΩ. *Ποτέραν οὖν ἡ ῥητο-*
ρικὴ πειθὼ ποιεῖ ἐν δικαστηρίοις τε καὶ τοῖς ἄλλοις ὄχλοις περὶ τῶν
δικαίων τε καὶ ἀδίκων; ἐξ ἧς τὸ πιστεύειν γίγνεται ἄνευ τοῦ εἰδέ-
ναι, ἢ ἐξ ἧς τὸ εἰδέναι; — ΓΟΡ. *Δῆλον δήπου, ὦ Σώκρατες, ὅτι*
ἐξ ἧς τὸ πιστεύειν. — ΣΩ. *Ἡ ῥητορικὴ ἄρα, ὡς ἔοικε, πειθοῦς*
δημιουργός ἐστι πιστευτικῆς, ἀλλ' οὐ διδασκαλικῆς περὶ τὸ δίκαιόν 455
τε καὶ ἄδικον. — ΓΟΡ. *Ναί.* ΣΩ. *Οὐδ' ἄρα διδασκαλικὸς ὁ ῥήτωρ*
ἐστὶ δικαστηρίων τε καὶ τῶν ἄλλων ὄχλων δικαίων τε πέρι καὶ
ἀδίκων, ἀλλὰ πιστικὸς μόνον. οὐ γὰρ δήπου ὄχλον γ' ἂν δύναιτο
τοσοῦτον ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ διδάξαι οὕτω μεγάλα πράγματα. — ΓΟΡ.
Οὐ δῆτα.

X. ΣΩ. *Φέρε δή, ἴδωμεν, τί ποτε καὶ λέγομεν περὶ τῆς ῥητο-*
ρικῆς· ἐγὼ μὲν γάρ τοι οὐδ' αὐτός πω δύναμαι κατανοῆσαι, ὅ τι B
λέγω. ὅταν περὶ ἰατρῶν αἱρέσεως ᾖ τῇ πόλει σύλλογος ἢ ⌈περὶ⌉
ναυπηγῶν ἢ ⌈περὶ⌉ ἄλλου τινὸς δημιουργικοῦ ἔθνους, ἄλλο τι ⌈ἢ⌉
τόθ' ὁ ῥητορικὸς οὐ συμβουλεύσει; δῆλον γάρ, ὅτι ἐν ἑκάστῃ αἱρέσει

tum: verisimile enim, vel potius nihil mirum enim illum (Protagoram), major natu cum sit sapientiorem nobis esse. Illud *εἰκὸς* enim significat fere *οὐδὲν θαυμαστόν*; *nondum* tamen *ἀναγκαῖον*, secundum ipsum Platonem in Prot. 318 B, Phdr. 269 D, Legg. 636 A al. Contendimus igitur *γε* sequente *ἄρα* Graecum non esse. Occurit *γε* in multis complexionibus ex. gr. in his *γε δή, γέ τοι, γέ τοι δὴ γέ τοί που, οὔ τοι — γε, γε μήν, γέ που, γοῦν, ἆρά γε.* Itaque scribae sensum non bene assecuti *γ' ἄρα* scripserunt; pro quibus, si qua hujusmodi complexio requireretur, *γέ τοι* demum Graecum esset, ut discimus ex Legg. 888 E *Εἰκός γέ τοί που σοφοὺς ἄνδρας ὀρθῶς λέγειν.* al. Superest, ut ex Theaeteti loco ultimum et ridiculum participium in his *καταδὺς ἂν οἴχοιτο ἀποτρέχων* rejicias, ut olim in Philologo jussimus. In Phil. 37 A *Καὶ τό γ' ᾧ τὸ κτέ.* ex ΓΕΦ i. e. *γ' ἐφ'* solum *γε* scribendo sensum pessum dederunt. Significat enim in *ᾧ ἥδεται* illud *ᾧ cujus sensus opera ἥδεται*, *ἐφ' ᾧ* autem *ἥδεται quare*, sive *quam ob rem.*

455 A — *ὁ ῥήτωρ — πιστικὸς*] Pro *πιστικὸς* codices etiam *πειστικὸς* habent. Sed quemadmodum Socrates dixit *τέχνη ἀριθμητική, πειθὼ διδασκαλική*, et *ἄνθρωπος ἀριθμητικός, ἄνθρωπος* sive *ῥήτωρ διδασκαλικός*, quidni, uti *πειθὼ πιστευτικὴ* etiam *ῥήτωρ πιστευτικὸς* dixerit? Conslusio enim duplex est. *Ἡ ῥητορικὴ τὴν πειθὼ ποιεῖ, ἐξ ἧς γίγνεται τὸ πιστεύειν.* Et igitur haec *πειθὼ* est *πιστευτικὴ* et *ὁ ῥήτωρ πιστευτικὸς* (non *διδασκαλικός*).

— B. *ἢ περὶ ναυπηγῶν ἢ περὶ ἄλλου τινὸς — ἄλλο τι ἢ τόθ' ὁ ῥ. κτέ*] Videntur utrumque hoc *περὶ* petivisse ex praecedentibus *περὶ ἰατρῶν αἱρέσεως*. Sensus: *quando comitia habentur creandis sive conducendis medicis aut fabris navium aut aliis quibusdam opificibus.* unum tantum *περὶ* ad *αἱρέσεως* referendum requirit. Scribae imprimis hac praepositione *περὶ* delectati videntur. Expellenda ea etiam supra ex 450 D et infra ex multis locis, et ex Prot. 313 D *οὗτοι (ὁ ἔμπορός τε καὶ κάπηλος) — ὧν ἄγουσιν — οὔτ' αὐτοὶ ἴσασιν ὅ τι χρηστὸν ἢ πονηρὸν περὶ τὸ σῶμα, ἐπαινοῦσι δὲ πάντα πωλοῦντες.* Ei rei nomini, cui aliquid utile vel inutile esse significatur per adjectiva *χρηστὸς* et *πονηρός*, nusquam praepositio *περὶ*, sed ubique *πρὸς* vel *εἰς* praemittitur. Quare repone *πρός*, uti in proxime sequentibus, ad quae etiam corrige illa *πάντα πωλοῦντες*

τὸν τεχνικώτατον δεῖ αἱρεῖσθαι· οὐδ' ὅταν τειχῶν περὶ οἰκοδομήσεως
ἢ λιμένων κατασκευῆς ἢ νεωρίων, ἀλλ' οἱ ἀρχιτέκτονες· οὐδ' αὖ
ὅταν στρατηγῶν αἱρέσεως πέρι ἢ τάξεώς τινος πρὸς πολεμίους ἢ
C *χωρίων καταλήψεως συμβουλὴ ᾖ, ἀλλ' οἱ στρατηγικοὶ τότε συμ-*
βουλεύσουσιν, οἱ ῥητορικοὶ δ' οὔ. ἢ πῶς λέγεις, ὦ Γοργία, τὰ τοιαῦτα;
ἐπειδὴ γὰρ αὐτός τε φῂς ῥήτωρ εἶναι καὶ ἄλλους ποιεῖν ῥητορικούς,

scribendo *πάνθ' ἃ πωλοῦσιν*, non ut similia illis sint, sed ut bona constructio redeat. Res, de qua hic in Gorgia agitur, etiam tangitur in Prot. 319 B, *ὁρῶ οὖν, ὅταν συλλεγῶμεν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, ἐπειδὰν μὲν περὶ οἰκοδομίας τι δέῃ πρᾶξαι τὴν πόλιν, τοὺς οἰκοδόμους μεταπεμπομένους συμβούλους περὶ τῶν οἰκοδομημάτων, ὅταν δὲ περὶ ναυπηγίας, τοὺς ναυπηγούς*. Verum in sic scriptis etiam *ναυπηγοὶ* arcessi dicuntur *σύμβουλοι περὶ τῶν οἰκοδομημάτων*, quo nihil ineptius. Haec enim ellipseos est ratio, ut mente repetenda sint ex superiori periodi parte omnia praeter id, cujus loco aliud quid in elliptica periodi parte expressum est. Itaque omnia repetenda ad *τοὺς ναυπηγούς*, quae in superiori periodi parte dicta sunt, praeter *τοὺς οἰκοδόμους*. Unde patet voces *περὶ τῶν οἰκοδομημάτων* non esse Platonis. Quae si sensus desideraret, etiam verba *περὶ τῶν νεῶν* post *τοὺς ναυπηγοὺς* abesse non possent. Superest ut videamus de illis in Gorgia *ἄλλο τι ἢ τόθ' ὁ ῥητ. —; δῆλον γὰρ κτέ.* Recte jam ubique illud *ἢ* in hac interrogandi formula omittendum censuerunt. Sed ipsam hanc interrogandi rationem in media oratione positam, nullo responso sequente, interpretes silentio praetereunt. Scito igitur eam rarius ita usurpatam apud Platonem inveniri. Occurrit ex. gr. infra in 503 D et Rep. 342 D. Attici hac formula utuntur interrogantes rem adeo manifestam, ut responsum non nisi ajens esse possit. Quod conficimus ex responsis. *Ναί. Πάνυ γε. Ἀνάγκη. Σφόδρα γε*, sim. quae leguntur ubicunque interrogans pergit loqui et argumentari, postquam audivit hoc ajentis responsum. Socrates igitur hic ita loqui pergit, ac si hujusmodi responsum interjectum esset, qualem certe sumit sequentia dicens *δῆλον γὰρ κτέ.* confirmansque rem manifestissimam. Itaque in his locis nulla potest esse difficultas. Sed emendanda Phd. 79 C *Φέρε δή, ἢ δ' ὅς, ἄλλο τι ἡμῶν αὐτῶν τὸ μὲν σῶμά ἐστι, τὸ δὲ ψυχή; Οὐδὲν ἄλλο, ἔφη.* Interpretes hic etiam formulam interrogandi esse *ἄλλο τι* arbitrati omiserunt *ἤ*, quam voculam ab antiquis editoribus recte ex nonnullis codicibus receptum contendimus. Nimirum non est hic formula illa, nam *οὐδὲν ἄλλο* non est responsum ad eam. Vide Crat 390 C. Σ. *Τὸν — ἄλλο τι σὺ καλεῖς ἢ διαλεκτικόν; Ἑ. Οὔκ, ἀλλὰ τοῦτο.* Theaet. 170 B, 204 B, 206 B, Rep. 478 B. Et ubi non *ἢ* sed *πλὴν* comitatur illud *ἄλλο τι* vel *τί ἄλλο*, Soph. 220 C, 224 C, 225 A, 228 A, 229 A. al. Ex quibus locis discimus, in interogatione requiri *ἄλλο* (sive *ἄλλος*) — *ἢ* vel *ἄλλο* — *πλήν*, si in responso est *οὔ* vel *οὐδέν* (sive *οὐδείς*) vel *οὐδὲν ἄλλο*, sim. Itaque Plato scripsit in Phd. 79 C *ἢ* inter *αὐτῶν* et *τὸ μέν*, quia hic non est interrogandi formula. — Nihil mirum, Atticistas in talibus errasse ex. gr. de Paras. 4 Π. *Εἰ δὲ μετέχοι — τί ἂν ἄλλο ἢ καὶ αὐτὴ τέχνη εἴη;* Τ. *Τέχνη γάρ, εἴπερ οὕτως ἔχοι.* Quae omni nitore Attico carentia si corrigeremus secundum locos laudatos, ipsum Lucianum corrigeremus. Ad Platonem redeamus. In Euth. 15 C. Σ. *Νῦν οὖν οὐκ ἐννοεῖς —; τοῦτο δ' ἄλλο τι ἢ θεοφιλὲς γίγνεται, ἢ οὔ;* Ε. *Πάνυ γε.* Agnoscis eandem formulam, quae respuit primum *ἢ* post *τι* positum. Verum quo pertinent illa *ἢ οὔ;*? Num ad priora *οὐκ ἐννοεῖς*? Neque igitur ad posteriora cum referri possint, reddendum additamentum scribis formulam illam *ἄλλο τι* non bene intelligentibus. Est enim, uti diximus, aliquid adeo *ἀναμφισβήτητον* interrogantis, ut omnis negatio excludatur. Tandem in Prot. 358 C *Ἄλλο τι οὖν — ἐφ' ἃ οἴεται κακὰ εἶναι, οὐδ' ἔστι τοῦτο κτέ.* quae demum recte intelligi possunt, si posueris signum interrogationis ante *οὐδ' ἔστι τοῦτο κτέ*, Socrates enim haec dicens simul sumit auditores comprobasse quod rogaverat, simul argumentum evidentissimum affert, quo confirmatur, potius dicam, quo nititur quod rogaverat: qualia sunt etiam illa in Gorg. 455 B *δῆλον γὰρ κτέ.* continuo interrogationi subjuncta.

εὖ ἔχει τὰ τῆς σῆς τέχνης παρὰ σοῦ πυνθάνεσθαι. κἀμὲ νῦν νόμι-
σον καὶ τὸ σὸν σπεύδειν. ἴσως γὰρ καὶ τυγχάνει τις τῶν ἔνδον
ὄντων μαθητής σου βουλόμενος γενέσθαι, ὡς ἐγώ τινας σχεδὸν καὶ
συχνοὺς αἰσθάνομαι, οἳ ἴσως αἰσχύνοιντ' ἄν σε ἀνερέσθαι. ὑπ' ἐμοῦ
οὖν ἀνερωτώμενος νόμισον καὶ ὑπ' ἐκείνων ἀνερωτᾶσθαι, Τί ἡμῖν, D
ὦ Γοργία, ἔσται, ἐάν σοι συνῶμεν; περὶ τίνων τῇ πόλει συμβου-
λεύειν οἷοί τ' ἐσόμεθα; πότερον περὶ δικαίου μόνον καὶ ἀδίκου, ἢ
καὶ περὶ ὧν νῦν δὴ Σωκράτης ἔλεγε; πειρῶ οὖν αὐτοῖς ἀποκρίνεσθαι.
— ΓΟΡ. Ἀλλ' ἐγώ σοι πειράσομαι, ὦ Σώκρατες, σαφῶς ἀποκα-
λύψαι τὴν τῆς ῥητορικῆς δύναμιν ἅπασαν· αὐτὸς γὰρ καλῶς ὑφηγήσω·
οἶσθα γὰρ δήπου, ὅτι τὰ νεώρια ταῦτα καὶ τὰ τείχη τὰ Ἀθηναίων E
καὶ ἡ τῶν λιμένων κατασκευὴ ἐκ τῆς Θεμιστοκλέους συμβουλῆς
γέγονε, τὰ δ' ἐκ τῆς Περικλέους, ἀλλ' οὐκ ἐκ (τῆς) τῶν δημιουρ-
γῶν. — ΣΩ. Λέγεται ταῦτα, ὦ Γοργία, περὶ Θεμιστοκλέους·
Περικλέους δὲ καὶ αὐτὸς ἤκουον, ὅτε συνεβούλευεν ἡμῖν περὶ τοῦ
διὰ μέσου τείχους. — ΓΟΡ. Καὶ ὅταν γέ τις αἵρεσις ᾖ ὧν δὴ σὺ 456
ἔλεγες, ὦ Σώκρατες, ὁρᾷς, ὅτι οἱ ῥήτορές εἰσιν οἱ συμβουλεύοντες

— E. — τὰ Ἀθηναίων καὶ ἡ τῶν λιμένων κατασκευὴ — ἀλλ' οὐκ ἐκ τῶν δημ.] Spernunt emendationem ἐκ τῆς τῶν δημιουργῶν defendentes corrupta locis, in quibus itidem spernunt optimam emendationem, qualis est in Xen. Mem. 2. 4, 6. καὶ τῆς τῶν κοινῶν πράξεως pro καὶ τῶν κ. πρ. Verum ultima hujus paragraphi pars καὶ εὖ μὲν πράττοντας πλεῖστ' εὐφραίνων, σφαλλομένους δὲ πλεῖστ' ἐπανορθῶν. recte demum se habebit, si reposueris εὐφραίνει et ἐπανορθοῖ pro participiis εὐφραίνων et ἐπανορθῶν. Est enim καὶ εὖ μὲν πράττοντας et σφαλλομένους δὲ in his = κἂν μὲν εὖ πράττωσι et ἐὰν δὲ σφάλλωνται. Ad hunc modum in Anab. 7. 7. 42 ὁ εὖ πράττων ἔχει τοὺς συνησθησομένους, ἐὰν δέ τι σφαλῇ οὐ σπανίζει τῶν βοηθησόντων. est ἐάν δέ τι σφαλῇ = σφαλλόμενος δὲ vel σφαλεὶς δέ τι. Contra factum supra in Mem. § 4 ὁρᾶν ἔφη τοὺς πολλοὺς — οὓς ἐν τοῖς φίλοις ἔθεσαν πάλιν τούτους ἀνατίθεσθαι: infinitivus ἀνατίθεσθαι scriptus pro participio ἀνατιθεμένους: sicuti etiam in Anab. 7. 7. 30 — εἰ ὁρῷεν — τάχυ ἄν σοι — παραγενέσθαι ἄλλους. scriptus infinitivus παραγενέσθαι ex participio παραγενομένους, si quidem ὁρᾶν in his cum participio construendum. In Anabaseos sequente paragrapho 31 secundum paragraphum 14 pro νῦν ἀναπράξωσιν requiritur una vox συναναπράξωσιν. — Videndum de verbis illis τὰ τείχη τὰ τῶν Ἀθηναίων καὶ ἡ τῶν λιμένων κατασκευὴ in Gorgia. Voces τὰ Ἀθηναίων jam rejecit nostras ὁ πάνυ. Verum quidni Plato haec scripsit hoc modo: ὅτι ἡ τῶν νεωρίων καὶ λιμένων τούτων κατασκευὴ καὶ ἡ τῶν τειχῶν οἰκοδόμησις ἐκ τῆς Θεμ. κτέ. aut sic: ὅτι τὰ νεώρια ταῦτα καὶ τὰ τείχη καὶ οἱ λιμένες κτέ. aut denique saltem sic: ὅτι τὰ νεώρια ταῦτα καὶ οἱ λιμένες καὶ τὰ τείχη κτέ.? Turbatus enim vocum ordo, sed quocunque modo transponi possint, transponendo tamen locus sanari non potest. Aliud medicamen adhibendum. Non tantum illa τὰ Ἀθηναίων, sed etiam iis proxima καὶ ἡ τῶν λιμένων κατασκευὴ sciolis debentur, qui deesse aliquid arbitrati ea ex 455 B huc invexerunt. Nil attinet hanc emendationem pluribus lectori commendare. Se ipsa satis superque commendat.

456 A Καὶ ὅταν — αἵρεσις ᾖ ὧν δὴ σὺ ἔλεγες] Et hic et in D ἢ καὶ περὶ ὧν νῦν δὴ Σωκράτης ἔλεγε; respiciuntur a Socrate dicta in B ὅταν περὶ ἰατρῶν αἱρέσεως ᾖ τῇ πόλει σύλλογος κτέ. Praeterea pro una voce δὴ est codicis lectio νῦν αὖ, quae genuinae scriptionis vestigium servat adeo evidens, ut nulli dubitemus scribere ὧν νῦν δὴ σὺ ἔλεγες. Eandem editorum negligentiam vide Rep. 340 E τοιοῦτον οὖν δή σοι κἀμὲ ὑπόλαβε νῦν γε ἀποκρίνεσθαι. quamquam codices optimas offerunt lectiones νῦν

καὶ οἱ νικῶντες τὰς γνώμας περὶ τούτων. — ΣΩ. Ταῦτα καὶ θαυμάζων, ὦ Γοργία, πάλαι ἐρωτῶ, τίς ποθ' ἡ δύναμίς ἐστι τῆς ῥητορικῆς. δαιμονία γάρ τις ἔμοιγε καταφαίνεται τὸ μέγεθος οὕτω σκοποῦντι.

XI. ΓΟΡ. Εἰ πάντα γ' εἰδείης, ὦ Σώκρατες, ὅτι, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἁπάσας τὰς δυνάμεις συλλαχβοῦσα ὑφ' αὑτῇ ἔχει· μέγα δέ
B σοι τεκμήριον ἐρῶ· πολλάκις γὰρ ἤδη ἔγωγε μετὰ τἀδελφοῦ καὶ μετὰ τῶν ἄλλων ἰατρῶν εἰσελθὼν παρά τινα τῶν καμνόντων οὐχὶ ἐθέλοντα ἢ φάρμακον πιεῖν ἢ τεμεῖν ἢ καῦσαι παρασχεῖν τῷ ἰατρῷ, οὐ δυναμένου τοῦ ἰατροῦ πεῖσαι, ἐγὼ ἔπεισα, οὐκ ἄλλῃ τέχνῃ ἢ τῇ ῥητορικῇ. Φημὶ δὲ καὶ εἰς πόλιν ὅποι βούλει ἐλθόντα ῥητορικὸν ἄνδρα καὶ ἰατρόν, εἰ δέοι λόγῳ διαγωνίζεσθαι ἐν ἐκκλησίᾳ ἢ ἐν ἄλλῳ τινὶ

δὴ pro νῦν γε et aoristum *ἀποκρίνασθαι* pro praesente. Interpretemur modo locum. Ad quaestionem (339 B) Πότερον δ' *ἀναμάρτητοί εἰσιν οἱ ἄρχοντες ἐν ταῖς πόλεσιν ἑκάσταις ἤ οἷοί τι καὶ ἁμαρτεῖν*; Thrasymachus respondet Πάντως *που οἷοί τι καὶ ἁμαρτεῖν*. Deinde Socrates argumentando id efficit, ut Thrasymachus sentiat se minus accurate respondisse, cum fateretur errorem sine dubio in principes cadere. Retractans igitur suum responsum Thrasymachus dicit illa *τοιοῦτον οὖν κτέ*. i. e. *tale quid igitur sane tibi me quoque puta modo respondisse :* aliis verbis; tali igitur ratione, quali de iis vulgo loquuntur homines. me quoque locutum puta in responso ad tuam quaestionem. *Sed*, ita pergit, *secundum accuratiorem loquendi rationem princeps non errat καθ' ὅσον princeps est. etc.* Requiritur igitur et νῦν δὴ et *ἀποκρίνασθαι* Porro in 341 A leguntur *οἴει γάρ μ' ἐξ ἐπιβουλῆς ἐν τοῖς λόγοις κακουργοῦντά σε ἐρέσθαι ὡς ἠρόμην*; ad quam Socratis quaestionem Thrasymachus Εὖ *μὲν οὖν οἶδ', ἔφη· καὶ οὐδέν γέ σοι πλέον ἔσται· οὔτε γὰρ ἄν με λάθοις κακουργῶν οὔτε μὴ λαθὼν βιάσασθαι τῷ λόγῳ δύναιο*. Quid sibi vult *μὴ λαθών?* Duos adscribam locos 344 A. *ἡ τυραννὶς — τἀλλότρια καὶ λάθρα καὶ βίᾳ ἀφαιρεῖται*. alterum 365 D *ἀλλὰ δὴ θεοὺς οὔτε λανθάνειν οὔτε βιάσασθαι δυνατόν* In illo loco *βίᾳ* et *λάθρα*, in hoc *βιάζεσθαι* et *λανθάνειν* ita posita sunt, ut efficiant antithesin quamdam, ita ut contraria quaedam notio iis accedat. Per *λάθρα* et *λανθάνειν* significatur aliquid *clam et dolo* fieri, contra per *βίᾳ* et *βιάζεσθαι palam et vi*. Hanc horum contrariam vim non agnoscentes librarii adscripsisse videntur illa *μὴ λαθὼν* ad *βιάσασθαι*. Utraque enim illa voce omissa, hanc optimam sententiam refert locus: *neque enim posses me dolose interrogare et omnino ita disputare, ut insidias tuas non animadverterem, neque posses me palam vi convincere*. Itaque in 344 *καὶ μὴ λάθρα βίᾳ* non esset absurdius, quam est *οὔτε μὴ λαθὼν βιάσασθαι* in 341. Ne nunc me doceas *φανερῶς* proprie *τοῦ λάθρα* oppositum esse, aut *πειθοῖ τοῦ βίᾳ*, aut *ἑκουσίως τοῦ βιαίως*. Sunt. Sed loquendi consuetudo, ut ex exemplis prolatis patet, contrariam illam vim cum primaria eorum notione conjunxit. His in C etiam succurrendum *ἀλλ' οὐ μὴ οἷός τ' ἦς* (*κακουργεῖν καὶ συκοφαντεῖν πρὸς ταῦτα*). *Οἴει γὰρ ἄν με, εἶπον* (Socrates Thrasymacho) *οὕτω μανῆναι, ὥστε ξυρεῖν ἐπιχειρεῖν λέοντα καὶ συκοφαντεῖν Θρασύμαχον*; In his alterum exemplum proverbii additamentis enervati, qualibus hoc: Πρὸς δύ' *οὐδ' Ἡρακλῆς*, in Phaedone 89 C foedatum ostendimus. Scholiasta ad verba *ξυρεῖν ἐπιχειρεῖν λ.* annotat: *παροιμία ἐπὶ τῶν — ἀδύνατα ποιεῖν ἐπιχειρούντων λεγομένη*. Aliis igitur verbis illa sic scribere possis: *οἴει γὰρ ἄν με οὕτω μανῆναι ὥστε μάτην κινδυνεύειν ἐπιχειρεῖν*. Atque in his ita scriptis mente intelligenda essent ex superioribus *κακουργῶν καὶ συκοφαντῶν πρὸς ἃ σύ, ὦ Θρ., λέγεις*, quae eadem ad *ξυρεῖν ἐπιχειρεῖν λέοντα* intelligenda sunt. Ergo languidum est additamentum *καὶ συκοφαντεῖν Θρασύμαχον*, quod ipsum proverbio jam exprimitur, et quod ne diceret auctor proverbio usus est. Paulo superius in B legitur *ποτέρως — τὸν ὡς ἔπος εἰπεῖν ἢ τὸν ἀκριβεῖ λόγῳ, ὃ νῦν δὴ ἔλεγες*. Imo ὃν νῦν δή, uti bene se habet in C.

συλλόγῳ, ὁπότερον δεῖ αἱρεθῆναι ⌈ῥήτορα ἢ⌉ ἰατρὸν, οὐδαμοῦ ἂν C
φανῆναι τὸν ἰατρὸν, ἀλλ' αἱρεθῆναι ἂν τὸν εἰπεῖν δυνατὸν, εἰ βούλοιτο· καὶ εἰ πρὸς ἄλλον γε δημιουργὸν ὀντινοῦν ἀγωνίζοιτο, πείσειεν ἂν αὐτὸν ἑλέσθαι ὁ ῥητορικὸς μᾶλλον ἢ ἄλλος ὁστισοῦν. οὐ γάρ ἐστι περὶ ὅτου οὐκ ἂν πιθανώτερον εἴποι ὁ ῥητορικὸς ἢ ἄλλος ὁστισοῦν τῶν δημιουργῶν ἐν πλήθει. Ἡ μὲν οὖν δύναμις τοσαύτη ἐστὶ καὶ τοιαύτη τῆς τέχνης. δεῖ μέντοι, ὦ Σώκρατες, τῇ ῥητορικῇ χρῆσθαι ὥσπερ καὶ τῇ ἄλλῃ πάσῃ ἀγωνίᾳ· καὶ γὰρ τῇ ἄλλῃ ἀγωνίᾳ οὐ D
τούτου ἕνεκα δεῖ πρὸς ἅπαντας χρῆσθαι ἀνθρώπους, ὅτι ἔμαθέ (τις) πυκτεύειν τε καὶ παγκρατιάζειν καὶ ἐν ὅπλοις μάχεσθαι, ὥστε κρείττων εἶναι καὶ φίλων καὶ ἐχθρῶν· οὐδὲ τούτου ἕνεκα τοὺς φίλους δεῖ τύπτειν οὐδὲ κεντεῖν τε καὶ ἀποκτιννύναι. οὐδέ γε μὰ Δί' ἐάν τις εἰς παλαίστραν φοιτήσας, εὖ ἔχων τὸ σῶμα καὶ πυκτικὸς γενόμενος, ἔπειτα τὸν πατέρα τύπτῃ ἢ τὴν μητέρα ἢ ἄλλον τινὰ τῶν οἰκείων ἢ τῶν φίλων, οὐ τούτου ἕνεκα δεῖ τοὺς παιδοτρίβας E
καὶ τοὺς ἐν τοῖς ὅπλοις διδάσκοντας μάχεσθαι μισεῖν τε καὶ ἐκβάλλειν ἐκ τῶν πόλεων. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ παρέδοσαν ἐπὶ τῷ δικαίως χρῆσθαι τούτοις πρὸς τοὺς πολεμίους καὶ τοὺς ἀδικοῦντας, ἀμυνομένους, μὴ ὑπάρχοντας· οἱ δὲ μεταστρέψαντες χρῶνται τῇ ἰσχύϊ καὶ 457
τῇ τέχνῃ οὐκ ὀρθῶς. οὔκουν οἱ διδάξαντες πονηροὶ, οὐδ' ἡ τέχνη

— C ὁπότερον δεῖ αἱρεθῆναι ῥήτορα ἢ ἰατρόν, οὐδαμοῦ ἂν φανῆναι τὸν ἰατρὸν] Voces ῥήτορα ἢ quamquam in multis codicibus non leguntur et a nonnullis jam improbatae sunt, tamen recipiuntur ab editoribus. Omnibus igitur ut persuasum sit eas retineri non posse argumentum afferam ex linguae legibus petitum. Quae nunc leguntur hujusmodi sensum referunt: utrum rhetor creandus sit rhetor an medicus creandus sit rhetor. aut: utrum rhetor creandus sit medicus an medicus medicus. Quae prorsus inepta sunt, nam ne creabantur quidem rhetores. Loci autem ratio hunc requirit sensum: *Uter* (medicus an rhetor) *creandus sit medicus* i. e. utrum rhetor creandus sit medicus an ipse medicus medicus. Quare vox ἰατρὸν referenda ad αἱρεθῆναι et voces ῥήτορα ἢ omittendae. Quodsi has duas retinere velles eas ad ὁπότερον referens, Graecum demum esset τὸν ῥήτορα ἢ τὸν ἰατρὸν, bis recepto articulo. Articuli vero omnino nullum vestigium servarunt codices. Exemplum manifestissimum est in 464 E πότερος ἐπαΐει περὶ τῶν χρηστῶν σιτίων καὶ πονηρῶν, ὁ ἰατρὸς ἢ ὁ ὀψοποιὸς, qui locus omnibus partibus similis illi. — Formulae οὐδαμοῦ φανῆναι alterum bonum exemplum apud Platonem non invenitur. Laudant Phd. 72 C εἰ — μὲν εἴη — πάντ' ἂν λῆρον τὸν Ἐνδυμίωνα ἀποδείξειε καὶ οὐδαμοῦ ἂν φαίνοιτο διὰ τὸ καὶ τἆλλα πάντα ταὐτὸν ἐκείνῳ πεπονθέναι καθεύδειν. sed videtur hic illa formula ipsa interpretamentum esse ad λῆρον. Sive enim ad Ἐνδυμίωνα eam referas sive ad πάντ' ἂν, adeo horrida est constructio verborum καὶ οὐδαμοῦ — πεπονθέναι καθεύδειν, ut haec omnia crassam quamdam loci periphrasin continere, qua Platonica dictio enervetur, facile mihi assensurus sit, qui huic similes a me indicatas interpolationes in Phaedone comparaverit. Ex aliorum tamen Atticorum scriptis satis liquet, quid sibi velit haec formula. Ei simillima utitur Xen. in Memor. 1. 2, 52 ἀναπείθοντα (Σωκράτην) οὖν (ἔφη ὁ κατήγορος) τοὺς νέους —, οὕτω διατιθέναι τοὺς αὐτῷ συνόντας, ὥστε μηδαμοῦ παρ' αὐτοῖς τοὺς ἄλλους εἶναι πρὸς αὐτόν. ubi μηδαμοῦ εἶναι fere = λήρους vel φαυλοτάτους εἶναι. — Caeterum ex hoc loco et imprimis ex 455 B non tantum medicos et duces publice creatos esse discimus, sed etiam operum saltem publicorum architectos ipsosque fabros.

οὔτ' αἰτία οὔτε πονηρὰ τούτου ἕνεκ' ἐστὶν, ἀλλ' οἱ μὴ χρώμενοι,
οἶμαι, ὀρθῶς. ὁ αὐτὸς δὴ λόγος καὶ περὶ τῆς ῥητορικῆς. δυνατὸς μὲν
γὰρ πρὸς ἅπαντάς ἐστιν ὁ ῥήτωρ καὶ περὶ παντὸς λέγειν, ὥστε
πιθανώτερος εἶναι ἐν τοῖς πλήθεσιν ἐμβραχὺ περὶ ὅτου ἂν βούληται.
B ἀλλ' οὐδέν τι μᾶλλον τούτου ἕνεκα δεῖ οὔτε τοὺς ἰατροὺς τὴν δόξαν
ἀφαιρεῖσθαι, ὅτι δύναιτ' ἂν τοῦτο ποιῆσαι, οὔτε τοὺς ἄλλους δη-
μιουργοὺς, ἀλλὰ δικαίως καὶ τῇ ῥητορικῇ χρῆσθαι, ὥσπερ καὶ τῇ
(ἄλλῃ) ἀγωνίᾳ. ἐὰν δὲ, οἶμαι, ῥητορικὸς γενόμενός τις κᾆτα ταύτῃ
C τῇ δυνάμει καὶ τῇ τέχνῃ ἀδικῇ, οὐ τὸν διδάξαντα δεῖ μισεῖν τε

457 B —, ὥσπερ καὶ τῇ ἀγωνίᾳ] Verum ipsa ἡ ῥητορικὴ quoque est ἀγωνία quaedam. Vide 456 C. δεῖ — τῇ ῥητορικῇ χρῆσθαι ὥσπερ καὶ τῇ ἄλλῃ πάσῃ ἀγωνίᾳ. Ubi aliquid ἀδύνατον praeciperetur, si ἡ ῥητορικὴ non esset ἀγωνία quaedam. Quare Platoni reddenda vox ἄλλῃ ante ἀγωνίᾳ, quod jam alios video conjecisse, quorum tamen inventum adhuc spretum. In 467 D ἄλλον in eodem sensu positum est, non tamen in omnibus codicibus servatum. In Phdr. 246 E. τούτοις (καλῷ, σοφῷ, ἀγαθῷ καὶ παντὶ ὅ τι τοιοῦτον) δὴ τρέφεταί τε καὶ αὔξεται μάλιστα τὸ τῆς ψυχῆς πτέρωμα, αἰσχρῷ δὲ καὶ κακῷ καὶ τοῖς ἐναντίοις φθίνει τε καὶ διόλλυται. sententia requirit ante ἐναντίοις eandem vocem ἄλλοις. Nam in ita positis ex. gr. τὰ καλὰ καὶ τὰ δίκαια καὶ τἀναντία, hoc τἀναντία significantur τὰ αἰσχρὰ καὶ τὰ ἄδικα. Dixerit igitur Plato in Phaedro: τὸ ψυχῆς πτέρωμα simul αὔξεται τῷ καλῷ simul φθίνει τῷ αἰσχρῷ et τῷ ἐναντίῳ i. e. τῷ καλῷ. Quod ineptissimum esse, nisi fallor, vel cocco apparet. Verum tamen alia ratione bonum sensum restituendum nunc censeo. Non solent contrariorum quaedam enumerare deinde reliqua contraria per τἄλλα ἐναντία exprimere, sed aut omnia contraria deinceps enumerant non adhibentes vocem τἀναντία, aut interdum voci τἀναντία ipsa omnia contraria subjungunt. Vide Euthphr. 7 E, Crit. 48 A, Gorg. 496 B al. Jam igitur cum transponendo locus sanari non possit imprimis quod in sic scriptis: τοῖς δ' ἐναντίοις αἰσχρῷ καὶ κακῷ desiderantur post αἰσχρῷ hae voces καὶ ἀμαθεῖ al., restat ut secundum alteram rationem omissis vocibus αἰσχρῷ et καὶ κακῷ καὶ, posteriorem loci partem sic constituamus: — αὔξεται μάλιστα τὸ τῆς ψυχῆς πτέρωμα, τοῖς δ' ἐναντίοις φθίνει τε καὶ διόλλυται.

Ibid. ἐὰν — γενόμενός τις κᾆτα — ἀδικῇ] Interpretes κᾆτα et κἄπειτα disjungentes et τῷ καὶ et τῷ εἶτα vel ἔπειτα vim suam vulgarem vindicare conantur. Quod frustra conatis tandem in pleonasmorum asijlum καταφυγοῦσι vocula καὶ iis videtur pleonasmus in ipso pleonasmo κᾆτα vel κἄπειτα. Nos aliam emendandi atque interpretandi rationem sequimur. In mediis periodis post participia positae hae particulae sunt improbantis et reprehendentis vel etiam aliquid ut ineptum et ridiculum notantis. Imprimis autem interrogantes ἄλογόν τι vel ἄτοπον et γελοῖον, ut Graecis vocibus utar, paucis ita exprimunt, ut antithesin quamdam faciat id quod participio ante particulas illas posito et id quod deinde verbo finito significatur, quo clarius illud in oculos incurrat. Verum neque sunt narrantis aut enumerantis, ubi in interrogatione periodum inchoant. Ex. gr. Arist. Av. 964.

Κἄπειτα πῶς
τοῦτ' οὐκ ἐχρησμολόγεις σὺ πρὶν ἐμὲ τὴν πόλιν
τήνδ' οἰκίσαι;

Eccl. 529 Κᾆτ' οὐκ ἦν ἐμοὶ
φράσασαν ἰέναι;

Plat. Gorg. 466 C. Ἔπειτα δύ' ἅμα μ' ἐρωτᾷς; quibuscum si contuleris Arist. Lys. 560

Καὶ μὴν τό γε πρᾶγμα γελοῖον
ὅταν ἀσπίδ' ἔχων καὶ Γοργόνα τις κᾆτ'
ὠνῆται κορακίνους.

Gorg. 456 D. ἐάν τις — πυκτικὸς γενόμενος ἔπειτα τὸν πατέρα τύπτῃ καὶ τὴν μητέρα. 457 B ἐὰν — ῥητορικὸς γενόμενός τις κᾆτα ταύτῃ — τῇ τέχνῃ ἀδικῇ. 519 E, οὐ δοκεῖ σοι ἄλογον εἶναι, ἀγαθὸν φάσκοντα πεποιηκέναι τινὰ μέμφεσθαι τούτῳ, ὅτι ὑφ' ἑαυτοῦ ἀγαθὸς γεγονώς τε καὶ ὢν ἔπειτα πονηρός ἐστι; Prot. 341 E. οὐ δήπου τοῦτό γε λέγων κακὸν ἐσθλὸν ἔμμεναι εἶτα τὸν θεόν φησι μόνον τοῦτ' ἂν ἔχειν κτέ. al. — Jam si posteriora

καὶ ἐκβάλλειν [ἐκ τῶν πόλεων]. ἐκεῖνος μὲν γὰρ ἐπὶ δικαίᾳ χρείᾳ παρέδωκεν, ὁ δ' ἐναντίως χρῆται. τὸν οὖν οὐκ ὀρθῶς χρώμενον μισεῖν δίκαιον καὶ ἐκβάλλειν καὶ ἀποκτιννύναι, ἀλλ' οὐ τὸν διδάξαντα.

XII. ΣΩ. Οἶμαι, ὦ Γοργία, καὶ σὲ ἔμπειρον εἶναι πολλῶν λόγων καὶ καθεωρακέναι ἐν αὐτοῖς τὸ τοιόνδε, ὅτι οὐ ῥᾳδίως δύνανται περὶ ὧν ἂν ἐπιχειρήσωσι διαλέγεσθαι διορισάμενοι πρὸς ἀλλήλους καὶ μαθόντες καὶ διδάξαντες ἑαυτοὺς οὕτω διαλύεσθαι τὰς συνουσίας, ἀλλ' ἐὰν περί του ἀμφισβητήσωσι καὶ μὴ φῇ ὁ ἕτερος D
τὸν ἕτερον ὀρθῶς λέγειν ἢ μὴ σαφῶς, χαλεπαίνουσί τε καὶ κατὰ φθόνον οἴονται τὸν ἑαυτῶν λέγειν φιλονεικοῦντες, ἀλλ' οὐ ζητοῦντες

exempla contuleris cum tribus prioribus, in quibus nullum participium in eadem periodo praecedit, mira quaedam similitudo inter utrumque harum particularum usum et in media oratione et in initio positarum videbitur tibi esse et quod ad formam earum attinet et quod ad significationem. Et quamquam non liquet, quae sententia simplicem quae conjunctam cum καὶ requirat, nemo tamen exemplis his utrisque collatis urgere poterit copulam καί, ubicunque conjuncta cum εἶτα vel ἔπειτα occurrit in his similibus. Sicubi enim haec particula inane orationis onus esse posset, inchoans interrogationem multo magis esset, quam in media oratione. Verum neque haec neque ulla alia vox inane orationis onus esse potest. Etiam pejus grammaticae consulunt qui huc trahunt locos, in quibus εἶτα inter duo participia positum est vel in quibus πρότερον simileve quid in eadem periodo praecedit, conferentes ex. gr. Xen. Anab. 2. 5, 20 cum 1. 2, 25, ubi vulgarem notionem habet particula. Vide Xen. Mem. 1. 1, 5 ἐδόκει δ' ἂν (ἠλίθιος), εἰ προαγορεύων ὡς ὑπὸ θεοῦ φαινόμενα κᾆτα ψευδόμενος ἐφαίνετο. alterum participium ad ἐφαίνετο referendum. Quare hic locus similis est ei qui legitur Anab. 2. 5, 20. Neque meliora nos docere conantur, qui ex. gr. in Arist. Eccl. 529 particulae κᾆτ' proprie post φράσασαν suum locum esse perhibent. Ordinis igitur notione rejecta ex. gr. Phd. 67 D. οὐκοῦν — γελοῖον ἂν εἴη, ἄνδρα παρασκευάζονθ' ἑαυτὸν ἐν τῷ βίῳ ὅτι ἐγγύτατα ὄντα τοῦ τεθνάναι οὕτω ζῆν κᾄπειθ' ἥκοντος αὐτοῦ τούτου ἀγανακτεῖν; hunc in modum interpretamur et vertimus: *Ergone ridiculum esset, virum se parantem ac studentem, dum vivat, quam proximam morti vitam agere, eundem ipsa instante morte perturbari?* Gorg. 456 D sic: *si quis — luctandi artem doctus, quos minime oporteat, patrem pugnis caedat aut matrem.* et quem supra scripsi (457 B) sic: *si vero, puto, rhetoricam artem doctus quis, contra quam deceat, hac potestate atque arte injuste utatur etc.* Nam Latina lingua non habet particulam, quae respondeat Graecae in talibus sententiis adhibitae. Conferri potest cum illis particula πόθεν ubi ejus vis non est *unde* sed ubi manifesto est vehementer negantis. De hac autem videbimus infra ad 471 D.

— D (sic vulgo) φιλονεικοῦντας, ἀλλ' οὐ ζητοῦντας] Haerent in his accusativis, nihil tamen mutare audent. Verum nominativi sint necesse est, quia ne verbum quidem legitur, unde conficias, alteros vel alterum quemdam intelligendum φιλονείκως ἔχοντα, alterum φιλοσόφως, ut ipsius Platonis verbis utar. Universi disputantes significantur. Qui igitur ita disputant, ut, si alter alterum non recte dicere dicat, hoc aegre ferant et putent se per invidiam reprehensos, ii hocf acere et omnino disputare dicuntur a Socrate φιλονεικοῦντες ἀλλ' οὐ ζητοῦντες τὸ προκείμενον ἐν τῷ λόγῳ, ὥσπερ (Phd. 91 A.) οἱ πάνυ ἀπαίδευτοι. Caeterum non est, quod moneam pronomen ἑαυτοὺς in μαθόντες καὶ διδάξαντες ἑαυτούς, quae paulo superius leguntur, ad posterius solum participium pertinere. Similem huic dicendi rationem vide in Legg. 934 E. ὁ δ' ἀμφισβητῶν ἔν τισι λόγοις ἄλλος ἄλλῳ διδασκέτω καὶ μανθανέτω τόν τ' ἀμφισβητοῦντα καὶ τοὺς παρόντας ἀπεχόμενος πάντως τοῦ κακηγορεῖν. Manifesto accusativi τὸν ἀμφισβητοῦντα καὶ τοὺς παρ. pendent a verbo διδασκέτω. Quam ipsam ob caucausam interponi non potest verbum

τὸ προκείμενον ἐν τῷ λόγῳ. καὶ ἔνιοί γε τελευτῶντες αἴσχιστ' ἀπαλλάττονται λοιδορηθέντες τε καὶ εἰπόντες καὶ ἀκούσαντες περὶ σφῶν αὐτῶν τοιαῦτα, οἷα καὶ τοὺς παρόντας ἄχθεσθαι ὑπὲρ σφῶν αὐτῶν,
E ὅτι τοιούτων ἀνθρώπων ἠξίωσαν ἀκροαταὶ γενέσθαι. Τοῦ δὴ ἕνεκα λέγω ταῦτα; ὅτι νῦν ἐμοὶ δοκεῖς σὺ οὐ πάνυ ἀκόλουθα λέγειν οὐδὲ σύμφωνα οἷς τὸ πρῶτον ἔλεγες περὶ τῆς ῥητορικῆς. Φοβοῦμαι οὖν διελέγχειν σε, μή με ὑπολάβῃς οὐ πρὸς τὸ πρᾶγμα φιλονεικοῦντα λέγειν τοῦ καταφανὲς γενέσθαι, ἀλλὰ πρὸς σέ. ἐγὼ οὖν, εἰ μὲν

μανθανέτω. Corrige igitur haec transponendo sic: *μανθανέτω καὶ διδασκέτω τόν τ' ἀμφ. κτέ.*

Ibid. — *λοιδορηθέντες — περὶ σφῶν αὐτῶν*] In Legg. 934 et 935 ommis *λοιδορία* sive *κακηγορία*, omne *κακηγορεῖν* sive *κακῶς ἀλλήλους λέγειν* improbatur legisque specimen datur, quae vetet omnem maledictionem, quod est hujusmodi: (sunt) *οἱ δὴ σμικρᾶς ἔχθρας γενομένης πολλὴν φωνὴν ἱέντες κακῶς ἀλλήλους βλασφημοῦντες λέγουσιν, οὐ πρέπον ἐν εὐνόμων πόλει γίγνεσθαι τοιοῦτον οὐδὲν οὐδαμῇ οὐδαμῶς. εἷς δὴ περὶ κακηγορίας ἔστω νόμος περὶ παντὸς ὅδε. Μηδένα κακηγορείτω μηδείς.* Primum autem haec ipsa corrigemus deinde locum supra scriptum. Quis igitur ferat participium *βλασφημοῦντες*, quo *κακῶς λέγειν* disjungitur? Vel positio ejus prodit interpolatoris manum, ne dicam de ipsius verbi *βλασφημεῖν* notione, quae omnino aliena est ab hoc loco. Est enim diciturque *βλασφημία* maledictio quaedam in ritibus sacris, cui opponitur *εὐφημία*. De his agitur in Legg. 800, quem locum conferat, quid sit *βλασφημεῖν* et *εὐφημεῖν* qui scire velit. Ex hoc enim Platonis opere omnium optime talium verborum usus et vis cognosci possunt. Legis enim specimen de quadam re propositurus auctor vulgo accuratam ejus rei descriptionem praemittit. Nunc audias, cur pro interpretamento habendum sit participium *λοιδορηθέντες* in loco supra scripto. In Legg. 934 *λοιδορία* = *κακηγορία*; ita ut aut illud aut hoc, non vero utrumque simul usurpetur. Neque igitur *λοιδορηθέντες τε καὶ* in Gorgia ferri possunt. Quare quivis lubenter mecum optemperabit nostrati *τῷ ἀκροτάτῳ εἰς ταῦτα*, qui olim mihi hanc emendationem communicavit. Accedat Theaet. 174 C, ubi *ἐν λοιδορίαις* non posse aliquem *λοιδορεῖν* dicitur is, qui *οὐδὲν κακὸν* alicujus sciat neque igitur dicere possit. Denique vix monendum, *αἴσχιστα* pertinere ad *ἀπαλλάττονται*, quod est ante *λοιδορηθέντες*. — Interpretes afferunt exempla verbi *ἄχθεσθαι* constructi cum *τι* similive huic quadam vocula, ut accusativum hoc verbum regere demonstrent. Nugantur, nam est *τό τι* in illis exemplis contraria vi *τοῦ οὐδὲν* adverbialiter positi, quod utrumque saepe comitatur ex. gr. verba *χαίρειν*, *δεῖσθαι*, quae tamen minime accusativum regere nemo ignorat. Laudant etiam Arist. Lijs. I0 — *πόλλ' ὑπὲρ ἡμῶν τῶν γυναικῶν ἄχθομαι.* Sed hic uti etiam in dictione *πόλλ' εἰπεῖν χαίρειν τινι.* illud *πολλὰ* est quasi superlativus *τοῦ τι* significatque *valde*, *vehementer*. Nam usus et vis *τοῦ ὑπὲρ* cuique nota. Et vox *οἷα* flagitat infinitivum, cui accusativus subjecti adjungitur. Itaque verba *εἰπόντες καὶ ἀκούσαντες — ἀκροαταὶ γενέσθαι* sic vertimus: *talibus dictis in se invicem conjectis, ut etiam praesentes sui ipsos pigeat, quod talibus hominibus auditores voluerint adesse.* Habeo quidem suspecta verba *περὶ σφῶν αὐτῶν* imprimis ob mox sequentia *ὑπὲρ σφῶν αὐτῶν*, sed certo expedire me haec non posse fateor.

— E *τοῦ καταφανὲς γενέσθαι*] Conferenti 453 C — *σε ἐρήσομαι — οὐ σοῦ ἕνεκα, ἀλλὰ τοῦ λόγου ἕνεκα — περὶ ὅτου λέγεται.* supra scripta placere non possunt. Nos saltem verba *τοῦ καταφανὲς γενέσθαι* scribis diberi centendimus adhuc ἔναυλα habentibus superiora, cum haec iis similia scriberent. Ad genitivum autem cum *ἕνεκα* illic recte se habentem non attenderunt. Periodi ratio in E non genitivum articuli *τοῦ* postulat, sed conjunctionem *ὅπως*. Interpretes laudant Xen. Cyr. 1. 3, 9. Verum quae hic leguntur *τοῦ δὴ — αὐτοῖς* manifesto sunt interpolata, et in Gorg. 509 D. — *ἐὰν δύναμιν παρασκευάσηται τοῦ μὴ ἀδικεῖσθαι* prorsus alia est constructionis ratio. Constructioni enim vocis *δύναμις* sequente infinitivo

καὶ σὺ εἶ τῶν ἀνθρώπων ὧνπερ κἀγώ, ἡδέως ἄν σε διερωτῴην· εἰ 458
δὲ μή, ἐῴην ἄν. ἐγὼ δὲ τίνων εἰμί; τῶν ἡδέως μὲν ἂν ἐλεγχθέντων, εἴ τι μὴ ἀληθὲς λέγοιμι, ἡδέως δ' ἂν ἐλεγξάντων, εἴ τίς τι μὴ ἀληθὲς λέγοι, οὐκ ἀηδέστερον μεντἂν ἐλεγχθέντων ἢ ἐλεγξάντων· μεῖζον γὰρ αὐτὸ ἀγαθὸν ἡγοῦμαι, ὅσωπερ μεῖζον ἀγαθόν ἐστιν αὐτὸν ἀπαλλαγῆναι κακοῦ τοῦ μεγίστου ἢ ἄλλον ἀπαλλάξαι. οὐδὲν γὰρ οἶμαι τοσοῦτον κακὸν εἶναι ἀνθρώπῳ, ὅσον δόξα ψευδὴς περὶ ὧν B
τυγχάνει νῦν ἡμῖν ὁ λόγος ὤν. εἰ μὲν οὖν καὶ σὺ φῂς τοιοῦτος εἶναι, διαλεγώμεθα· εἰ δὲ καὶ δοκεῖ χρῆναι ἐᾶν, ἐῶμεν ἤδη χαίρειν καὶ διαλύωμεν τὸν λόγον. — ΓΟΡ. Ἀλλὰ φημὶ μὲν ἔγωγε, ὦ Σώκρατες, καὶ αὐτὸς τοιοῦτος εἶναι, οἷον σὺ ὑφηγεῖ· ἴσως μέντοι χρῆν ἐννοεῖν καὶ τὸ τῶν παρόντων. πάλαι γάρ τοι, πρὶν καὶ ὑμᾶς ἐλθεῖν, ἐγὼ τοῖς παροῦσι πόλλ' ἐπεδειξάμην, καὶ νῦν

cum genitivo articuli τοῦ similis est ex. gr. ἐξουσίαν τοῦ λέγειν, τοῦ ἀδικεῖν, quamquam ἐξουσία etiam ita ponitur, ut cum infinitivo sine articulo construatur. Ex. gr. Xen. Cijr. 3. 3, 27 καὶ ἅμ' αὐτοῖς δοκεῖ τὸ ἐν ἐχυρῷ εἶναι ἐξουσίαν παρέχειν, ὅταν βούλωνται, μάχεσθαι. Vide fere eandem dictionem in Crit 51 D προαγορεύομεν τῷ ἐξουσίαν πεποιηκέναι Ἀθηναίων τῷ βουλομένῳ —, ἐξεῖναι λαβόντα τὰ αὑτοῦ ἀπιέναι ὅποι ἂν βούληται. Infinitivus ἐξεῖναι simul cum ἐξουσίαν πεποιηκέναι ferri non potest. Praeterea requiritur ἐξιέναι. Additum igitur ἀπιέναι postquam ἐξιέναι mutatum fuit in ἐξεῖναι. Quare deleto ἀπιέναι fac ἐξιέναι ex ἐξεῖναι et refer infinitivum ἐξιέναι ad προαγορεύομεν. Haec ἐν παρόδῳ. — Locus igitur, unde verba supra scripta depromta sunt, hunc sensum habet: *vereor enim te redarguere, ne existimes me non rei causa cum contentione verba facere, sed tua causa.* Si nempe induxerimus illa τοῦ καταφανὴς γενέσθαι, utpote quibus sensus non indiget et ordo periodi rumpitur, praeterquam quod hic genitivus nullis bonis exemplis defendi potest. Constructionem verbi φιλονεικεῖν cum πρός τι, vide 505 E, Rep. 338 A, ad quem locum sine dubio corrigendum Prot. 360 E ante τὸ ἐμὲ addendo πρὸς, recte jam a nonnullis desideratum: porro vide Phil. 50 B et ibid. 14 B Τὴν τοίνυν διαφορότητα, ὦ Πρώταρχε, τοῦ ἀγαθοῦ τοῦ τ' ἐμοῦ καὶ τοῦ σοῦ μὴ ἀποκρυπτόμενοι, κατατιθέντες δ' εἰς τὸ μέσον τολμῶμεν, ἄν πῃ ἐλεγχόμεναι μηνύσωσι, πότερον ἡδονὴν τἀγαθὸν δεῖ λέγειν ἢ φρόνησιν ἤ τι τρίτον ἄλλο εἶναι. νῦν γὰρ οὐ δήπου πρός γ' αὐτὸ τοῦτο φιλονεικοῦμεν, ὅπως ἁγὼ τίθεμαι, ταῦτ' ἔσται τὰ νικῶντα, ἢ ταῦθ' ἃ σὺ κτέ. Est hic τολμῶμεν quod in Gorg. 453 C est ποῦ: quot interpretes, tot conjecturae. Anglorum τῶν νῦν optime de Platone meritus sententiam loci omnium optime perspexit. Legit τῷ λόγῳ ὁρῶμεν pro τολμῶμεν, et ἐλεγχόμεναι refert ad αἱ διαφορότητες. Nam haec loci sententia: *differentiam igitur, o Protarche, quae est in meo bono et quae est in tuo, non abscondamus, sed eas in medium proferentes ac ponentes de iis consideremus, si forte (qua ratione) a nobis examinatae ostendant, utrum voluptatem an sapientiam an tertium quiddam* τἀγαθὸν *esse dicere oporteat.* Scripseris modo σκοπῶμεν pro τολμῶμεν. Vide Crat. 384. C. ἀλλ', ὃ νῦν δὴ ἔλεγον, εἰδέναι μὲν τὰ τοιαῦτα χαλεπόν, εἰς τὸ κοινὸν δὲ καταθέντας (τὰ τοιαῦτα) χρὴ σκοπεῖν, εἴθ' ὡς σὺ λέγεις ἔχει, εἴθ' ὡς Κρατύλος. Constructio autem verbi σκοπεῖν cum ἐὰν sive ἂν est in Gorg. 452 C Soph. 226 C al. — Caeterum, ut ad Gorgiam redeamus, φιλονεικεῖν πρὸς dicunt, sicuti etiam φιλόνεικον εἶναι πρὸς secundum Prot. 336 E et Xen. Mem. 2. 6, 5. (τοῦτον φίλον ποιεῖσθαι ἐπιχειρήσομεν, ὃς ἂν τυγχάνει ὢν) φιλόνεικος πρὸς τὸ μὴ ἐλλείπεσθαι εὖ ποιῶν τοὺς εὐεργετοῦντας αὐτόν. Verum ubi legitur ἐλλείπεσθαι cum participio in huic simili sententia? In talibus usurpant activo sensu περιγίγνεσθαι, νικᾶν, passivo ἡττᾶσθαι, λείπεσθαι al. cum participio. Quare scribe λείπεσθαι. Vide Xen. Oecon. 18, 5 Ταῦτα μὲν τοίνυν οὐδὲν ἐμοῦ λείπει γιγνώσκων. Mem. 3. 5, 2, Anab. 2. 6, 17, Cyrop. 1. 5, 11 al. — De verbo ὑφηγεῖσθαι in 458 B vide ad 448 E.

ἴσως πόῤῥω ἀποτενοῦμεν, ἢν διαλεγώμεθα. σκοπεῖν οὖν χρὴ καὶ
C τὸ τούτων, μή τινας αὐτῶν κατέχωμεν βουλομένους τι καὶ ἄλλο
πράττειν.

XIII. ΧΑΙ. Τοῦ μὲν θορύβου, ὦ Γοργία τε καὶ Σώκρατες, αὐτοὶ ἀκούετε τούτων τῶν ἀνδρῶν βουλομένων ἀκούειν, ἐάν τι λέγητε· ἐμοὶ δ' οὖν καὶ αὐτῷ μὴ γένοιτο τοσαύτη ἀσχολία, ὥστε τοιούτων λόγων καὶ οὕτω λεγομένων ἀφεμένῳ προὐργιαίτερόν τι γενέσθαι ἄλλο πράτ-
D τειν. — ΚΑΛ. Νὴ τοὺς θεοὺς, ὦ Χαιρεφῶν· καὶ μὲν δὴ καὶ αὐτὸς πολλοῖς ἤδη λόγοις παραγενόμενος οὐκ οἶδ' εἰ πώποθ' ἥσθην οὕτως, ὥσπερ νυνὶ, ὥστ' ἔμοιγε, κἂν τὴν ἡμέραν ὅλην ἐθέλητε διαλέγεσθαι, χαριεῖσθε. — ΣΩ. Ἀλλὰ μὴν, ὦ Καλλίκλεις, τό γ' ἐμὸν οὐδὲν κωλύει, εἴπερ ἐθέλει Γοργίας. — ΓΟΡ. Αἰσχρὸν δὴ τὸ λοιπὸν, ὦ Σώκρατες, γίγνεται ἐμέ γε μὴ ἐθέλειν, καὶ ταῦτ' αὐτὸν ἐπαγγει-
E λάμενον ἐρωτᾶν ὅ τί τις βούλεται. ἀλλ' εἰ δοκεῖ τουτοισὶ, διαλέγου τε καὶ ἐρώτα ὅ τι βούλει. — ΣΩ. Ἄκουε δὴ, ὦ Γοργία, ἃ θαυμάζω ἐν τοῖς λεγομένοις ὑπὸ σοῦ· ἴσως γάρ τοι σοῦ ὀρθῶς λέγοντος ἐγὼ οὐκ ὀρθῶς ὑπολαμβάνω. ῥητορικὸν φῂς ποιεῖν οἷός τ' εἶναι, ἐάν τις βούληται παρὰ σοῦ μανθάνειν; — ΓΟΡ. Ναί. — ΣΩ. Οὐκοῦν περὶ πάντων ὥστ' ἐν ὄχλῳ πιθανὸν εἶναι, οὐ διδάσκοντα, ἀλλὰ

458 D ἐπαγγειλάμενον ἐρωτᾶν ὅ τι τις βούλεται] Nemo in his haesit, quamquam postrema inde ab ἐρωτᾶν prorsus inepta sunt. Significat enim ἐπαγγέλλομαι ἐρωτᾶν ὅ τι τις βούλεται: *profiteor me talem, qui interrogem quodcunque quis velit.* uti idem verbum cum στρατηγεῖν διδάσκειν (Xen. Mem. 3. 1, 1): *profiteor me talem, qui doceam imperatoris munus.* cum ἀποκρίνεσθαι ὅ τι ἄν τίς με ἐρωτᾷ (Gorg. 447 D): *profiteor me talem, qui respondeam ad quodcunque quis me roget.* Scribae igitur adscripserunt contrarium cujus voluerunt significare. Nam passivo sensu ut accipi posset ἐρωτᾶν, hujusmodi constructio requireretur ἐπαγγέλλομαι τινι — ἐρωτᾶν ἐμέ. Sed hujus constructionis nullum vestigium superest in codicibns. Neque hujusmodi est quod Gorgias profitebatur. Chaerephon in 447 D quaerit ex Gorgia: an verum est quod Callicles dicit, ὅτι ἐπαγγέλλει ἀποκρίνεσθαι ὅ τι ἄν τίς σε ἐρωτᾷ; aliis verbis in 447 C et 462 A: ὅτι κελεύεις σαυτὸν ἐρωτᾶν ὅ τι ἄν τις βούληται, ὡς ἐπιστάμενος ἀποκρίνεσθαι. Praeterea igitur, si illa corrigeremus ex. gr. hoc modo: καὶ ταῦτ' αὐτὸν ἐπαγγειλάμενον τῷ βουλομένῳ ἐρωτᾶν ἐμέ. subjungenda tamen iis essent ὡς ἐπιστάμενον ἀποκρίνεσθαι similiave quaedam, quorum neque minimum vestigium servarunt codices. Jam, ne te diutius morer, loci dicam sortem. Scribae crassa Minerva explerunt locum perverse et partim quaedam ex superioribus adscribendo, quibus omissis nulla est obscuritas. Hoc agunt Chaerephon et Callicles, ut Gorgiae persuadeant ne rumpat sermonem. Quod quo magis impetrent ab eo, blande eum simul et Socratem rogant ut διαλέγεσθαι pergant. Excipit Socrates eos his verbis: Ἀλλὰ μὴν — τό γ' ἐμὸν οὐδὲν κωλύει (supple διαλέγεσθαι), εἴπερ ἐθέλει (s. διαλέγεσθαι) Γοργίας. et hunc Gorgias his: Αἰσχρὸν δὴ τὸ λοιπὸν, ὦ Σ., γίγνεται ἐμέ γε μὴ ἐθέλειν (s. διαλέγεσθαι), καὶ ταῦτ' αὐτὸν ἐπαγγειλάμενον (s. διαλέγεσθαι, non vero ἐρωτᾶν ὅ τι τις βούλεται). Ellipseos igitur ratio requirit quater deinceps mente repetitum verbum διαλέγεσθαι. Atque hoc uno utrumque continetur et ἀποκρίνεσθαι et ἐρωτᾶν. Vide 449 B ἐπαγγέλλομαί γε δὴ ταῦτα (s. ῥήτωρ εἶναι et δυνατὸς εἶναι ἄλλους ῥήτορας ποιεῖν), et ubi plena ellipsis Men. 95 B. — οἵπερ μόνοι ἐπαγγέλλονται (s. διδάσκαλοι εἶναι ἀρετῆς).

πείθοντα; — ΓΟΡ. Πάνυ μὲν οὖν. — ΣΩ. Ἔλεγές τοι νῦν δή, 459
ὅτι καὶ περὶ τοῦ ὑγιεινοῦ τοῦ ἰατροῦ πιθανώτερος ἔσται ὁ ῥήτωρ. — ΓΟΡ. Καὶ γὰρ ἔλεγον, ἔν γ' ὄχλῳ. — ΣΩ. Οὐκοῦν τὸ ἐν ὄχλῳ τοῦτ' ἔστιν ἐν τοῖς μὴ εἰδόσιν; οὐ γὰρ δήπου ἔν γε τοῖς εἰδόσι τοῦ ἰατροῦ πιθανώτερος ἔσται. — ΓΟΡ. Ἀληθῆ λέγεις. — ΣΩ. Οὐκοῦν εἴπερ τοῦ ἰατροῦ πιθανώτερος ἔσται, τοῦ εἰδότος πιθανώτερος γίγνεται; — ΓΟΡ. Πάνυ γε. — ΣΩ. Οὐκ ἰατρός γ' ὤν· ἢ γάρ; — ΓΟΡ. Ναί. — ΣΩ. Ὁ δὲ μὴ ἰατρός γε δήπου ἀνεπιστήμων ὧν ὁ B
ἰατρὸς ἐπιστήμων. — ΓΟΡ. Δῆλον ὅτι. — ΣΩ. Ὁ οὐκ εἰδὼς ἄρα τοῦ εἰδότος ἐν οὐκ εἰδόσι πιθανώτερος ἔσται, ὅταν ὁ ῥήτωρ τοῦ ἰατροῦ πιθανώτερος ᾖ. τοῦτο συμβαίνει, ἢ ἄλλο τι; — ΓΟΡ. Τοῦτ' ἐνταῦθά γε συμβαίνει. — ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ περὶ τὰς ἄλλας ἁπάσας τέχνας ὡσαύτως ἔχει ὁ ῥήτωρ καὶ ἡ ῥητορική· αὐτὰ μὲν τὰ πράγματα οὐδὲν δεῖ αὐτὴν εἰδέναι ὅπως ἔχει, μηχανὴν δέ τινα πειθοῦς εὑρη- C
κέναι, ὥστε φαίνεσθαι τοῖς οὐκ εἰδόσι μᾶλλον εἰδέναι τῶν εἰδότων.

XIV. ΓΟΡ. Οὐκοῦν πολλὴ ῥᾳστώνη, ὦ Σώκρατες, γίγνεται μὴ μαθόντα τὰς ἄλλας τέχνας, ἀλλὰ μίαν ταύτην, μηδὲν ἐλαττοῦσθαι τῶν (ἄλλων) ⌜δημιουργῶν⌝; — ΣΩ. Εἰ μὲν ἐλαττοῦται ἢ μὴ

459 A Ἔλεγες — καὶ περὶ τοῦ ὑγιεινοῦ — πιθανώτερος] At nusquam legimus in superioribus Gorgiam hujusmodi quid dixisse. Dixerat imprudens, rhetorem (456 C, 457 B al.) nec non quemvis rhetoricam doctum (458 E) de omni re disputantem omnes homines arte persuadendi antecellere. Dixerat etiam se adeo arte persuadendi pollere, ut aegrotanti, nolenti bibere medicamentum, quum medici non possent ei persuadere, ut biberet, ipse persuaserit (456 B): nusquam autem diserte rhetorem περὶ τοῦ ὑγιεινοῦ disputantem medicis persuadendo praestare, neque quemquam rhetoricam doctum. Callide igitur nunc Socrates quaerens repetit ipsius Gorgiae verba rhetoricum περὶ πάντων πιθανὸν εἶναι, quod cum negare non posset Gorgias, Socrates deinde non sine quadam fraude illud περὶ τοῦ ὑγιεινοῦ quaestioni inserit, quo eum tamquam laqueo tandem plane irretitum teneat. Gorgias enim iterum imprudens non negat respondens: Καὶ γὰρ ἔλεγον κτέ. — Accedat his aliquid lucis ex Charm. 165 C ἰατρικὴ ἐπιστήμη ἐστὶ τοῦ ὑγιεινοῦ et ex 170 B, ubi τὸ ὑγιεινὸν generaliter significat rem, circa quam ars medica versatur, uti circa τὸ οἰκοδομικὸν ars οἰκοδομικὴ et circa τὸ ἁρμονικὸν ἡ μουσική. Significat igitur περὶ τοῦ ὑγιεινοῦ fere *de iis, quorum* medicus peritus. Hinc etiam in 459 D ἆρα τυγχάνει περὶ τὸ δίκαιον — οὕτως ἔχων ὁ ῥητορικός, ὡς περὶ τὸ ὑγιεινὸν καὶ περὶ τἆλλα ὧν αἱ ἄλλαι τέχναι. quid sibi velit illud τὸ ὑγιεινὸν luce clarius apparet. Ex Rep. 438 E tamen conficimus ἰατρικὴν accuratius dici scientiam περὶ τῶν ὑγιεινῶν καὶ νοσωδῶν. Alibi autem ex. gr. in Sij 188 C, Pol. 295 E dicitur etiam τὸ ἰατρικὸν id, circa quod versatur ἡ ἰατρική: sed de his agendum erit ad 465 D.

— C Οὐκοῦν — ῥᾳστώνη — τῶν δημιουργῶν;] Codices nonnulli omittunt δημιουργῶν hujusque vocis loco ἄλλων habent. In B ad verba ὥστε φαίνεσθαι τοῖς οὐκ εἰδόσι μᾶλλον εἰδέναι τῶν εἰδότων nemo haesitare potest, utrum intelligendum sit ἡ ῥητορικὴ an ὁ ῥήτωρ, quamquam secundum verba per se ex proxime antecedentibus αὐτὰ μὲν τὰ πράγματα οὐδὲν δεῖ αὐτὴν εἰδέναι. vox αὐτὴν subjectum τοῦ φαίνεσθαι praebet hoc ἡ ῥητορική. Saepius Plato de artibus-loquens ipsos artifices significat. Luculentum exemplum vide 512 D — καταγέλαστός σοι ὁ ψόγος γίγνεται καὶ μηχανοποιοῦ καὶ ἰατροῦ καὶ τῶν ἄλλων τεχνῶν, ὅσαι τοῦ σώζειν ἕνεκα πεποίηνται. Librarii autem hoc non tenentes adscripsere vocem δημιουργῶν, quae deinde

ἐλαττοῦται ὁ ῥήτωρ τῶν ἄλλων διὰ τὸ οὕτως ἔχειν, αὐτίκ' ἐπισκεψόμεθα, ἐάν τι ἡμῖν πρὸς λόγου ᾖ. νῦν δὲ τόδε πρότερον σκεψώ-
D μεθα, ἆρα τυγχάνει περὶ τὸ δίκαιον καὶ τὸ ἄδικον, καὶ τὸ αἰσχρὸν καὶ τὸ καλὸν, καὶ ἀγαθὸν καὶ κακὸν οὕτως ἔχων ὁ ῥητορικὸς, ὡς περὶ τὸ ὑγιεινὸν καὶ περὶ τἄλλα ὧν αἱ ἄλλαι τέχναι, αὐτὰ μὲν οὐκ εἰδὼς, τί ἀγαθὸν ἢ τί κακόν ἐστιν, ἢ τί καλὸν ἢ τί αἰσχρὸν, ἢ δίκαιον ἢ ἄδικον, πειθὼ δὲ περὶ αὐτῶν μεμηχανημένος, ὥστε δοκεῖν εἰδέναι οὐκ εἰδὼς ἐν οὐκ εἰδόσι μᾶλλον τοῦ εἰδότος; ἢ ἀνάγκη
E εἰδέναι, καὶ δεῖ προεπιστάμενον ταῦτ' ἀφικέσθαι παρὰ σὲ τὸν μέλλοντα μαθήσεσθαι τὴν ῥητορικήν; εἰ δὲ μὴ, σὺ, ὁ τῆς ῥητορικῆς διδάσκαλος τούτων μὲν οὐδὲν διδάξεις τὸν ἀφικνούμενον· οὐ γὰρ σὸν ἔργον· ποιήσεις δ' ἐν τοῖς πολλοῖς δοκεῖν εἰδέναι αὐτὸν τὰ τοιαῦτα οὐκ εἰδότα καὶ δοκεῖν ἀγαθὸν εἶναι οὐκ ὄντα; ἢ τὸ παράπαν οὐχ οἷός τ' ἔσει διδάξαι αὐτὸν τὴν ῥητορικὴν, ἐὰν μὴ προειδῇ περὶ τού-
460 των τὴν ἀλήθειαν; ἢ πῶς τὰ τοιαῦτ' ἔχει, ὦ Γοργία; καὶ πρὸς Διὸς, ὥσπερ ἄρτι εἶπες, ἀποκαλύψας τῆς ῥητορικῆς εἰπὲ τίς ποθ'

irrepsit in locum vocis ἄλλων. Recentiores quomodo non desideraverint vocem ἄλλων quam maxime miror, cum Socrates in proximo responso: εἰ μὲν ἐλαττοῦται ἢ μὴ ἐλαττοῦται ὁ ῥήτωρ τῶν ἄλλων — αὐτίκ' ἐπισκεψόμεθα manifesto eadem Gorgiae verba repetat. Scribendum igitur μηδὲν ἐλαττοῦσθαι τῶν ἄλλων (i. e. τεχνῶν, sed intellige τεχνιτῶν sive δημιουργῶν). Eadcm ratione intellige quod dicitur in 459 B ars rhetorica εἰδέναι et in 460 E λόγους ποιεῖσθαι. — Vis vocis ῥᾳστώνη optime cognoscitur ex ea, cui vulgo opponitur, hac χαλεπότης. Tum vide Defin. 413 A ῥᾳθυμία ῥᾳστώνη ψυχῆς. Imprimis de iis dicuntur ῥᾳστώνη et ῥᾳστωνεύειν, qui tarde et segniter aliquid agunt, βλακεύοντες et μὴ ἀνδριζόμενοι. Vide Xen. Anab. 5. 8, 15 et 16.

Ibid. ἐάν τι ἡμῖν πρὸς λόγου ᾖ] i. e. *si disputationis argumentum ita tulerit.* Sed in tali sensu ubique est πρὸς cum accusativo λόγον. Phil. 33 C τοῦτο — εἰσαῦθις ἐπισκεψόμεθα, ἐὰν πρὸς λόγον τι ᾖ. Prot. 351 E ἐὰν μὲν πρὸς λόγον δοκῇ εἶναι — συγχωρησόμεθα. Hujusmodi locos interpretes congerunt et, praeter hos, tales: Phil. 42 E οὐδὲν πρὸς λόγον — τὸ ἐρώτημα. Prot. 344 A οὕτω φαίνεται πρὸς λόγον τὸ μὲν ἐμβεβλημένον. non tamen corrigunt in iis conjunctivum cum αὐτίκα et εἰσαῦθις, neque genitivum cum πρός.

— E — δοκεῖν ἀγαθὸν εἶναι οὐκ ὄντα] Haec verba inserendo Socrates novas Gorgiae insidias parat, usurus deinde argumentatione in 460, qua omnia, quae de artis suae vi aperuerat Gorgias, penitus evertit ut falsa et sibi repugnantia. Nam nusquam perhibuerat Gorgias rhetoricum ipsum justum esse, sed paulo imprudentior artem sive scientiam justi esse rhetoricam concesserat. Tantum dicendi vis, qua praestat rhetorica, imprimis in tractandis quaestionibus de justo et injusto cernitur secundum ejus sententiam. Noli nunc putare me rhetorum vanam illam artis ostentationem extollere: hoc enim tantum velim mihi concedas, Socratem nimis urgere saepius quae Plato facit eos satis inconsiderate ac temere dicentes, eumque ipsum interdum summo artificio rhetorico utentem torquere totam disputationem ad syllogisticam quamdam argumentationem, quae verbotenus quidem veram habet conclusionem, sed per se saepe falsa est et callide atque ingeniose inventa et inserta ab ipso adversarii verborum explicatione nititur. Quae quamquam ita sint, negari tamen non potest, Socratis praecepta, quae his argumentationibus utens tradit et confirmat, praestantissima esse. Neque certe alia ratione rhetores convincere potuit. Istiusmodi argumentationem in proxima annotatione enucleabimus et corrigere conabimur.

ἡ δύναμίς ἐστιν. — ΓΟΡ. *Ἀλλ' ἐγὼ μέν, ὦ Σώκρατες, οἶμαι,*
ἐὰν τύχῃ μὴ εἰδώς, καὶ ταῦτα παρ' ἐμοῦ μαθήσεται. — ΣΩ.
Ἔχε δή· καλῶς γὰρ λέγεις. ἐάνπερ ῥητορικὸν σύ τινα ποιήσῃς,
ἀνάγκη αὐτὸν εἰδέναι τὰ δίκαια καὶ τὰ ἄδικα ἤτοι πρότερόν γ' ἢ
ὕστερον μαθόντα παρὰ σοῦ. — ΓΟΡ. Πάνυ *γε.* — ΣΩ. Τί *οὖν;*
ὁ τὰ τεκτονικὰ μεμαθηκὼς τεκτονικός, ἢ οὔ; — ΓΟΡ. Ναί. —
ΣΩ. Οὐκοῦν *καὶ ὁ τὰ μουσικὰ μουσικός;* — ΓΟΡ. Ναί. — ΣΩ. B
Καὶ *ὁ τὰ ἰατρικὰ ἰατρικός; καὶ τἆλλ' οὕτω κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον·*
ὁ μεμαθηκὼς ἕκαστα τοιοῦτός ἐστιν, οἷον ἡ ἐπιστήμη ἕκαστον ἀπεργάζεται; — ΓΟΡ. Πάνυ *γε.* — ΣΩ. Οὐκοῦν *κατὰ τοῦτον τὸν*
λόγον καὶ ὁ τὰ δίκαια μεμαθηκὼς δίκαιος; — ΓΟΡ. Πάντως *δήπου.* —
ΣΩ. Ὁ *δὲ δίκαιος δίκαιά που πράττει.* — ΓΟΡ. Ναί. — ΣΩ.
Οὐκοῦν *ἀνάγκη τὸν ῥητορικὸν δίκαιον εἶναι, τὸν δὲ δίκαιον βούλεσθαι* C
δίκαια πράττειν; — ΓΟΡ. Φαίνεταί *γε.* ΣΩ. Οὐδέποτ' *ἄρα βουλήσεται*

460 C *οὐκοῦν ἀνάγκη — βούλεσθαι δίκαια πράττειν;*] Gorgias incaute confessus erat (450 et 457), fieri posse, ut quis *ῥητορικὸς γενόμενος* non recte utatur rhetorica et injuriam faciat. Deinde concedere coactus erat a Socrate, rhetores de *δικαίου* et *ἀδίκου* orationes habentes cognoscant *τὰ δίκαια* et *τὰ ἄδικα* necesse esse (459 D — 460). Quae quum concessisset, Socrates aggreditur eum syllogisticae argumentationis laqueis irretire. Ut igitur Gorgiae appareret, quam ineptum sit rhetoricam dicere artem, quam exercens *semper* loquatur de *δικαιοσύνης*, simul autem eum, qui hanc artem exerceat, *ἀδίκως* ea uti posse et interdum *ἀδικεῖν*, Socrates hanc adhibebat argumentationem. Novit vel didicit certe rhetoricus secundum superius concessa *τὰ δίκαια* (460 A). Qui autem didicit *τὰ δίκαια* est *δίκαιος*, uti qui *τὰ ἰατρικὰ* est *ἰατρικός* (460 B). Concedit Gorgias. Qui autem *δίκαιος* est facit *δίκαια*. Respondet Gorgias Ναί. Haec optime procedunt, sed quae deinde in 460 C leguntur nemo intelligere potest. Illa *τὸν ῥητορικὸν δίκαιον εἶναι* et proxime sequens *δὲ* sine dubio delenda sunt, quia abundant in media argumentatione. Illud *ῥητορικὸς* = *δίκαιος*. saltem bis ferri nullo prorsus pacto potest. Tum deest argumentationi *ἀνάγκη*, qua *οὐδέποτε βουλήσεσθαι ἀδικεῖν* eum, qui sit *δίκαιος* concedere cogimur. Nam hoc concesso: eum (qui sit *δίκαιος*) *βούλεσθαι δίκαια πράττειν.* solum hoc: eum *οὐ βούλεσθαι ἀδικεῖν* cogimur concedere, nondum vero, *οὐδέποτε βουλήσεσθαι.* Quae igitur vox habet *ἀνάγκην* hoc cogentem: *οὐδέποτε βουλήσεσθαι ἀδικεῖν τὸν δίκαιον?* Quis *οὐδέποτε βουλήσεται ἀδικεῖν?* Solus profecto qui *ἀεὶ βούλεται δίκαια πράττειν.* Ergo hanc Socraticam argumentationem redde Platoni: *ὁ τὰ δίκαια μεμαθηκὼς δίκαιος.* — *πάντως δήπου.* — *ὁ δὲ δίκαιος δίκαιά που πράττει.* — *ναί.* — *οὐκοῦν ἀνάγκη τὸν δίκαιον ἀεὶ βούλεσθαι δίκαια πράττειν.* — *φαίνεταί γε.* — *οὐδέποτ' ἄρα βουλήσεται ὅ γε δίκαιος ἀδικεῖν.* — *ἀνάγκη.* — *τὸν δὲ ῥητορικὸν ἀνάγκη ἐκ τοῦ λόγου δίκαιον εἶναι* (nam *μεμαθηκὼς τὰ δίκαια* novit ea estque *δίκαιος* (A. B). — *ναί.* — *οὐδέποτ' ἄρα βουλήσεται ὁ ῥητορικὸς ἀδικεῖν.* Posset haec argumentatio brevissime sic quasi in conspectu poni: concesso a Gorgia hoc: *ὁ ῥητορικὸς* est *μεμαθηκὼς τὰ δίκαια*, necessario concluditur ex his,

A *ὁ τὰ δίκαια μεμαθηκὼς* = B *δίκαιος* i. e. *πράττων δίκαια*
B *ὁ δίκαιος* etc. = C *ἀεὶ βούλεται πρ. δίκ.*
C *ὁ ἀεὶ βουλόμενος πρ. δίκ.* = D *οὐδέποτε βουλήσεται ἀδικεῖν*
Ergo *ὁ ῥητορικὸς* = A *ὁ μεμαθηκὼς τὰ δικ.* = D *οὐδέποτε βουλήσεται ἀδικεῖν.*

Quam conclusionem Gorgias approbare coactus simul concedat necesse est, *τὸν ῥητορικὸν ἀδύνατον εἶναι ἀδίκως χρῆσθαι τῇ ῥητορικῇ καὶ ἐθέλειν ἀδικεῖν* 461 A, quod dixerat *δυνατὸν εἶναι*, simul ita *τὴν ῥητορικὴν* interpretatus, ut *περὶ λόγους εἴη* (*οὐ τοὺς ἄλλου τινὸς* sed)

ὅ γε δίκαιος ἀδικεῖν. — ΓΟΡ. Ἀνάγκη. — ΣΩ. Τὸν δὲ ῥητορικὸν
ἀνάγκη ἐκ τοῦ λόγου δίκαιον εἶναι. — ΓΟΡ. Ναί — ΣΩ. Οὐδέποτ'
ἄρα βουλήσεται ὁ ῥητορικὸς ἀδικεῖν. — ΓΟΡ. Οὐ φαίνεταί γε.
D XV. ΣΩ. Μέμνησαι οὖν λέγων ὀλίγῳ πρότερον, ὅτι οὐ δεῖ τοῖς
παιδοτρίβαις ἐγκαλεῖν οὐδ' ἐκβάλλειν ἐκ τῶν πόλεων, ἐὰν ὁ πύκτης
τῇ πυκτικῇ (μὴ καλῶς) χρῆται ⌈τε⌉ καὶ ἀδικῇ; ὡσαύτως δ' οὕτω
κἂν ὁ ῥήτωρ τῇ ῥητορικῇ ἀδίκως χρῆται, μὴ τῷ διδάξαντι ἐγκαλεῖν
μηδ' ἐξελαύνειν ἐκ τῆς πόλεως, ἀλλὰ τῷ ἀδικοῦντι καὶ οὐκ ὀρθῶς

τοὺς τοῦ δικαίου καὶ ἀδίκου. Secundum enim hanc Gorgiae definitionem et Socratis argumentationem οὐδέποτ' ἂν εἴη ἡ ῥητορικὴ ἄδικον πρᾶγμα, ὅ γ' ἀεὶ περὶ δικαιοσύνης τοὺς λόγους ποιεῖται (460 E). Quae ipsa dicturus Socrates adhibet syllogisticam argumentationem, et jam in 460 B Gorgiam interrogare incipit his: ὁ τὰ τεκτονικὰ μεμαθηκὼς τεκτονικός, ἢ οὔ; Vides saltem illa οὐδέποτε — ἀεὶ in 460 E, quae illud ἀεὶ in argumentatione summo jure vindicant. Haec iisdem fere verbis scripsi in primo hujus criticae specimine. Addo nunc iis Aristotelis verba ex Ἠθικῶν Μεγ. A. 1. — ἐπὶ τῶν ἐπιστημῶν, ἀλλ' οὐκ ἐπὶ τῶν ἀρετῶν τοῦτο (s. ἅμα εἰδέναι ἐπιστήμην τινὰ καὶ ταύτης ἐπιστήμονα εἶναι οἷον τὸν ἰατρικὴν εἰδότα εὐθέως εἶναι ἰατρὸν) συμβαίνει· οὐ γὰρ εἴ τις οἶδε τὴν δικαιοσύνην τί ἐστιν, εὐθέως δίκαιός ἐστιν. Preverse igitur ὁ Σωκράτης ἐπιστήμας ἐποίει τὰς ἀρετάς. — Hujusmodi altera emendatio facienda in Xen. Mem. 4. 6, 3. Ἆρ' οὖν ὁ εἰδὼς τοὺς θεοὺς τιμᾶν οὐκ ἄλλως οἴεται δεῖν τοῦτο ποιεῖν ἢ ὡς οἶδεν; Sicuti argumentatio in Gorgia requirit omissum ἀεὶ, sic quae hic occurrit requirit ὡς δεῖ post εἰδώς. Duo afferam argumenta, alterum e dialectica, alterum e grammatica. Primum quasi ante oculos ponitur in sic scriptis,

A ὁ εἰδὼς τοὺς περὶ τοὺς θεοὺς νόμους = B ὁ εἰδὼς ὡς δεῖ τοὺς θεοὺς τιμᾶν.
B ὁ εἰδὼς ὡς δεῖ τοὺς θεοὺς τιμᾶν = C ὁ οὐκ ἄλλως οἰόμενος δεῖν τοῦτο ποιεῖν ἢ ὡς οἶδεν.
C ὁ οὐκ ἄλλως οἰόμενος κτὲ = D ὁ τιμῶν (οὕτως).
Ergo A ὁ εἰδὼς κτὲ = D ὁ τιμῶν κτέ.

Alterum argumentum grammatica suppeditat. Graecum enim non est οἶδα νεῖν, οἶδα κολάζειν, οἶδα ἐπιψηφίζειν, neque igitur οἶδα τιμᾶν neque ὁ εἰδὼς τοὺς θεοὺς τιμᾶν. Sed hoc debebat esse ὁ ἐπιστάμενος τοὺς θεοὺς τιμᾶν. Nam cum infinitivo semper dicunt sic, ἐπίσταμαι νεῖν, ἐπίσταμαι ἐπιψηφίζειν etc. utentes verbo ἐπίστασθαι, non εἰδέναι. Adsit igitur in utroque B. necessario ὡς δεῖ. Increduli et has novitates spernentes ne putent me errasse in disponenda hac argumentandi formula, ejusdemmodi aliam, quae legitur ibidem in § 4. apud Xenophontem, eadem ratione disponam:

A ὁ τὰ περὶ τοὺς θεοὺς νόμιμα εἰδώς = B ὁ νομίμως τιμῶν.
B ὁ νομίμως τιμῶν = C ὁ ὡς δεῖ (s. τιμᾶν) τιμῶν.
C ὁ ὡς δεῖ τιμῶν = D ὁ εὐσεβής.
Ergo A ὁ τὰ — εἰδὼς = D ὁ εὐσεβής.

Quae omnia enucleatius in tertio specimine persecutus sum.

— D (vulgo) τῇ πυκτικῇ χρῆται τε καὶ ἀδικῇ;] In codicibus pro χρῆται τε legitur aut solum χρῆται, aut solum χρῶται, aut μὴ καλῶς χρῆται, aut κακῶς χρῆται, aut χρῆταί γε καὶ ἀδίκως χρῆται omisso τε. Unde apparet ulcus fuisse in textu inter πυκτικῇ et καὶ ἀδικῇ, variisque modis conatos esse librarios locum in integrum restituere. Videtur tamen verbum χρῆται genuinum esse, sed adverbium quoddam ante id obliteratum esse. Quod etiam ego cum plerisque recentiorum editorum arbitratus edendum curavi in editione Parisiensi sic: ἐὰν ὁ πύκτης τῇ π. μὴ καλῶς χρῆται καὶ ἀδικῇ, recepto μὴ καλῶς et rejecto τε. Nunc autem post iterum lectum locum pro μὴ καλῶς verum judico μὴ ὀρθῶς. Nam nihil quidem interesse videtur inter καλῶς λέγειν et ὀρθῶς λέγειν. ubi vero contrarium requiritur τοῦ ἡμαρτημένως non εὖ neque καλῶς usurpari, ex. gr. cum verbis κολάζειν, χρῆσθαι sim., sed ὀρθῶς. Decies fere eadem sententia de eadem re recurrit inde a 456 C, et ubique constanter verbo χρῆσθαι adjungitur adverbium μὴ vel οὐκ ὀρθῶς. Tandem vide vel in proximis eandem dictionem repetitam: δεῖ ἐγκαλεῖν — τῷ ἀδικοῦντι καὶ οὐκ ὀρθῶς χρωμένῳ τῇ ῥητορικῇ.

χρωμένῳ τῇ ῥητορικῇ; ἐρρήθη ταῦτα, ἢ οὔ; — ΓΟΡ. Ἐρρήθη. — ΣΩ. Νῦν δέ γ' ὁ αὐτὸς οὗτος φαίνεται, ὁ ῥητορικὸς, οὐκ ἄν ποτ' E ἀδικήσας. ἢ οὔ; — ΓΟΡ. Φαίνεται. — ΣΩ. Καὶ ἐν τοῖς πρώτοις γε, ὦ Γοργία, λόγοις ἐλέγετο, ὅτι ἡ ῥητορικὴ περὶ λόγους εἴη οὐ τοὺς τοῦ ἀρτίου καὶ περιττοῦ, ἀλλὰ τοὺς τοῦ δικαίου καὶ ἀδίκου. ἦ γάρ; — ΓΟΡ. Ναί. — ΣΩ. Ἐγὼ τοίνυν σοῦ τότε ταῦτα λέγοντος ὑπέλαβον, ὡς οὐδέποτ' ἂν εἴη ἡ ῥητορικὴ ἄδικον πρᾶγμα, ὅ γ' ἀεὶ περὶ δικαιοσύνης τοὺς λόγους ποιεῖται· ἐπειδὴ δ' ὀλίγον ὕστερον ἔλεγες, ὅτι ὁ ῥήτωρ τῇ ῥητορικῇ κἂν ἀδίκως χρῷτο, οὕτω θαυμάσας 461 καὶ ἡγησάμενος οὐ συνᾴδειν τὰ λεγόμενα ἐκείνους εἶπον τοὺς λόγους, ὅτι, εἰ μὲν κέρδος ἡγοῖο εἶναι τὸ ἐλέγχεσθαι, ὥσπερ ἐγὼ, ἄξιον (ἂν) εἴη διαλέγεσθαι, εἰ δὲ μὴ, ἐᾶν χαίρειν. ὕστερον δ' ἡμῶν ἐπισκοπουμένων, ὁρᾷς δὴ καὶ αὐτὸς, ὅτι αὖ ὁμολογεῖται τὸν ῥητορικὸν ἀδύνατον εἶναι ἀδίκως χρῆσθαι τῇ ῥητορικῇ καὶ ἐθέλειν ἀδικεῖν. ταῦτ' οὖν ὅπῃ ποτ' ἔχει, μὰ τὸν κύνα, ὦ Γοργία, οὐκ ὀλίγης συνουσίας B ἐστὶν, ὥστε ἱκανῶς διασκέψασθαι.

XVI. ΠΩΛ. Τί δαὶ, ὦ Σώκρατες; οὕτω καὶ σὺ περὶ τῆς ῥητορικῆς δοξάζεις, ὥσπερ νῦν λέγεις; ἢ οἴει, ὅτι Γοργίας ᾐσχύνθη σοι μὴ προσομολογῆσαι τὸν ῥητορικὸν ἄνδρα μὴ οὐχὶ καὶ τὰ δίκαια εἰδέναι καὶ τὰ καλὰ καὶ τἀγαθὰ, κἂν μὴ ἔλθῃ ταῦτ' εἰδὼς παρ' αὐτὸν, αὐτὸς διδάξειν, ἔπειτ' ἐκ ταύτης ἴσως τῆς ὁμολογίας ἐναντίον τι συνέβη ἐν τοῖς λόγοις; τοῦθ' ὃ δὴ ἀγαπᾷς αὐτὸς ἀγαγὼν C

461 A εἰ μὲν — ἡγοῖο —, ἄξιον εἴη δ.] Alii desiderant ἂν ante εἴη, alii, si adesset, delerent. Utrique undecunque colligunt locos, quibus sententiam suam probent. In proxime praecedentibus his ἐκείνους εἶπον τοὺς λόγους, ὅτι, εἰ μὲν κέρδος κτέ. diserte se dicit ipse Socrates paucioribus repetere a se dicta (in 458). Utitur autem aliis verbis in 458 et bis fere idem dicit: primum in A sic: εἰ μὲν σὺ εἶ τῶν ἀνθρώπων, ὧνπερ κἀγὼ, ἡδέως ἄν σε διερωτῴην, εἰ δὲ μὴ, ἐῴην ἄν: deinde in B idem brevius his εἰ μὲν οὖν καὶ σὺ φῂς τοιοῦτος εἶναι, διαλεγώμεθα κτέ. Si igitur in 461 respiciuntur priora ex 458 A, ἂν etiam adsit in oratione obliqua necesse est: si vero posteriora respiciuntur, ἂν illud neque in oratione obliqua adesse potest. Quum igitur nemo mortalium praeter ipsum auctorem dirimere possit priora in 458 A an posteriora in 458 B respiciantur, utravis lectione contenti esse cogimur.

— B κἂν μὴ ἔλθῃ ταῦτ' εἰδὼς] Intelligendum ad ἔλθῃ ex 458 B. ὁ μέλλων μαθήσεσθαι τὴν ῥητορικήν. Sed si ὁ μέλλων μαθήσεσθαι τὴν ῥ. non venerit ad τὸν ῥητορικῆς διδάσκαλον, quomodo hic illum quidquam poterit docere? Si igitur quid odoror, ordo verborum turbatus est. Requirit enim participium particulam negandi μή. Itaque transpone verba hunc in modum: κἂν μὴ εἰδὼς ταῦτ' ἔλθῃ παρ' αὐτὸν i. e. *et si ignorans haec venerit ad eum*. Caeterum quamquam hic locus male habitus est, haec tamen sententia e Poli verbis confici potest: *Gorgias non debebat* concedere Socrati rhetorem cognoscere debere et justa et pulchra et bona, seque ea docturum eum, quem rhetorem redditurus sit, neque Socrates talia quaerere debebat: rhetorice enim nihil commune habet cum iis: nam quivis, etiam qui non sit rhetor, eadem rogatus facile concedit. — Socrates igitur nihil profecit posteriori argumentatione, sed quae Gorgias de rhetorica dixit optime inter se concinunt. Vide μὴ etiam transponendum in Crit. 47 D μὴ τῇ τῶν ἐπαϊόντων. post τῇ τῶν.

— C ὃ δὴ ἀγαπᾷς αὐτὸς ἀγαγὼν] Optima lectione ἄγων spreta plurimi co-

ἐπὶ τοιαῦτ' ἐρωτήματα. ἐπεὶ τίν' οἴει ἀπαρνήσεσθαι μὴ οὐχὶ καὶ
αὐτὸν ἐπίστασθαι τὰ δίκαια καὶ ἄλλους διδάξειν; ἀλλ' εἰς τὰ τοιαῦτ'
ἄγειν πολλὴ ἀγροικία ἐστὶ τοὺς λόγους. — ΣΩ. Ὦ κάλλιστε Πῶλε,
ἀλλά τοι ἐξεπίτηδες κτώμεθ' ἑταίρους καὶ υἱεῖς, ἵνα, ἐπειδὰν αὐτοὶ
πρεσβύτεροι γενόμενοι σφαλλώμεθα, παρόντες ὑμεῖς οἱ νεώτεροι ἐπαν-
ορθῶθ' ἡμῶν τὸν βίον καὶ ἐν ἔργοις καὶ ἐν λόγοις. καὶ νῦν εἴ τι
D ἐγὼ καὶ Γοργίας ἐν τοῖς λόγοις σφαλλόμεθα, σὺ παρὼν ἐπανόρθου.
δίκαιος δ' εἶ. κἀγὼ ἐθέλω τῶν ὡμολογημένων εἴ τί σοι δοκεῖ μὴ
καλῶς ὡμολογῆσθαι ἀναθέσθαι ὅ τι ἂν σὺ βούλῃ, ἐάν μοι ἓν
μόνον φυλάττῃς. — ΠΩΛ. Τί τοῦτο λέγεις; — ΣΩ. Τὴν μακρο-
λογίαν, ὦ Πῶλε, ἣν καθείρξῃς, ᾗ τό πρῶτον ἐπεχείρησας χρῆσθαι. —
ΠΩΛ. Τί δαί; οὐκ ἐξέσται μοι λέγειν ὁπόσ' ἂν βούλωμαι; —
E ΣΩ. Δεινὰ μεντἂν πάθοις, ὦ βέλτιστε, εἰ Ἀθήναζ' ἀφικόμενος,
οὗ τῆς Ἑλλάδος πλείστη ἐστὶν ἐξουσία τοῦ λέγειν, ἔπειτα σὺ ἐν-
ταῦθα τούτου μόνος ἀτυχήσαις. ἀλλ ἀντίθες τοι, σοῦ μακρὰ λέ-
γοντος καὶ μὴ ἐθέλοντος τὸ ἐρωτώμενον ἀποκρίνεσθαι, οὐ δείν' ἂν
462 αὖ ἐγὼ πάθοιμι, εἰ μὴ ἐξέσται μοι ἀπιέναι καὶ μὴ ἀκούειν σου;
ἀλλ' εἴ τι κήδει τοῦ λόγου τοῦ εἰρημένου καὶ ἐπανορθώσασθαι αὐτὸν
βούλει, ὥσπερ νῦν δὴ ἔλεγον ἀναθέμενος ὅ τί σοι δοκεῖ, ἐν τῷ

dicum auctoritatem maluerunt sequi edentes *ἀγαγών*, idque argumentis nescio quibus defendentes. Pro proxime *ἄγειν* nullus codex habet *ἀγαγεῖν*. Itaque ediderunt *ἄγειν*. Sed utriusque et participii et infinitivi idem tempus flagitat eadem sententia. In proximis pro *πρεσβύτεροι γιγνόμενοι* dedi *πρ. γενόμενοι*. Vel pueri dici possunt *πρεσβύτεροι γίγνεσθαι*, senes autem demum sunt qui *πρεσβύτεροι ἐγένοντο*. Sic in Bep. 613 E etiam *νέοι ὄντες* — *γέροντες γενόμενοι*, non *γιγνόμενοι*. Tandem omnes debebant obtemperare *ἐπανορθῶθ'* pro *ἐπανορθοῖθ'* corrigentibus.

D — *δίκαιος δ' εἶ κἀγὼ ἐθέλω — ἀναθέσθαι*] Alii particulam *δὲ* in illis *δίκαιος δ' εἶ* orationi gravitatem addere contendunt, alii aliam particulam in ejus locum expectasse se fatentur. Verum hoc demum est hallucinari. Graecae linguae idioma suae linguae dictioni vulgari respondere cogentes toto coelo a sana grammatica ratione aberrant. Talia ad verbum verti non possunt: nihilo tamen minus quid sibi velint locos comparanti cuique manifesto apparet. Confer ex. gr. Lach. 180 D *ἀλλ' εἴ τι καὶ σύ, ὦ παῖ Σωφρ., ἔχεις τῷδε τῷ σαυτοῦ δημότῃ ἀγαθὸν συμβουλεῦσαι, χρὴ συμβουλεύειν. δίκαιος δ' εἶ.* Crat. 428 A *εἰ οὖν καὶ σμικρόν τι οἷός τ' εἶ πλέον ποιῆσαι, μὴ ἀπόκαμνε, ἀλλ' εὐεργέτει καὶ Σωκράτη τόνδε, δίκαιος δ' εἶ κἀμέ.* Dubitari non potest, quin utrumque et *καὶ Σωκράτη* et *κἀμέ* ad verbum *εὐεργέτει* referendum sit. Itaque formula *δίκαιος δ' εἶ* separatim accipienda est, et sic fere vertenda: *quod decet tibique convenit facere:* qui sensus etiam superiorum exemplorum reliquae sententiae optime congruit. Quare haec formula, quemadmodum *εὖ ἴσθ' ὅτι*, *δῆλον ὅτι*, saepe in parenthesi sunt ponendae, ut diximus ad 453 B, ad eundem modum ponatur, sic: — *ἐπανόρθου, δίκαιος δ' εἶ.* — *χρὴ συμβουλεύειν, δίκαιος δ' εἶ.* — *καὶ Σωκράτη τόνδε, δίκαιος δ' εἶ, κἀμέ.* Proxima *κἀγὼ ἐθέλω — ἀναθέσθαι* imitatus videtur auctor Hipparchi in 229 E *Ἀλλὰ μὴν καὶ ὥσπερ πεττεύων ἐθέλω σοι ἐν τοῖς λόγοις ἀναθέσθαι ὅ τι βούλει τῶν εἰρημένων, ἵνα μὴ οἴῃ ἐξαπατᾶσθαι* quae confirmant codicum lectionem in Gorgia *κἀγώ σοι ἐθέλω*, et unde apparet a qua re hoc *ἀνατιθέσθαι* translatum sit. Critici a scribis in errorem inducti illa *κἀγὼ ἐθέλω — ἀναθέσθαι ὅ τι ἂν σὺ βούλῃ* pro corruptis habent. Sed frustra ea corrigere conantur, uti mox ad 462 A videbimus.

462 A *ἀναθέμενος ὅ τί σοι δοκεῖ*] Quae

μέρει ἐρωτῶν τε καὶ ἐρωτώμενος, ὥσπερ ἐγώ τε καὶ Γοργίας, ἔλεγχέ
τε καὶ ἐλέγχου. Φὴς γὰρ δήπου καὶ σὺ ἐπίστασθαι ἅπερ Γοργίας.
ἢ οὔ; — ΠΩΛ. Ἔγωγε. — ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ σὺ κελεύεις σαυτὸν
ἐρωτᾶν ἑκάστοτε ὅ τι ἄν τις βούληται, ὡς ἐπιστάμενος ἀποκρί-
νεσθαι; — ΠΩΛ. Πάνυ μὲν οὖν. — ΣΩ. Καὶ νῦν δὴ τούτων ὁπό- B
τερον βούλει ποίει· ἐρώτα ἢ ἀποκρίνου.

XVII. ΠΩΛ. Ἀλλὰ ποιήσω ταῦτα. καί μοι ἀπόκριναι, ὦ Σώ-
κρατες. ἐπειδὴ Γοργίας ἀπορεῖν σοι δοκεῖ περὶ τῆς ῥητορικῆς, σὺ
αὐτὴν τίνα φὴς εἶναι; — ΣΩ. Ἆρ' ἐρωτᾷς ἥντινα τέχνην φημὶ
εἶναι; — ΠΩΛ. Ἔγωγε. — ΣΩ. Οὐδεμία ἔμοιγε δοκεῖ, ὦ Πῶλε,
ὥς γε πρὸς σὲ τἀληθῆ εἰρῆσθαι. — ΠΩΛ. Ἀλλὰ τί [σοι δοκεῖ ἡ
ῥητορικὴ εἶναι]; ΣΩ. Πρᾶγμα, ὃ φὴς σὺ ποιῆσαι τέχνην ἐν τῷ
συγγράμματι, ὃ ἐγὼ ἔναγχος ἀνέγνων. — ΠΩΛ. Τί τοῦτο λέγεις; — C
ΣΩ. Ἐμπειρίαν ἔγωγέ τινα. — ΠΩΛ. Ἐμπειρία ἄρα σοι δοκεῖ ἡ
ῥητορικὴ εἶναι. — ΣΩ. Ἔμοιγε, εἰ μή τι σὺ ἄλλο λέγεις. —
ΠΩΛ. Τίνος ἐμπειρία; — ΣΩ. Χάριτός τινος καὶ ἡδονῆς ἀπερ-
γασίας. — ΠΩΛ. Οὐκοῦν καλόν σοι δοκεῖ ἡ ῥητορικὴ εἶναι, χαρί-
ζεσθαι οἷόν τ' εἶναι ἀνθρώποις; — ΣΩ. Τί δαί, ὦ Πῶλε; ἤδη
πέπυσαι παρ' ἐμοῦ ὅ τι φημὶ αὐτὴν εἶναι, ὥστε τὸ μετὰ τοῦτ' D
ἐρωτᾷς εἰ οὐ καλή μοι δοκεῖ εἶναι; — ΠΩΛ. Οὐ γὰρ πέπυσμαι,
ὅτι ἐμπειρίαν τιν' αὐτὴν φὴς εἶναι; — ΣΩ. Βούλει οὖν, ἐπειδὴ
τιμᾷς τὸ χαρίζεσθαι, σμικρόν τί μοι χαρίσασθαι; — ΠΩΛ.
Ἔγωγε. — ΣΩ. Ἐροῦ νῦν με, ὀψοποιία ἥτις μοι δοκεῖ τέχνη
εἶναι. — ΠΩΛ. Ἐρωτῶ δή, τίς τέχνη ὀψοποιία; — Οὐδεμία,

Socrates supra dicit in 461 D *κἀγώ (σοι adde) ἐθέλω τῶν ὡμολογημένων — ἀναθέσθαι*. corrigere conati sunt ea non concinere cum his arbitrati. Nimirum illa corrigendo ita torquere volunt, ut Socrates dicere in iis significetur, se velle non ipsum sed Polum retractare aliquid superiorum, quae leguntur in 459 D — 461 B. Verum, si ita scriptum esset in 461 D, uti corrigere conati sunt, equidem contra conarer restituere quod nunc frustra mutarunt. Nam Polus omnino nihil retractare potuit. Neque enim concessit aliquid Socrati neque *ἔθετο*: neque igitur aliquid *ἀναθέσθαι* potuit. Sed Socrates respondens ad Poli dicta, quae interpretati sumus ad 461 B et C, quasi confitetur errorem, et indulgens Polo se paratum dicit ad retractandum id, quod Polus perverse disputatum judicat. Hic loci sensus fugit interpretes et latuit scribas, ita ut horum error illorum errorem pepererit. Scribae enim perverse suppleverunt verba *ἀναθέμενος ὅ τί σοι δοκεῖ*, quae leguntur post verba *ὥσπερ νῦν δὴ ἔλεγον*, non intelligentes Socratem dicentem *εἰ — ἐπανορθώσασθαι αὐτὸν (τὸν λόγον) βούλει* tantum respicere posse verba — *εἴ τι — σφαλλόμεθα, σὺ παρὼν ἐπανόρθου, δίκαιος δ' εἶ.*, quae praemisit in 461 C et D verbis *κἀγώ σοι ἐθέλω — ἀναθέσθαι*. Deinde interpretum alii haec non concinere cum superioribus putantes contortam superiorum correctionem lectoribus offerunt, alii a correctione abstinentes non minus contortam eorumdem explicationem. Deletis igitur verbis *ἀναθέμενος ὅ τί σοι δοκεῖ*, omnia sana sunt et plana. Est hoc omnium manifestissimum specimen stupendae librariorum audaciae supplentium et corrigentium sana sed perverse intellecta.

— D Π. *Ἐρωτῶ δή, τίς τέχνη ὀψοποιία; — Π. Ταὐτὸν ἄρ' κτέ.*] Quae

ὦ Πῶλε. — ΠΩΛ. Ἀλλὰ τί; φάθι. — ΣΩ. Φημὶ δὴ, ἐμπειρία
τις. — ΠΩΛ. Τίνος φάθι. — ΣΩ. Φημὶ δὴ, χάριτος καὶ ἡδονῆς
E ἀπεργασίας, ὦ Πῶλε. — ΠΩΛ. Ταὐτὸν ἄρ' ἐστὶν ὀψοποιία καὶ
ῥητορική; — ΣΩ. Οὐδαμῶς γε, ἀλλὰ τῆς αὐτῆς μὲν ἐπιτηδεύσεως
μόριον. — ΠΩΛ. Τίνος λέγεις ταύτης; — ΣΩ. Μὴ ἀγροικότερον
ᾖ τἀληθὲς εἰπεῖν· ὀκνῶ γὰρ Γοργίου ἕνεκα λέγειν, μὴ οἴηταί με
διακωμῳδεῖν τὸ ἑαυτοῦ ἐπιτήδευμα· ἐγὼ δὲ, εἰ μὲν τοῦτ' ἔστιν ἡ
463 ῥητορικὴ, ὃ Γοργίας ἐπιτηδεύει, οὐκ οἶδα· καὶ γὰρ ἄρτι ἐκ τοῦ
λόγου οὐδὲν ἡμῖν καταφανὲς ἐγένετο, τί ποθ' οὗτος ἡγεῖται· ὃ δ'
ἐγὼ καλῶ τὴν ῥητορικὴν, πράγματός τινός ἐστι μόριον οὐδενὸς τῶν
καλῶν. — ΓΟΡ. Τίνος, ὦ Σώκρατες; εἰπὲ, μηδὲν ἐμὲ αἰσχυνθείς.

XVIII. ΣΩ. Δοκεῖ τοίνυν μοι, ὦ Γοργία, εἶναί τι ἐπιτήδευμα
τεχνικὸν μὲν οὔ, ψυχῆς δὲ στοχαστικῆς καὶ ἀνδρείας καὶ φύσει
B δεινῆς προσομιλεῖν τοῖς ἀνθρώποις· καλῶ δ' αὐτοῦ ἐγὼ τὸ κεφάλαιον
κολακείαν. ταύτης μοι δοκεῖ τῆς ἐπιτηδεύσεως πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα
μόρια εἶναι, ἓν δὲ καὶ ἡ ὀψοποιική· ὃ δοκεῖ μὲν εἶναι τέχνη, ὡς
δ' ὁ ἐμὸς λόγος, οὐκ ἔστι τέχνη, ἀλλ' ἐμπειρία καὶ τριβή. ταύτης
μόριον καὶ τὴν ῥητορικὴν ἐγὼ καλῶ καὶ τήν γε κομμωτικὴν καὶ

quaerit Polus *τίς τέχνη ὀψοποιία;* iis praemittit verba *ἐρωτῶ δὴ*, quippe a Socrate jussus ea quaerere. Eadem ratione in 448 B Chaerephon obediens Polo quaestioni praemittit verba *ἐρωτῶ δὴ*, uti in 463 C etiam Polus obtemperans Socrati. In 507 A Κ. Λέγ' ὦ 'γαθέ. Σ. Λέγω δὴ κτέ. eadem ratione hoc Λέγω δὴ positum. Et in Arist. Eqq. 21

Ν. Λέγε δὴ μόλωμεν ξυνεχὲς ὡδὶ ξυλλαβών.
Δ. Καὶ δὴ λέγω μόλωμεν. Ν. Ἐξόπισθε νῦν
αὐτὸ φάθι τοῦ μόλωμεν. Δ. αὐτό κτέ.

vides *λέγε* et *φάθι*. Si igitur Socratem in 462 pergentem jubere facimus ei tribuentes verba *ἀλλὰ τί φάθι*, Polus respondens dixerit *Φημὶ δὴ, ἀλλὰ τί;* necesse est, quemadmodum etiam *Φημὶ δὴ, τίνος;* respondens ad Socratis verba *τίνος φάθι*. Approbare non potes, quia verborum *ἀλλὰ τί* et *τίνος* post *Φημὶ δὴ* ne vestigia quidem supersint in codicibus. Verum neque ego Platonem ita scripsisse puto. Sed in 463 C Polus duas tantum voces has *ὁποῖον μόριον* repetit, ad quas cogitatione supplendae sunt hae *τῆς κολακείας φὴς εἶναι τὴν ῥητορικὴν*, omnes silentio ab eo praetermissae. Alc. I 135 D ΑΛ. Ἀλλὰ πῶς χρὴ λέγειν; Σ. (Non *ἐὰν βούλῃ σὺ*, sed Ὅτι) *ἐὰν θεὸς ἐθέλῃ*. ΑΛ. Λέγω δή. καὶ πρὸς τούτοις μέντοι καὶ τόδε λέγω, ὅτι κτέ. Alcibiades post Λέγω δή. nullam vocem repetit, cum tamen omnes has *ἐὰν θεὸς ἐθέλῃ* cogitatione intelligendas esse ad *λέγω δή* dubitari non possit. Itaque in Gorg. 462 D etiam pauciora *ἀλλὰ τί* et *τίνος* non scribenda, sed illud post prius *φημὶ δή*, hoc post alterum mente repetendum, et hoc *Φημὶ δή* bis Polo tribuendum, illa autem *ἀλλὰ τί φάθι* et *τίνος φάθι* Socrati, sic: Σ. Ἐροῦ νῦν με, — εἶναι. Π. Ἐρωτῶ δὴ, τίς τέχνη ὀψοποιία; Σ. Οὐδεμία, ὦ Πῶλε. ἀλλὰ τί, φάθι. Π. Φημὶ δή. Σ. Ἐμπειρία τις. τίνος φάθι Π. Φημὶ δή. Σ. Χάριτος καὶ ἡδονῆς ἀπεργασίας, ὦ Πῶλε. Π. Ταὐτὸν ἄρ' ἐστὶν ὀψοποιία καὶ ῥητορική. Nunc Polus demum recte gratificatur Socrati et laqueos ejus effugere nequit, sed irretitus subito coactum se sentit *ὀψοποιίαν* idem esse quod *ῥητορικὴν* ex responsis concludere. Secundum vulgatam autem Socratis partes Polo tribuuntur, ita ut Plato fecerit Polum ipsum e Socrate elicientem idem responsum, quod hic ei dederat interrogatus de *ῥητορικῆς* in 462 C. Quae nimia fuerit Poli fatuitas. Crat. 407 D Ἐρωτῶ sibi additum requirit *δή*, secundum exempla supra prolata. — Quod occurrit in 463 C *πρότερον — πρὶν — πρῶτον*, idem legitur Men. 86 D.

τὴν σοφιστικήν, τέτταρα ταῦτα μόρια ἐπὶ τέτταρσι πράγμασιν. εἰ
οὖν βούλεται Πῶλος πυνθάνεσθαι, πυνθανέσθω· οὐ γάρ πω πέπυσται,
ὁποῖόν φημι ἐγὼ τῆς κολακείας μόριον εἶναι τὴν ῥητορικήν, ἀλλ' C
αὐτὸν λέληθα οὔπω ἀποκεκριμένος, ὁ δ' ἐπανερωτᾷ, εἰ οὐ καλὸν
ἡγοῦμαι εἶναι. ἐγὼ δ' αὐτῷ οὐκ ἀποκρινοῦμαι πρότερον, εἴτε καλὸν
εἴτ' αἰσχρὸν ἡγοῦμαι εἶναι τὴν ῥητορικήν, πρὶν ἂν πρῶτον ἀποκρί-
νωμαι ὅ τι ἐστίν. οὐ γὰρ δίκαιον, ὦ Πῶλε· ἀλλ' εἴπερ βούλει πυ-
θέσθαι, ἐρώτα, ὁποῖον μόριον τῆς κολακείας φημὶ εἶναι τὴν ῥητορι-
κήν. — ΠΩΛ. Ἐρωτῶ δή, καὶ ἀπόκριναι, ὁποῖον μόριον. — ΣΩ.
Ἆρ' οὖν ἂν μάθοις ἀποκριναμένου; ἔστι γὰρ ἡ ῥητορικὴ κατὰ τὸν D
ἐμὸν λόγον πολιτικῆς μορίου εἴδωλον. — ΠΩΛ. Τί οὖν; καλὸν ἢ
αἰσχρὸν λέγεις αὐτὴν εἶναι; — ΣΩ. Αἰσχρὸν ἔγωγε· τὰ γὰρ κακὰ
αἰσχρὰ (ἐγὼ) καλῶ. ἐπειδὴ δεῖ σοι ἀποκρίνασθαι, ὡς ἤδη εἰδότι ἃ
[ἐγὼ] λέγω. — ΓΟΡ. Μὰ τὸν Δία, ὦ Σώκρατες, ἀλλ' ἐγὼ οὐδ'
αὐτὸς συνίημι ὅ τι λέγεις. — ΣΩ. Εἰκότως γε, ὦ Γοργία· οὐδὲν E
γάρ πω σαφὲς λέγω, Πῶλος δ' ὅδε νέος ἐστὶ καὶ ὀξύς. — ΓΟΡ.
Ἀλλὰ τοῦτον μὲν ἔα, ἐμοὶ δ' εἰπέ, πῶς λέγεις πολιτικῆς μορίου
εἴδωλον εἶναι τὴν ῥητορικήν. — ΣΩ. Ἀλλ' ἐγὼ πειράσομαι φράσαι,
ὅ γέ μοι φαίνεται εἶναι ἡ ῥητορική. εἰ δὲ μὴ τυγχάνει ὂν τοῦτο,

463 D *τὰ — κακὰ αἰσχρὰ ἐγὼ καλῶ — ἃ ἐγὼ λέγω*] Alii jam partim haec correxerunt recipiendo meliorem codicum lectionem, qui habent illud *ἐγὼ* ante *καλῶ*. Sed etiam ultima verba corrigenda omittendo cum duobus codicibus postremum *ἐγώ*. Quae mox leguntur Γ. *Μὰ τὸν Δία, ὦ Σ., ἀλλ' ἐγὼ οὐδ' αὐτὸς συνίημι ὅ τι λέγεις.* ita vertunt: *Per Jovem, o S., ne ipse quidem intelligo, quid dicas* et illa *ὡς ἤδη εἰδότι ἃ λέγω.* sic: *quasi jam scias, quid mihi velim.* Sed secundum ea, quae diximus ad 452 B illud *αὐτὸς* sic positum non vertendum est: tum etiam illud *οὐδ'* male per *ne-quidem* vertitur. Nemo auditorum neque Polus potuit intelligere, quid sibi velit illud *πολιτικῆς μορίου εἴδωλον*: quamobrem Socrates dicit se respondere ei *ὡς ἤδη εἰδότι* i. e. nondum revera *εἰδότι* sed tanquam jam *εἰδότι ἃ λέγει*. Gorgias igitur Socratem excipiens simpliciter haec dicit: *Sed, per Jovem, neque ego intelligo, quid tandem dicas.* si receperis codicis lectionem *καὶ* ante *λέγεις*. Itaque etiam illa *ὡς ἤδη εἰδότι ἃ λέγω.* rectius sic vertuntur: *ac si jam intellexisti quae dico* (illa *πολ μορ. εἴδ.*). Quamquam igitur *τὸ εἰδέναι scire* est *λαβόντα τοῦ ἐπιστήμην ἔχειν καὶ μὴ ἀπολωλεκέναι*, et quamquam *τὸ μανθάνειν discere* est proprie *σοφώτερον γίγνεσθαι περὶ ὃ μανθάνει τις*, utrumque tamen saepissime ita ponitur, ut vix alio verbo reddi possit quam *τῷ intelligere.* Recte igitur dicere Aristotelem in Eth. Nicom. Z. 11. *λέγομεν τὸ μανθάνειν συνιέναι πολλάκις.* facile concedet considerans hujusmodi locos Phdr. 242 C *σαφῶς οὖν ἤδη μανθάνω τὸ ἁμάρτημα.* Rep. 338 C *— τί οὐκ ἐπαινεῖς; ἀλλ' οὐκ ἐθελήσεις. Ἐὰν μάθω γε πρῶτον, ἔφην, τί λέγεις, νῦν γὰρ οὔπω οἶδα,* al. et conferens Lach. 189 E *ἴσως οὖν οὐ μανθάνετέ μου ὅ τι λέγω, ἀλλ' ὧδε ῥᾷον μαθήσεσθε.* cum Gorg. 450 C. *Ἆρ' οὖν μανθάνω οἵαν αὐτὴν βούλει καλεῖν, τάχα δ' εἴσομαι σαφέστερον.* Men. 75 D *ἔστι δ' ἴσως τὸ διαλεκτικώτερον μὴ μόνον τἀληθῆ ἀποκρίνεσθαι ἀλλὰ καὶ δι' ἐκείνων ὧν ἂν προσομολογῇ εἰδέναι ὁ ἐρωτώμενος* Xen. Mem. 1. 2, 35 *Ἐπειδὴ — ἀγνοεῖς, τάδε σοι εὐμαθέστερα ὄντα προαγορεύομεν, τοῖς νέοις ὅλως μὴ διαλέγεσθαι.* al In loco igitur, de quo agimus, *εἰδὼς* accipimus tanquam perfecti participium verbi *συνιέναι*, cujus perfectum *συνεῖκα, συνεικέναι, συνεικὼς* Atticis, quod sciam, non usurpatur.

464 Πῶλος ὅδ' ἐλέγξει. σῶμά που καλεῖς τι καὶ ψυχήν; ΓΟΡ. Πῶς γὰρ οὔ; — ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ τούτων οἴει τιν' εἶναι ἑκατέρου εὐεξίαν; — ΓΟΡ. Ἔγωγε. — ΣΩ. Τί δέ; δοκοῦσαν μὲν εὐεξίαν, οὖσαν δ' οὔ; οἷον τοιόνδε λέγω· πολλοὶ δοκοῦσιν εὖ ἔχειν τὰ σώματα, οὓς οὐκ ἂν ῥᾳδίως αἴσθοιτό τις ὅτι οὐκ εὖ ἔχουσιν ἄλλος ἢ ἰατρός τε καὶ τῶν γυμναστικῶν τις. — ΓΟΡ. Ἀληθῆ λέγεις. — ΣΩ. Τὸ τοιοῦτον λέγω καὶ ἐν σώματι εἶναι καὶ ἐν ψυχῇ, ὃ ποιεῖ δοκεῖν μὲν εὖ
B ἔχειν τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχήν, ἔχει δ' οὐδὲν μᾶλλον. — ΓΟΡ. Ἔστι ταῦτα.

XIX. ΣΩ. Φέρε δή σοι, ἐὰν δύνωμαι, σαφέστερον ἐπιδείξω ὃ λέγω. Δυεῖν ὄντοιν τοῖν πραγμάτοιν δύο λέγω τέχνας· (καὶ) τὴν μὲν ἐπὶ τῇ ψυχῇ πολιτικὴν καλῶ, τὴν δ' ἐπὶ (τῷ) σώματι μίαν μὲν οὕτως ὀνομάσαι οὐκ ἔχω σοι, μιᾶς δ' οὔσης τῆς τοῦ σώματος θεραπείας δύο μόρια λέγω, τὴν μὲν γυμναστικήν, τὴν δ' ἰατρικήν. τῆς δὲ πολιτικῆς ἀντίστροφον μὲν τῇ γυμναστικῇ τὴν νομοθετικήν, ἀντί-
C στροφον δὲ τῇ ἰατρικῇ τὴν δικαστικήν. ἐπικοινωνοῦσι μὲν δὴ ἀλλήλαις, ἅτε περὶ ταὐτὸν οὖσαι, ἑκάτεραι τούτων, ἥ τ' ἰατρικὴ τῇ γυμναστικῇ καὶ ἡ δικαστικὴ τῇ νομοθετικῇ· ὅμως δὲ διαφέρουσί τι ἀλλήλων. τεττάρων δὴ τούτων οὐσῶν, καὶ ἀεὶ πρὸς τὸ βέλτιστον θεραπευουσῶν, τῶν μὲν τὸ σῶμα, τῶν δὲ τὴν ψυχήν, ἡ κολακευτικὴ αἰσθομένη, οὐ γνοῦσα λέγω, ἀλλὰ στοχασαμένη, τέτραχα ἑαυτὴν διανείμασα, ὑποδῦσα ὑφ' ἕκαστον τῶν μορίων, προσποιεῖται
D εἶναι τοῦτο, ὅπερ ὑπέδυ, καὶ τοῦ μὲν βελτίστου οὐδὲν φροντίζει, τῷ δ' ἀεὶ ἡδίστῳ θηρεύεται τὴν ἄνοιαν καὶ ἐξαπατᾷ, ὥστε δοκεῖ

464 A — ἔχει δ' οὐδὲν μᾶλλον] Hunc locum ut sanum defendunt laudantes quos ne intelligunt quidem, ex. gr. Phil. 37 B. Τῷ ποτ' οὖν δὴ τρόπῳ δόξα ψευδής τε καὶ ἀληθὴς ἡμῖν φιλεῖ γίγνεσθαι, τὸ δὲ τῆς ἡδονῆς μόνον ἀληθές, δοξάζειν δ' ὄντως καὶ χαίρειν ἀμφότερα ὁμοίως εἴληχε; quorum postrena sic vertunt: *quum tamen utrique* τὸ ὄντως δοξάζειν *tribuendum sit*. Sensus autem eorum hic est: *opinari autem revera et gaudere* (*revera*) *utrorumque* (i. e. τῶν ὀρθῶς et μὴ ὀρθῶς — ἀληθῶς et ψευδῶς) *pariter participia sunt*. Talibus igitur nihil proficimus. — Adeo trita est apud Graecos dicendi ratio, qua praemisso verbo δοκεῖν cum μὲν, alterum verbum cum δὲ subjungunt in eadem constructione, ut voces ἔχειν δὲ, si vel in nullo codice superessent, nullus dubitarem in Gorgia restituere. Eadem constructio est paulo superius δοκοῦσαν μὲν — οὖσαν δὲ —. Phil. 36 E ὅστις — δοκεῖ μὲν χαίρειν, χαίρει δ' οὐδαμῶς. Omnino igitur assentiendum ita corrigenti Vitii fons sine dubio est in lectione in codicibus obvia ποιεῖ μὲν δοκεῖν, cui receptae deinde respondentem ἔχει δὲ in eadem constructione scripserunt. Vide μᾶλλον eodem modo positum in Phd. 91 C. — σμικρὸν φροντίσαντες Σωκράτους, τῆς δ' ἀληθείας πολὺ μᾶλλον κτέ.

— D θηρεύεται τὴν ἄνοιαν] Alii ex uno codice recipiendum censent διάνοιαν pro ἄνοιαν, alii εὔνοιαν, reliqui interpretes has sententias refellunt neutro *opus esse* asseverantes. Nos igitur argumenta afferamus et vulgo receptam lectionem Platoni vindicemus. Secundum eos, qui διάνοιαν approbant, Plato scripserit: adulandi ars quodque suavissimum adhibens venatur mentem. Verum deest aliquid huic sententiae. Est enim hominum διάνοια non eadem omnium, sed aliorum σμικρά, aliorum μεγάλη, aliorum alia. Ne igitur om-

πλείστου ἀξία εἶναι. ὑπὸ μὲν οὖν τὴν ἰατρικὴν ἡ ὀψοποιικὴ ὑποδέ-
δυκε, καὶ προσποιεῖται τὰ βέλτιστα σιτία τῷ σώματι εἰδέναι, ὥστ'
εἰ δέοι ἐν παισὶ διαγωνίζεσθαι ὀψοποιόν τε καὶ ἰατρὸν ἢ ἐν ἀνδρά-
σιν οὕτως ἀνοήτοις ὥσπερ οἱ παῖδες, πότερος ἐπαΐει περὶ τῶν χρη-
στῶν σιτίων καὶ πονηρῶν, ὁ ἰατρὸς ἢ ὁ ὀψοποιός, λιμῷ ἂν ἀποθανεῖν E
τὸν ἰατρόν. κολακείαν μὲν οὖν αὐτὸ καλῶ, καὶ αἰσχρόν φημι εἶναι
τὸ τοιοῦτον, ὦ Πῶλε — τοῦτο γὰρ πρὸς σὲ λέγω — ὅτι τοῦ 465
ἡδέος στοχάζεται ἄνευ τοῦ βελτίστου· τέχνην δ' αὐτὴν οὔ φημι
εἶναι, ἀλλ' ἐμπειρίαν, ὅτι οὐκ ἔχει λόγον οὐδένα, ἃ προσφέρει,
ὁποῖ' ἄττα τὴν φύσιν ἐστίν, ὥστε τὴν αἰτίαν ἑκάστου μὴ ἔχειν
εἰπεῖν. ἐγὼ δὲ τέχνην οὐ καλῶ ὃ ἂν ᾖ ἄλογον πρᾶγμα. τούτων δὲ
πέρι εἰ ἀμφισβητεῖς, ἐθέλω ὑποσχεῖν λόγον.

XX. *Τῇ μὲν οὖν ἰατρικῇ, ὥσπερ λέγω, ἡ ὀψοποιικὴ κολακεία* B

nium mente ars adulandi potiri temere dicta esset a Platone, ad vocem *διάνοιαν* adscribendum ei fuisset *σμικρὰ* vel huic simile quoddam epitheton. Qui porro *εὔνοιαν* reponunt non sensisse videntur, voce illa recepta, imprimis notionem *τοῦ ἐξαπατᾶν* reliquae sententiae adversari: si quidem *ἡ εὔνοια δι' ἀρετὴν καὶ ἐπιείκειάν τινα γίγνεται, ὅταν τῷ φανῇ τις καλὸς ἢ ἀνδρεῖος ἤ τι τοιοῦτον*, nullo autem pacto *διὰ τὰ τούτων ἐναντία*. secundum Aristot. Eth. Nicom. I. 5. Neutra igitur lectio ferri potest, sed *ἄνοιαν* legendum. Quam lectionem sic defendimus. Ars adulandi secundum Platonem nihil *γνοῦσα* nullam rationem reddere potest eorum, quae facit, omninoque est *ἀπατηλὸς* et *πρᾶγμα ἄλογον* atque *αἰσχρόν*. Hac igitur captari se sinere homines cogitantes et sapientes dici non possunt. Hac *ἄνοια* tantum captatur. Neque voces *διάνοια*, *εὔνοια*, *εὐμαθία* hisque similes ita solae usurpantur, ut homines *διανοοῦντες*, *εὖνοι*, *εὐμαθεῖς* iis significentur. Sed *ἀμαθία*, *ἄνοια*, *εὐήθεια*, allii secundum Platonem animi morbi, sunt quibus significantur ipsi singulis laborantes *ἀμαθεῖς*, *ἀνόητοι*, *εὐήθεις*, Itaque recte in proximo exemplo captari ac decipi dicuntur ab adulatoriae illius artis perito (*ὀψοποιῷ*) *ἄνδρες ἀνόητοι*, non vero *εὖνοι* neque *διανοοῦντες*. Quare *τὴν ἄνοιαν* non genuinum esse non potest.

465 A *ἃ προσφέρει —, ὥστε τὴν αἰτίαν — μὴ ἔχειν εἰπεῖν*] Hunc locum cum intepretibus sic reddidi: (*ἐμπειρίαν* dico *τὴν ὀψοποιικὴν*) *quod non potest reddere rationem, qualis sit earum rerum quas affert natura, ideoque illarum causas ignorat.* Sed in his omissum *ἑκάστου*, et *ἔχει λόγον* perverse expressum. Pro *ἃ* codices habent *ᾧ*, unde recte jam fecisse criticos *ὧν*, vix monendum. — Certum quidem est eum, qui *οὐκ ἔχει λόγον* alicujus rei, non posse ejus rei *δοῦναι λόγον*; verum ipsum tamen illud nondum significat *nullam rationem reddere potest*, neque *nullam (rei) rationem habet.* Deinde quae sunt ea, quorum *ἑκάστου* is, qui *οὐκ ἔχει λόγον οὐδένα ὧν ποσφέρει*, causam afferre non potest? Num eorumdem *ἑκάστου ὧν προσφέρει*? Jam igitur si damus *λόγον ἔχειν τινὸς* hic, ut ubique, significare *intelligentiam alicujus rei habere*, nondum tamen apparet, quid auctor voce *ἑκάστου* significaverit. Respicit Socrates ad haec in 501 A dicens *ἡ ἰατρικὴ μὲν τούτου οὗ θεραπεύει καὶ τὴν φύσιν ἔσκεπται καὶ τὴν αἰτίαν ὧν πράττει, καὶ λόγον ἔχει τούτων ἑκάστου δοῦναι.* In his demum nemo non intelligit illa *τὴν αἰτίαν ὧν πράττει* i. e. *causam, ob quam facit quae facit.* Itaque superiorum etiam hujusmodi fere sensus sit necesse est: (*τὴν ὀψοποιικὴν* dico *ἐμπειρίαν*), *quod nullam intelligentiam habet eorum, quae praebet, qualia natura sint, ita ut causam cujusque* (i. e. ob quam quodque praebet) *non possit dicere.* Verum Graeca hunc sensum reddere non possunt, mihi autem non contigit ea corrigere.

— B *ἡ ὀψοποιικὴ κολακεία*] Vox *κολακεία* hic a scribis *ἀμούσως* invecta. Nusquam memoratur *ὀψοποιικὴ κολακεία*, neque *κομμωτικὴ κολακεία*, neque usquam his simile quoddam artis nomen

ὑπόκειται· τῇ δὲ γυμναστικῇ κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον τοῦτον ἡ κομ-
μωτική, κακοῦργός τ' οὖσα καὶ ἀπατηλὴ καὶ ἀγεννὴς καὶ ἀνελεύ-
θερος, σχήμασι καὶ χρώμασι καὶ λειότησι καὶ ἐσθήσει ἀπατῶσα,
ὥστε ποιεῖν ἀλλότριον κάλλος ἐφελκομένους τοῦ οἰκείου τοῦ διὰ τῆς
γυμναστικῆς ἀμελεῖν. ἵν' οὖν μὴ μακρολογῶ, ἐθέλω σοι εἰπεῖν ὥσπερ
οἱ γεωμέτραι — ἤδη γὰρ ἂν ἴσως ἀκολουθήσειας — ὅτι ὃ κομμω-
C τικὴ πρὸς γυμναστικήν, τοῦτ' ὀψοποιικὴ πρὸς ἰατρικήν· μᾶλλον δ'
ὧδε, ὅτι ὃ κομμωτικὴ πρὸς γυμναστικήν, τοῦτο σοφιστικὴ πρὸς
νομοθετικήν, καὶ ὅτι ὃ ὀψοποιικὴ πρὸς ἰατρικήν, τοῦτο ῥητορικὴ πρὸς
δικαστικήν. ὅπερ μέντοι λέγω, διέστηκε μὲν οὕτω φύσει, ἅτε δ' ἐγγὺς
ὄντων, φύρονται ἐν ταὐτῷ καὶ περὶ ταὐτὰ σοφισταὶ καὶ ῥήτορες,
καὶ οὐκ ἔχουσιν ὅ τι χρήσωνται οὔτ' αὐτοὶ ἑαυτοῖς οὔθ' οἱ ἄλλοι
ἄνθρωποι τούτοις. καὶ γὰρ ἄν, εἰ μὴ ἡ ψυχὴ τῷ σώματι ἐπεστά-
D τει, ἀλλ' αὐτὸ αὑτῷ, καὶ μὴ ὑπὸ ταύτης κατεθεωρεῖτο καὶ διεκρί-
νετο ἥ τ' ὀψοποιικὴ καὶ ἡ ἰατρική, ἀλλ' αὐτὸ τὸ σῶμα ἔκρινε σταθ-
μώμενον ταῖς χάρισι ταῖς πρὸς αὑτό, τὸ τοῦ Ἀναξαγόρου ἂν πολὺ
ἦν, ὦ φίλε Πῶλε· σὺ γὰρ τούτων ἔμπειρος· ὁμοῦ ἂν πάντα χρή-
ματα ἐφύρετο ⌈ἐν τῷ αὐτῷ⌉, ἀκρίτων ὄντων τῶν τ' ἰατρικῶν καὶ
ὑγιεινῶν καὶ ὀψοποιικῶν. ὃ μὲν οὖν ἐγώ φημι τὴν ῥητορικὴν εἶναι,

comitatur vocem κολακεία. Est ἡ ὀψοποιικὴ secundum Socratem κολακεία quaedam vel potius κολακείας μόριον, quemadmodum κομμωτική, σοφιστικὴ et ῥητορική, ubique tamen de his loquitur ut de artibus, quae revera exercebantur. — Paulo inferius recentiores, fide codicum, opinor, decepti, damnata lectione ἀκολουθήσειας, jam Stephanianae editionis ornamento, ediderunt ἀκολουθήσαις. — Quae porro leguntur in C ὅπερ μέντοι λέγω, διέστηκε μὲν — οὔθ' οἱ ἄλλοι ἄνθρωποι τούτοις. ut aliis mihi quoque videntur desperato morbo laborare. Itaque irrita quaecunque exegetici ad haec venditant.

— D ὁμοῦ — ἐν τῷ αὐτῷ — ἰατρικῶν καὶ ὑγιεινῶν] Vulgo simpliciter Anaxagorae placitum sic referunt: ὁμοῦ πάντα χρήματα. Vidi Phd. 72 C Arist. Μετὰ τὰ φ. III, 4. Quid sit ὁμοῦ, optime discimus ex Arist. Avv. 1331.

Σὺ δὲ τὰ πτερὰ πρῶτον
διάθες τάδε κόσμῳ·
τά τε μουσίχ' ὁμοῦ τά τε μαντικὰ καὶ
τὰ θαλάττια.

Est ὁμοῦ = ἐν ταὐτῷ (τόπῳ), quemadmodum ὁμόσε = εἰς τὸν αὐτὸν τόπον et ὁμόθεν = ἐκ τοῦ αὐτοῦ τόπου. Itaque μιγνύναι, κεραννύναι, κυκᾶν, φύρειν ὁμοῦ significant *miscere in unum* etc. Ferri igitur non potest ἐν τῷ αὐτῷ simul cum ὁμοῦ. sed illud ejiciendum utpote e glossemata ortum. Neque in Philebo 50 B Plato scribere potuit: Μηνύει δὴ νῦν ὁ λόγος — λύπας ἡδοναῖς ἅμα κεράννυσθαι —: sed ὁμοῦ. Sic in 62 C φύρεσθαι dicuntur variae res ὁμοῦ, non ἅμα. In Phd. 101 D ἅμα δ' οὐκ ἂν φύροιο — περί τε τῆς ἀρχῆς διαλεγόμενος καὶ τῶν ἐξ ἐκείνης ὡρμημένων. pertinet vox ἅμα ad διαλεγόμενος περὶ τῆς ἀρχῆς et τῶν ὡρμημένων, et φύρειν non necessario adjunctam habet voculam ὁμοῦ. Vide Ibid. 97 B. — Redeundum ad Gorgiam. Olim mihi valde arridebat criticorum sententia delenda esse illa καὶ ὑγιεινῶν censentium. Verum Platonem versantes saepius in adjectiva ἰατρικὸς una cum ὑγιεινὸς imprimis in neutro genere posita incidimus, ubi secundum nostrae linguae idioma alterutrum sufficere videtur. Vide Pol. 295 E, 299 C Rep. 488 C, Legg. 709 B, Sij 188 C. Ex posterioribus locis apparebit etiam adjectiva ναυτικὸς et κυβερνητικὸς eadem fere ratione usurpari. His similia annotavi in Crit. 43 C. Et ut fatear, quod nunc sentiam, ego ne suspicari quidem possum, cur scribarum vel hebetissimus ad vocem ἰατρικῶν adscripserit ὑγιεινῶν. Utrumque igitur retinendum.

ἀκήκοας, ἀντίστροφον ὀψοποιίας ἐν ψυχῇ, ὡς ἐκεῖνο ἐν σώματι.
Ἴσως μὲν οὖν ἄτοπον πεποίηκα, ὅτι σε οὐκ ἐῶν μακροὺς λόγους E
λέγειν αὐτὸς συχνὸν λόγον ἀποτέτακα. ἄξιον μὲν οὖν ἐμοὶ συγγνώ-
μην ἔχειν ἐστί. λέγοντος γάρ μου βραχέα οὐκ ἐμάνθανες, οὐδὲ
χρῆσθαι τῇ ἀποκρίσει ἥν σοι ἀπεκρινάμην οὐδὲν οἷός τ' ἦσθα, ἀλλ'
ἐδέου ἐξηγήσεως. ἐὰν μὲν οὖν κἀγὼ σοῦ ἀποκριναμένου μὴ ἔχω
ὅ τι χρήσωμαι, ἀπότεινε καὶ σὺ λόγον, ἐὰν δ' ἔχω, ἔα με 466
χρῆσθαι. δίκαιον γάρ. καὶ νῦν ταύτῃ τῇ ἀποκρίσει εἴ τι ἔχεις
χρῆσθαι, χρῶ.

XXI. ΠΩΛ. Τί οὖν φής; κολακεία δοκεῖ σοι εἶναι ἡ ῥητορική; —
ΣΩ. Κολακείας μὲν οὖν ἔγωγ' εἶπον μόριον. ἀλλ' οὐ μνημονεύεις
τηλικοῦτος ὤν, ὦ Πῶλε; τί τάχα δράσεις ⌈πρεσβύτης γενόμενος⌉; —
ΠΩΛ. Ἆρ' οὖν δοκοῦσί σοι ὡς κόλακες ἐν ταῖς πόλεσι φαῦλοι νομί-
ζεσθαι οἱ ἀγαθοὶ ῥήτορες; — ΣΩ. Ἐρώτημα τοῦτ' ἐρωτᾷς, ἢ λόγου B
τινὸς ἀρχὴν λέγεις; — ΠΩΛ. Ἐρωτῶ ἔγωγε. — ΣΩ. Οὐδὲ νομί-
ζεσθαι ἔμοιγε δοκοῦσι. — ΠΩΛ. Πῶς οὐ νομίζεσθαι; οὐ μέγιστον
δύνανται ἐν ταῖς πόλεσιν; — ΣΩ. Οὔκ, εἰ τὸ δύνασθαί γε λέγεις
ἀγαθόν τι εἶναι τῷ δυναμένῳ. — ΠΩΛ. Ἀλλὰ μὲν δὴ λέγω γε. —

— E *αὐτὸς συχνὸν λόγον ἀποτέτακα*] Pro *συχνὸν* codices nonnulli habent *μακρὸν* et unus reliquorum omittit *λόγον*. Illud *συχνὸν* genuinum esse non est quod moneam. Caeterum dictio *τείνειν*, *ἐκτείνειν*, *ἀποτείνειν μακρὸν* (sive *συχνὸν*) *λόγον* quamquam passim obvia nullam habet difficultatem, non laudare tamen non possum Protag. 336 C — *διαλεγέσθω — μὴ ἐφ' ἑκάστῃ ἐρωτήσει μακρὸν λόγον ἀποτείνων, ἐκκρούων τοὺς λόγους, καὶ οὐκ ἐθέλων διδόναι λόγον ἀλλ' ἀπομηκύνων ἕως ἂν ἐπιλάθωνται περὶ ὅτου τὸ ἐρώτημα ἦν οἱ πολλοὶ τῶν ἀκουόντων*. Ad *ἀπομηκύνειν* intellige *λόγον* vel *λόγους*. Itaque *ἀπομηκύνειν λόγον* est ≒ *ἀποτείνειν μακρὸν λόγον*. Utitur auctor illo, ne bis hoc eodem utatur. Ad haec jam corrige Soph. 217 D Ὦ Σ., *αἰδώς τίς μ' ἔχει τὸ νῦν πρῶτον συγγενόμενον ὑμῖν μὴ κατὰ σμικρὸν ἔπος πρὸς ἔπος ποιεῖσθαι τὴν συνουσίαν, ἀλλ' ἐκτείναντα ἀπομηκύνειν λόγον συχνὸν κατ' ἐμαυτόν, εἴτε καὶ πρὸς ἕτερον οἷον ἐπίδειξιν ποιούμενον*. Utrum enim verbi causa absurdius *συντέμνειν λόγον βραχύν*, an *ἀπομηκύνειν λόγον συχνόν*? Est igitur illud *ἀπομηκύνειν* interpretamentum *τοῦ ἐκτείναντα λόγον συχνόν*. Jam concedis ferri non posse *ἀπομηκύνειν*: Platoni tamen hoc non abjudicandum censes, quippe saepissime verborum tali abundantia utenti. Audias igitur alterum argumentum ex constructione petitum evidentissimum. Unde pendet infinitivus *ἀπομηκύνειν*? Num fortasse putas eum opponi *τῷ συνουσίαν ποιεῖσθαι*? Praeterea omnino ineptum est *τῷ ἀπομηκύνειν* subjungere *τὸ ἐπίδειξιν ποιούμενον*, cum *ἐπιδείκνυσθαι* dicatur *ὁ λέγων* non *διὰ βραχέων* sed *διὰ μακρῶν* i. e. *ἀπομηκύνων λόγον*. Si quis igitur defendere vellet infinitivum *ἀπομηκύνειν*, ei necessario etiam *ἐπίδειξιν ποιούμενον* mutandum esset in infinitivum. Quare ne dubites delere illud *ἀπομηκύνειν*. Unus tantum infinitivus requiritur et *τῷ μὴ κατὰ σμικρὸν* opponitur duplex hoc et *ἐκτείνοντα λόγον συχνὸν* et *ἐπίδειξιν ποιούμενον*. Semel enim recepto *ἀπομηκύνειν*, deinde ex *ἐκτείνοντα* aoristus factus. Vide Sij. 176 E — *συγχωρεῖν πάντας μὴ διὰ μέθης ποιήσασθαι τὴν ἐν τῷ παρόντι συνουσίαν, ἀλλ' οὕτω πίνοντας πρὸς ἡδονήν*. Ubi prorsus eodem modo *τῷ μὴ διὰ μέθης* opponitur *τὸ πίνοντας πρὸς ἡδονήν*, neque infinitivus *πίνειν* ferri posset. Itaque in his tribus locis ratio, qua *διαλέγεσθαι* vel *συνουσίαν ποιεῖσθαι* oportere dicitur, verborum participiis exprimitur. Jam nunc Platonem scripsisse *ἀλλ' ἐκτείνοντα λόγον συχνόν*, non vero *ἀλλ' ἐκτείναντα ἀπομηκύνειν λόγον συχνόν*, liquido apparere puto.

ΣΩ. Ἐλάχιστον τοίνυν μοι δοκοῦσι τῶν ἐν τῇ πόλει δύνασθαι οἱ
ῥήτορες. — ΠΩΛ. Τί δέ; οὐχ, ὥσπερ οἱ τύραννοι, ἀποκτιννύασί
C θ' ὃν ἂν βούλωνται, καὶ ἀφαιροῦνται χρήματα καὶ ἐκβάλλουσιν ἐκ
τῶν πόλεων ὃν ἂν δοκῇ αὐτοῖς; — ΣΩ. Νὴ τὸν κύνα· ἀμφιγνοῶ
μέντοι, ὦ Πῶλε, ἐφ' ἑκάστου ὧν λέγεις, πότερον αὐτὸς ταῦτα
λέγεις καὶ γνώμην σαυτοῦ ἀποφαίνει, ἢ ἐρωτᾷς. — ΠΩΛ. Ἀλλ'
ἔγωγε σὲ ἐρωτῶ. — ΣΩ. Εἶεν, ὦ φίλε· ἔπειτα δύο ἅμα με ἐρω-
τᾷς; — ΠΩΛ. Πῶς δύο; — ΣΩ. Οὐκ ἄρτι οὕτω πως ἔλεγες,
D ὅτι ἀποκτιννύασιν οἱ ῥήτορες οὓς ἂν βούλωνται, ὥσπερ οἱ τύραννοι,
καὶ χρήματα ἀφαιροῦνται καὶ ἐξελαύνουσιν ἐκ τῶν πόλεων ὃν ἂν
δοκῇ αὐτοῖς; — ΠΩΛ. Ἔγωγε.

XXII. ΣΩ. Λέγω τοίνυν σοι, ὅτι δύο ταῦτ' ἐστὶν [τὰ] ἐρωτή-
ματα, καὶ ἀποκρινοῦμαί γέ σοι πρὸς ἀμφότερα. Φημὶ γάρ, ὦ
Πῶλε, ἐγὼ καὶ τοὺς ῥήτορας καὶ τοὺς τυράννους δύνασθαι μὲν ἐν
ταῖς πόλεσι σμικρότατον, ὥσπερ νῦν δὴ ἔλεγον· οὐδὲν γὰρ ποιεῖν
E ὧν βούλονται, ὡς ἔπος εἰπεῖν· ποιεῖν μέντοι ὅ τι ἂν αὐτοῖς δοκῇ
βέλτιστον εἶναι. — ΠΩΛ. Οὐκοῦν τοῦτ' ἔστι τὸ μέγα δύνασθαι; —
ΣΩ. Οὔχ, ὥς γέ φησι Πῶλος. — ΠΩΛ. Ἐγὼ οὔ φημι; Φημὶ
μὲν οὖν ἔγωγε. — ΣΩ. Μὰ τόν, οὐ σύ γε, ἐπεὶ τὸ μέγα δύνασθαι
ἔφησθ' ἀγαθὸν εἶναι τῷ δυναμένῳ. — ΠΩΛ. Φημὶ γὰρ οὖν. —

466 D — *δύο ταῦτ' ἐστὶ τὰ ἐρωτήματα*] Haec omnes intelligimus: (dico tibi) *has duas interrogationes esse* i. e. *quae rogasti non unam sed duas continere interrogationes.* Graeca autem significant: (dico tibi) *has interrogationes esse duas* i. e. *plures tuas interrogationes esse duas sive ad duas redigi posse.* Quod ineptum, nam una tantum interrogatione usus erat Polus, idque ipsum Socrates ait, ut ei ostendat eum duplici interrogatione usum esse, non una. Summo jure igitur omittimus articulum *τὰ* secundum tres codices. Videntur haec minoris momenti esse, iis scilicet, qui criticen non exerceant. Ex talibus enim locis imprimis confici potest, quam temere mutarint textum librarii ne a facillimis quidem et simplicissimis abstinentes. Eandem articuli sortem vide Rep. 470 B *Φαίνεταί μοι, ὥσπερ καὶ ὀνομάζεται δύο ταῦτα ὀνόματα πόλεμός τε καὶ στάσις, οὕτω καὶ εἶναι δύο κτέ.* Ubi etiam in codicibus *ταῦτα τὰ ὀνόματα.* Sed plurimi codices hic non habent *τὰ*, in Gorgia autem habent. Iterum igitur hic editores auctoritatem in majori codicum numero ponere maluerunt quam in linguae lege. Caeterum non dubito in E *ὅ τι ἂν δόξῃ* scribere *δοκῇ* (quod dedi) pro *δόξῃ*.

— E. *ἔφησθ' ἀγαθὸν εἶναι*] Poli responsum non bene se habet post imperfectum. Debebat esse *Ἔφην γάρ.* non *Φημὶ γὰρ οὖν.* Vide 495 C. Quare scribe *φῄς* pro *ἔφης*. Scribae fortasse rati *ἐπεὶ* esse temporale scripsisse videntur imperfectum, quod neque hic neque in 467 A *ἡ δὲ δύναμίς ἐστιν, ὡς σὺ φῄς, ἀγαθόν.* requiritur. Praeterea debebat esse *ἔφησθα*, cujus vero scriptionis nullum in codicibus superest vestigium. — Paulo inferius codex habet *σὺ* post *καὶ ταῦτα καλεῖς*. Optime. — In Phdr. 263 A *Σ. Ἆρ' οὖν οὐ παντὶ δῆλον τό γε τοιόνδε, ὡς περὶ μὲν ἔνια τῶν τοιούτων ὁμονοητικῶς ἔχομεν περὶ δ' ἔνια στασιαστικῶς; Φ. Δοκῶ μὲν ὃ λέγεις μανθάνειν, ἔτι δ' εἰπὲ σαφέστερον.* pro *τῶν τοιούτων* necessario *τῶν ὄντων* requiri olim jam indicavi. Vide E, ubi revera *ὄντων* et *τοιούτων* in codice confunduntur. Adde argumentis tunc allatis hoc ex Phaedri responso petitum. Ubique apud Platonem tale dictum, in quo illud *τῶν τοιούτων* vel alia quaevis hujus vocis forma sic indefinite adhibetur, excipitur quaestione, quae hic esset *Τῶν ποίων;*

ΣΩ. Ἀγαθὸν οὖν οἴει εἶναι, ἐάν τις ποιῇ ταῦτα, ἃν δοκῇ αὐτῷ
βέλτιστα εἶναι, νοῦν μὴ ἔχων; καὶ τοῦτο καλεῖς (σὺ) μέγα δύνα-
σθαι; — ΠΩΛ. Οὐκ ἔγωγε. — ΣΩ. Οὐκοῦν ἀποδείξεις τοὺς
ῥήτορας νοῦν ἔχοντας καὶ τέχνην τὴν ῥητορικήν, ἀλλὰ μὴ κολακείαν, 467
ἐμὲ ἐξελέγξας; εἰ δέ με ἐάσεις ἀνέλεγκτον, οἱ ῥήτορες οἱ ποιοῦντες
ἐν ταῖς πόλεσιν ἃ δοκεῖ αὐτοῖς καὶ οἱ τύραννοι οὐδὲν ἀγαθὸν τοῦτο
κεκτήσονται. ἡ δὲ δύναμίς ἐστιν, ὡς σὺ φῄς, ἀγαθόν, τὸ δὲ ποιεῖν
ἄνευ νοῦ ἃ δοκεῖ καὶ σὺ ὁμολογεῖς κακὸν εἶναι. ἢ οὔ; — ΠΩΛ.
Ἔγωγε. — ΣΩ. Πῶς ἂν οὖν οἱ ῥήτορες μέγα δύναιντο ἢ οἱ τύ-
ραννοι ἐν ταῖς πόλεσιν, ἐὰν μὴ Σωκράτης ἐξελεγχθῇ ὑπὸ Πώλου,
ὅτι ποιοῦσιν ἃ βούλονται; — ΠΩΛ. Οὗτος ἀνὴρ — ΣΩ. Οὔ φημι B
ποιεῖν αὐτοὺς ἃ βούλονται· ἀλλά μ' ἔλεγχε. — ΠΩΛ. Οὐκ ἄρτι
ὡμολόγεις ποιεῖν ἃ δοκεῖ αὐτοῖς βέλτιστα εἶναι ⌜τούτου πρόσθεν⌝; —
ΣΩ. Καὶ γὰρ νῦν ὁμολογῶ. — ΠΩΛ. Οὐκοῦν ποιοῦσιν ἃ βούλον-
ται; — ΣΩ. Οὔ φημι. — ΠΩΛ. Ποιοῦντες δ' ἃ δοκεῖ αὐτοῖς; —
ΣΩ. Φημί. — ΠΩΛ. Σχέτλια λέγεις καὶ ὑπερφυῆ, ὦ Σώκρατες. —

467 A Οὐκοῦν ἀποδείξεις — ἐξελέγξας — ἀνέλεγκτον —] Interpretes nescio qua ratione haec exponant. In futuro ἀποδείξεις vim aoristi videre sibi videntur et in aoristo ἐξελέγξας vim praesentis! Porro docere conantur verbum ἐξελέγχειν hic non idem significare quod in 467 A f. ἐὰν μὴ Σωκράτης ἐξελεγχθῇ. Quid autem significet adjectivum ἀνέλεγκτος tantum non dicunt: sed quidni hoc ita intelligunt, ut, si demseris α, quae dicitur privans, habeat vim quamdam mediam ex utraque, quam diversam eidem illi verbo ἐξελέγχειν affingunt, derivatam? At mittamus has nugas. Illa εἰ δέ με ἐάσεις ἀνέλεγκτον sensu flagitante sic supplentes εἰ δέ, non ἀποδείξας rhetores sapere etc.; με ἐάσεις ἀνέλεγκτον, viam nobis muniemus ad genuinam scriptionem. Primum enim jam nunc patet τῷ με ἐάσεις ἀνέλεγκτον opponi non posse τὸ ἀποδείξεις, sed τὸ ἐξελέγξεις: deinde quisque sentit, qui ἀπέδειξε alius sententiam falsam esse, eum recte dici ἐξελέγχειν alium. Quod quam verum sit, conficere licet ex C, ubi Socrates, ut se redarguat, adhortatur Polum dicens ἐπίδειξον ὅτι ψεύδομαι. Itaque facillima opera ex ἀποδείξεις facimus ἀποδείξας, et ex ἐξελέγξας primarium praedicati verbum ἐξελέγξεις, ut nulla supersit difficultas. Vide participium ἀποδείξας eodem modo positum in Phil. 35 D. al. — Ad τοῦτο, quod mox in his οὐδὲν ἀγαθὸν τοῦτο κεκτήσονται intellige τὸ ποιεῖν ἃ δοκεῖ. — Quae deinde leguntur εἰ δὴ δύναμις recte ita ex Stobaeo ediderunt pro ἡ δὲ δύναμις.

— B ἀλλά μ' ἔλεγχε] Annotant codicis lectionem μετέλεγχε. In Sij. 217 B legitur — εἰ ψεύδομαι, ὦ Σ., ἐξέλεγχε. Illud μετέλεγχε vestigium servasse mihi videtur compositi ἐξέλεγχε, etiam in Gorgia reponendi. Verisimillimum enim scribam, ratum syllabam ΜΕΞ nihili use, ex ea fecisse in Gorgia μετ —, et in Symposio omisisse pronomen μ'. Idem compositum verbum in Gorgia ter deinceps in eodem sensu recurrit. — Alii jam recte omiserunt τούτου πρόσθεν ut glossema vocis ἄρτι, et ex Stobaeo γε post Σχέτλια receperunt. Vide paulo inferius 473 A. Ἄτοπά γε, ὦ Σ., ἐπιχειρεῖς λέγειν. al.

Ibid. Π. Ποιοῦντες δ' ἃ δοκεῖ αὐτοῖς; Σ. Φημί.] Qui non assentiuntur approbantibus lectionem ποιοῦσι pro ποιοῦντες illo ex Stobaeo petitam hoc afferunt argumentum: repetenda esse superiora Οὐκοῦν ποιοῦσιν ἃ βούλονται, ut plena ex illis ποιοῦντες δ' ἃ δοκεῖ αὐτοῖς haec fiat quaestio: Οὐκοῦν οἱ ῥήτορες ἢ οἱ τύραννοι ποιοῦντες ἃ δοκεῖ αὐτοῖς ποιοῦσιν ἃ βούλονται; Verum non vident hac quaestione ita constituta totum hunc locum labefactari. Socrates ad eam respondere non potuisset: Φημί., sed respondendam ei fuisset vel potius objurgandum stupidam Poli pertinaciam hunc fere in modum: Νὴ τὸν κύνα, ὦ Πῶλε, πάλιν εἰς ταὐτὸ φερόμεθα.

ΣΩ. Μὴ κατηγόρει, ὦ λῷστε Πῶλε, ἵνα προσείπω σε κατὰ σέ·
C ἀλλ' εἰ μὲν ἔχεις ἐμὲ ἐρωτᾶν, ἐπίδειξον, ὅτι ψεύδομαι, εἰ δὲ μή, αὐτὸς ἀποκρίνου. — ΠΩΛ. Ἀλλ' ἐθέλω ἀποκρίνεσθαι, ἵνα καὶ εἰδῶ ὅ τι λέγεις.

XXIII. ΣΩ. Πότερον οὖν σοι δοκοῦσιν ἄνθρωποι τοῦτο βούλεσθαι, ὃ ἂν πράττωσιν ἑκάστοτε, ἢ 'κεῖνο, οὗ ἕνεκα πράττουσι τοῦθ', ὃ πράττουσιν: οἷον οἱ τὰ φάρμακα πίνοντες παρὰ τῶν ἰατρῶν πότερόν σοι δοκοῦσι τοῦτο βούλεσθαι, ὅπερ ποιοῦσι, πίνειν τὸ φάρμακον καὶ ἀλγεῖν, ἢ 'κεῖνο, τὸ ὑγιαίνειν, οὗ ἕνεκα πίνουσι; — ΠΩΛ. Δῆλον
D ὅτι τὸ ὑγιαίνειν, ⌈οὗ ἕνεκα πίνουσιν⌉. — ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ οἱ πλέοντές τε καὶ τὸν ἄλλον χρηματισμὸν χρηματιζόμενοι οὐ τοῦτο ⌈ἔστιν ὃ⌉ βούλονται, ὃ ποιοῦσιν ἑκάστοτε — τίς γὰρ βούλεται πλεῖν τε καὶ

δύο ταῦτ' ἐστὶν ἐρωτήματα, ὥσπερ νῦν δὴ ἐλέγομεν. ἀλλ' οὐκ αὖ μνημονεύεις etc. Socrates saltem, si illa tandem quaesivisset Polus, oleum et operam se perdidisse sentiret videns frustra disputata a se inde a 466 C—467 C eo consilio, ut viam muniret ad argumentationem, quam orditur in 467 C his verbis πότερον οὖν σοι δοκοῦσιν ἄνθρωποι κτέ. Hoc igitur egerit atque effecerit Socrates disputatione necesse est, ut Polus, quamquam unum idemque esse putet τό τινα ποιεῖν ἃ βούλεται et ἃ δοκεῖ αὐτῷ et quamquam non intelligat, quomodo ea distinguenda sint, quidve omnino sibi velint argutiae illae Socraticae, tamen distincte alterum seorsim ab altero accipiat atque interroget — hoc dico effecerit Socrates necesse est, antequam coeperit argumentari, ne Polus interrumpat argumentationem duo illa iterum confundens et ne cogat Socratem denuo eadem repetere. Quae enim modo in 467 B Socratem negantem et ajentem σχέτλια et ὑπερφυῆ loqui dixerat Polus, eadem haec negat et ait coactus a Socrate in 468 D, ubi primum respondet: Ναί (ποιεῖ ὁ τύραννος ἃ δοκεῖ αὐτῷ), deinde: Ἀλλ' οὔ μοι δοκεῖ ποιεῖν (ὁ τύραννος) ἃ βούλεται. seorsim ad alteram quaestionem. Qui finis est totius hujus disputationis et argumentationis: nam his concessis, non tantum non facere ἃ βούλεται, sed etiam neque μέγα δύνασθαι tyrannum concedendum. Igitur Ποιοῦσι δ' ἃ δοκεῖ αὐτοῖς non vera lectio esse non potest.

Ibid. ὦ λῷστε Πῶλε] His similia leguntur in Protag. 336 B Οὐ καλῶς λέγεις, ἔφη, ὦ Καλλία. nec non in Sy. 185 C Παυσανίου δὲ παυσαμένου. Qualia ne putes Platonem temere ac forte fortuna ita scripsisse. Omnium scribendi arte praestantissimus auctor hujusmodi artificia rhetorica ludit et diserte improbat. Quod imprimis ex verbis apparet, quae eandem personam in Sy. illi dicto suggerentem facit auctor, his: διδάσκουσι γάρ με ἴσα λέγειν οὑτωσὶ οἱ σοφοί. Idem enim sexcentis aliis modis exprimi potest. ex. gr. quod in Sy. 185 C sic: — Μετὰ δὲ Παυσανίαν ἔφη ὁ Ἀριστόδημος δεῖν μὲν Ἀριστοφάνη κτέ. quemadmodum in 180 C. Φαῖδρον μὲν τοιοῦτόν τινα λόγον εἰπεῖν, μετὰ δὲ Φαῖδρον ἄλλους τινὰς εἶναι, ὧν οὐ πάνυ διεμνημόνευεν (Ἀριστόδημος). Sed hujus loci intellectus prorsus ἀδύνατος. Quorum enim non meminisse narratur Aristodemus? Num convivarum? Plato sine dubio scripsit εἰπεῖν, non εἶναι: quo recepto, sermonum a quibusdam convivis habitorum fere oblitum Aristodemum narrat Apollodorus. Vide 178 A, ubi eadem fere res tangitur, πάντων μὲν οὖν ἃ ἕκαστος εἶπεν οὔτε πάνυ ὁ Ἀριστόδημος ἐμέμνητο οὔτε κτέ.

— D Δῆλον ὅτι —, οὗ ἕνεκα πίνουσιν — οὐ τοῦτό ἐστιν ὃ βούλονται] Praemittuntur his haec verba — ἐκεῖνο τὸ ὑγιαίνειν, οὗ ἕνεκα πίνουσι; quibus praemissis qui fortasse ferri posse putet repetita illa οὗ ἕνεκα πίνουσιν si non credat Platonem versantibus talia autem aversantibus, duobus codicibus fidem habens ea omittat. — Quod mox legitur ἐστὶν ὃ non magis Platone dignum. Primum enim non placet repetitum pronomen relativum ὃ utrumque ad τοῦτο referendum: tum omnis constructio claudicat, nisi illud ἐστὶν ὃ deleveris. Si sic fere scripta essent: Οὐκοῦν οὐ τοῦτ' ἐστὶν ὃ βούλονται οἱ πλέον-

κινδυνεύειν καὶ πράγματ' ἔχειν; — ἀλλ' ἐκεῖνο, οἶμαι, οὗ ἕνεκα πλέουσι, πλουτεῖν· πλούτου γὰρ ἕνεκα πλέουσι. — ΠΩΛ. Πάνυ γε. — ΣΩ. Ἄλλο τι οὖν οὕτω καὶ περὶ πάντων; ἐάν τίς τι πράττῃ ἕνεκά του, οὐ τοῦτο βούλεται, ὃ πράττει, ἀλλ' ἐκεῖνο, οὗ ἕνεκα πράττει; — ΠΩΛ. Ναί. — ΣΩ. Ἆρ' οὖν ἔστι τι τῶν ὄντων, E
ὃ οὐχὶ ἤτοι ἀγαθόν γ' ἐστὶν ἢ κακὸν ἢ μεταξὺ τούτων οὔτ' ἀγαθὸν οὔτε κακόν; — ΠΩΛ. Πολλὴ ἀνάγκη, ὦ Σώκρατες. — ΣΩ. Οὐκοῦν λέγεις εἶναι ἀγαθὸν μὲν σοφίαν τε καὶ ὑγίειαν καὶ πλοῦτον καὶ τἆλλα τὰ τοιαῦτα, κακὰ δὲ τἀναντία τούτων; — ΠΩΛ. Ἔγωγε. — ΣΩ. Τὰ δὲ μήτ' ἀγαθὰ μήτε κακὰ ἆρα τοιάδε λέγεις, ἃ ἐνίοτε μὲν μετέχει τοῦ ἀγαθοῦ, ἐνίοτε δὲ τοῦ κακοῦ, ἐνίοτε δ' οὐδ- 468
ετέρου, οἷον καθῆσθαι καὶ βαδίζειν καὶ τρέχειν καὶ πλεῖν, καὶ οἷον αὖ λίθους καὶ ξύλα καὶ τἆλλα τὰ τοιαῦτα; οὐ ταῦτα λέγεις; ἢ ἄλλ' ἄττα καλεῖς τὰ μήτ' ἀγαθὰ μήτε κακά. — ΠΩΛ. Οὔκ, ἀλλὰ ταῦτα. — ΣΩ. Πότερον οὖν τὰ μεταξὺ ταῦθ' ἕνεκεν τῶν ἀγαθῶν πράττουσιν, ὅταν πράττωσιν, ἢ τἀγαθὰ τῶν μεταξύ; — ΠΩΛ. Τὰ μεταξὺ δήπου τῶν ἀγαθῶν. — ΣΩ. Τἀγαθὸν ἄρα διώ- B
κοντες καὶ βαδίζομεν, ὅταν βαδίζωμεν, οἰόμενοι βέλτιον εἶναι, καὶ τοὐναντίον ἕσταμεν, ὅταν ἑστῶμεν, τοῦ αὐτοῦ ἕνεκα, τοῦ ἀγαθοῦ. ἢ οὔ; — ΠΩΛ. Ναί. — ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ ἀποκτίννυμεν, εἴ τιν' ἀποκτίννυμεν, καὶ ἐκβάλλομεν καὶ ἀφαιρούμεθα χρήματα, οἰόμενοι ἄμεινον

τες —, τὸ πλεῖν, ἀλλ' ἐκεῖνο κτέ. stare posset illud ἐστὶν ὅ, et bona saltem esset constructio. Sed ita omnia refingere minime decet criticen. Refinxi tantum hoc consilio, ut sentias quid velim quidque constructioni desit. Si autem quaeris, cur illud ἐστὶν ὃ addiderint, responsum est in promtu. Non viderunt scribae Platonem variare orationem et pro simplice infinitivo πλεῖν, quam constructionem modo secutus erat in verbo πίνειν, nunc interponere illa τίς γὰρ βούλεται πλεῖν κτέ. Absolvendam igitur esse quodammodo periodum arbitrati inseruisse videntur illas voculas. Sed isti Attica constructione non satis imbuti eam pessum dederunt alterum subjectum faciendo ex τοῦτο et ita avellendo prius subjectum οἱ πλέοντες a suo praedicato, ut nullum praedicatum supersit ad hoc referendum. Omnia igitur planissima sunt, si deleveris illas voculas et illa τίς γὰρ — ἔχειν in parenthesi posueris sic: Οὐκοῦν οἱ πλέοντες ..... οὐ τοῦτο βούλονται, ὃ ποιοῦσιν ἑκάστοτε — τίς γὰρ βούλεται πλεῖν ..... καὶ πράγματ' ἔχειν; — ἀλλ' ἐκεῖνο (βούλονται), οἶμαι κτέ.

468 B εἴ τιν' ἀποκτίννυμεν] Variam habet formam in codicibus verbum ἀποκτίννυμεν, unam aliis locis quoque depravatam, hanc ἀποκτιννύωμεν. Quam scribe, et ex eodem codice recipe ὅταν pro εἰ. Deinde posteriores hujus periodi voces ἢ μὴ non congruunt sententiae. Annotant lectionem ἢ οὐ pro ἢ μή, eamque recipientes ita intelligunt locum, ut cogitatione repetenda esse ad ἢ οὒ superius ἀποκτίννυμεν et reliqua verba finita censeant. Verum si Plato scripsit ἢ οὔ, ego arbitror ante eas voculas punctum ponendum et post eas signum interrogationis, quemadmodum sexcenties ἢ οὔ;, ἢ γάρ;, οὐ γάρ; periodo absolutae subjuncta invenimus. His similes interrogandi formulae sunt οὐχ οὕτως;, οὐχ οὕτως ἔχει;, ἔστι ταῦτα;, ἔστι ταῦτ' ἢ οὔ;, φὴς ἢ οὔ;, συγχωρεῖς ἢ οὔ;, quales omnes periodum absolutam sequuntur. Ut igitur dicam quod sentiam, nulla comparatione vel negatione indigere mihi videtur sententia. Neque enim hic est sensus, secundum quem posteriora plene sic scribenda essent: — οἰόμενοι ἄμεινον εἶναι ἡμῖν ταῦτα ποιεῖν

εἶναι ἡμῖν ταῦτα ποιεῖν ἢ μή; — ΠΩΛ. Πάνυ γε. — ΣΩ. Ἕνεκ' ἄρα τοῦ ἀγαθοῦ ἅπαντα ταῦτα ποιοῦσιν οἱ ποιοῦντες. — ΠΩΛ. Φημί.

XXIV. ΣΩ. Οὐκοῦν ὡμολογήσαμεν, ἃ ἕνεκά του ποιοῦμεν, μὴ
C ἐκεῖνα βούλεσθαι, ἀλλ' ἐκεῖνο, οὗ ἕνεκα ταῦτα ποιοῦμεν; — ΠΩΛ. Μάλιστα. — ΣΩ. Οὐκ ἄρα σφάττειν βουλόμεθα οὐδ' ἐκβάλλειν ἐκ τῶν πόλεων οὐδὲ χρήματα ἀφαιρεῖσθαι ἁπλῶς οὕτως, ἀλλ' ἐὰν μὲν ὠφέλιμα ᾖ ταῦτα, βουλόμεθα πράττειν αὐτά, βλαβερὰ δ' ὄντα οὐ βουλόμεθα. τὰ γὰρ ἀγαθὰ βουλόμεθα, ὡς φὴς σύ, τὰ δὲ μήτ' ἀγαθὰ μήτε κακὰ οὐ βουλόμεθα οὐδὲ τὰ κακά. ἢ γάρ; ἀληθῆ σοι δοκῶ λέγειν, ὦ Πῶλε, ἢ οὔ; Τί οὐκ ἀποκρίνει; —
D ΠΩΛ. Ἀληθῆ. — ΣΩ. Οὐκοῦν εἴπερ ταῦθ' ὁμολογοῦμεν, εἴ τις ἀποκτείνει τιν' ἢ ἐκβάλλει ἐκ πόλεως ἢ ἀφαιρεῖται χρήματα, εἴτε τύραννος ὢν εἴτε ῥήτωρ, οἰόμενος ἄμεινον εἶναι αὐτῷ, τυγχάνει δ' ὂν κάκιον, οὗτος δήπου ποιεῖ ἃ δοκεῖ αὐτῷ. ἢ γάρ; — ΠΩΛ. Ναί —

ἢ μὴ ποιεῖν. vel sic: — *οἰόμενοι ἄμεινον εἶναι ἡμῖν ταῦτα ποιεῖν ἢ ἄλλα.* Sed hujusmodi lectio et distinctio potius cogitanda est et intelligenda, in qua *τῷ ἄμεινον* mente opponamus *τὸ κάκιον*, qualem ipse Socrates diserte describit in 470 C. his verbis; Ἐγὼ *μὲν τοίνυν φημὶ* —, *ὅταν μὲν δικαίως τις ταῦτα ποιῇ* (i. e. *ἀποκτιννύῃ* etc.) *ἄμεινον εἶναι, ὅταν δ' ἀδίκως, κάκιον.* Mutasse igitur scribarum nonnullos *ἢ οὔ* in *ἢ μὴ* contendimus, cum Atticus hic comparativus eos latuerit. Quod ut persuasum habeas, inspicias locos, in quibus dialogi personas acriter disputantes facit auctor, ex. gr. infra in 510 et 520, Crat. 391 Meno 87. al. In his omnibus interrogandi formulae, quarum nonnullas enumeravi, periodis absolutis subjunguntur. Nimirum quae ex praemissis et concessis concludit ipse alicujus disputationis auctor, his talem formulam suggerit ante quam pergit ad reliqua, ut eum, quicum disputet, cogat respondere et eadem quasi couciudere. Unde responsum ad talem formulam semper est ajens. Jam nunc perlustremus locum, de quo agimus. Postquam convenit inter Socratem et Polum de singulis rebus, quae ad *τἀγαθά*, quae ad *τὰ κακά*, quae ad *τὰ μεταξὺ* referenda sint, et postquam Polus concessit homines *τὰ μεταξὺ* facere *τῶν ἀγαθῶν ἕνεκα*, ipse Socrates conclusionem subjungit duabus partibus constantem, altera Τἀγαθὸν *ἄρα διώκοντες — τοῦ ἀγαθοῦ.* altera Οὐκοῦν *καὶ ἀποκτίννυμεν — ταῦτα ποιεῖν.* Utriusque igitur partis constructio non potest non eadem esse: imo cogitatione repetenda ad secundam partem verba Τἀγαθὸν *ἄρα διώκοντες.* Ergo verbum *ποιεῖν* claudat posteriorem periodum necesse est et totam conclusionem: tum etiam secundae periodo subjungenda formula interrogandi *ἢ οὔ*; ad quam vulgo quidem respondetur sola voce Ναί, non raro tamen etiam his ajendi formulis Πάνυ *μὲν οὖν* et Πάνυ *γε.* Ex his ita constitutis simul argumentum petitur allatoque accedat, quo defendatur lectio *ὅταν τιν' ἀποκτιννύωμεν.* Paulo inferius (in D) legitur *εἴ τις ἀποκτείνει — ἐκβάλλει — ἀφαιρεῖται.* haec tamen cave putes me etiam mutare velle, quod nonnulli codices habeant conjunctivum. Si enim hic *ὅταν* vel *ἤν τις* cum conjunctivo scriptum esset, quantocius ego *εἴ τις* cum indicativo reponerem contra auctoritatem vel omnium codicum. Nam quae claudunt hanc periodum, illa *οὗτος δήπου ποιεῖ κτἑ.* flagitant praemissum conditionale *εἴ τις* cum indicativo.

— D — *τυγχάνει δ' ὂν κάκιον, οὗτος —. ἢ γάρ;*] Prima verba vertimus sic: *quum tamen sit pejus.* Sed quo pure? et unde pendet indicativus *τυγχάνει*? Putabam olim haec sana esse atque ita scripta ne concurrerent duo participia. Videntur enim Graeci evitasse concursum participiorum *τυγχάνων παρών, λαθὼν ἀπελθών, ἐλθὼν πείσων, πέμψαντες ἐροῦντας*, sim., quorum alterum participium ab altero pendet. Postquam tamen incidi in hoc exemplum Anab. Xen. 2. 3, 2 *ἐπειδὴ δ' ἀπήγγειλαν οἱ προφύλακες, Κλέαρχος τυ-*

ΣΩ. Ἆρ' οὖν καὶ ἃ βούλεται, εἴπερ τυγχάνει ταῦτα κακὰ ὄντα;
Τί οὐκ ἀποκρίνει; — ΠΩΛ. Ἀλλ' οὔ μοι δοκεῖ ποιεῖν ἃ βούλεται. —
ΣΩ. Ἔστιν οὖν ὅπως ὁ τοιοῦτος μέγα δύναται ἐν τῇ πόλει ταύτῃ, E
εἴπερ ἐστὶ τὸ μέγα δύνασθαι ἀγαθόν τι κατὰ τὴν σὴν ὁμολογίαν; —
ΠΩΛ. Οὐκ ἔστιν. — ΣΩ. Ἀληθῆ ἄρ' ἐγὼ ἔλεγον λέγων, ὅτι
ἔστιν ἄνθρωπον ποιοῦντα ἐν (τῇ) πόλει ἃ δοκεῖ αὐτῷ μὴ μέγα
δύνασθαι, μηδὲ ποιεῖν ἃ βούλεται. — ΠΩΛ. Ὡς δὴ σύ, ὦ Σώ-
κρατες, οὐκ ἂν δέξαιο ἐξεῖναί σοι ποιεῖν ὅ τι δοκεῖ σοι ἐν τῇ πόλει
μᾶλλον ἢ μή, οὐδὲ ζηλοίης, ὅταν ἴδῃς τιν' ἢ ἀποκτείναντα ὃν ἔδοξεν
αὐτῷ ἢ ἀφελόμενον χρήματα ἢ δήσαντα. — ΣΩ. Δικαίως λέγεις, 469

χὼν τότε τὰς τάξεις ἐπισκοπῶν εἶπε τοῖς προφύλαξι κελεύειν τοὺς κήρυκας περιμένειν, ἄχρι ἂν σχολάσῃ. quae multis aliis modis exprimi possent, adhibito ἔτυχε γὰρ κτέ. — postquam in hunc locum dico incidi, apud Platonem reponendum putabam τυγχάνον κάκιον ὄν, quod demum significaret *quum tamen sit pejus*. Vide Euth. 4 D, Crit. 46 A al. At vero nunc, toto loco iterum accurate considerato, verba illa τυγχάνει δὲ κάκιον ὄν omnia scribis deberi judico, quod labefactant argumentationem. Secundum Polum (466 C Τί δέ; οὐχ) tyranni et rhetores faciunt in civitate ἃ δοκεῖ αὐτοῖς et ἃ βούλονται. Socrates concedit eos facere ἃ δοκεῖ αὐτοῖς, nullo prorsus pacto ἃ βούλονται (466 E et 467 B). Polo mirum et omnino ineptum videtur. illud non negantem hoc negare. Nulla igitur argumentatione opus est, qua efficiatur, tyrannos et rhetores facere ἃ δοκεῖ αὐτοῖς, quum de hoc inter utrumque conveniat, sed subtili quadam opus est, qua demonstretur, eos non facere ἃ βούλονται. Atque haec argumentatio continetur 467 C πότερον οὖν σοι δοκοῦσιν — 468 C οὐδὲ τὰ κακά (s. βούλονται). Postquam igitur Polus Socrati assensit, interficere, civitate expellere etc. mala esse, et neminem facere velle mala, Socrates solam hanc conclusionem argumentationi subjungere potuisset: ergo tyrannus vel rheter talia faciens non facit ἃ βούλεται. Socrates autem non statim pergit ad hanc conclusionem, sed, ut Polus nunc ipse minime ineptum esse confiteatur, quod modo omnium ineptissimum praedicaverat, repetit et praemittit id, de quo nullam controversiam moverat, sic fere: Ergo, si quis sive tyrannus sive rhetor aliquem interficit vel civitate expellit οἰόμενος hoc melius sibi esse, is profecto facit ἃ δοκεῖ αὐτῷ: quam sententiam ut suam negare cum non possit Polus, deinde continuo quaerit Socrates: Num igitur etiam ἃ βούλεται, si quidem illa mala sunt? Librarii igitur haec non bene distinxerunt, et in repetita illa sententia jam desiderantes aliquid eorum, quae in proxime praecedentibus copiose disputata erant et concessa a Polo, addiderunt verba τυγχάνει δ' ὂν κάκιον. Sed tenemus eos interpolantes ἐπ' αὐτοφόρῳ: non enim viderunt ad verba illa sic posita etiam referendum esse conditionale εἰ, quod legitur post ὁμολογοῦμεν. Unde haec conditio accedit sententiae *si vero hoc pejus est*, quae talis est, ut apodosis esse non possit hujusmodi οὗτος δήπου ποιεῖ ἃ δοκεῖ αὐτῷ, sed sola haec οὗτος δήπου οὐ ποιεῖ ἃ βούλεται. Quare delenda illa verba. Accedit, quod in ipsa conclusione leguntur εἴπερ τυγχάνει ταῦτα κακὰ ὄντα, quae eadem significant et hic demum suo loco posita. Caeterum non est, quod moneam, verba εἴπερ ταῦτ' ὁμολογοῦμεν ad totam hujus argumentationis conclusionem pertinere.

— E ζηλοίης, ὅταν ἴδῃς τινὰ ἢ ἀποκτ.] Exemplum verbi ζηλοῦν sequente ὅταν frustra in Platone quaesieris. Nisi fallor, ubique hoc verbum habet accusativum. Vocum illarum ὅταν ἴδῃς τινὰ ultimam τινὰ non omnes codices habent. Plato igitur scripsit ὅντιν' ἂν ἴδῃς, non ὅταν ἴδῃς τινά. Voce ὅντιν' saltem oblitterata addendum erat librariis τινα. Si quis offendat, his ita scriptis ὅντιν' ἂν ἴδῃς ἢ ἀποκτείναντα ὃν ἔδοξεν αὐτῷ, in duplici relativo ὅντιν' — ὃν, is etiam offendat necesse est mox legens in 469 A ὅστις οὖν ἀποκτίννυσιν ὃν ἂν δόξῃ αὐτῷ, in relativis ὅστις — ὃν —. In 469 E vox ἥντιν' ita bene scripta in uno tantum codice invenitur. Atticum ζηλοίης pro ζηλοῖς jam nemo non approbat.

ἢ ἀδίκως; — ΠΩΛ. Ὁπότερ' ἂν ποιῇ, οὐκ ἀμφοτέρως ζηλωτόν
ἐστιν; — ΣΩ. Εὐφήμει, ὦ Πῶλε. — ΠΩΛ. Τί δή; — ΣΩ.
Ὅτι οὐ χρὴ οὔτε τοὺς ἀζηλώτους ζηλοῦν οὔτε τοὺς ἀθλίους, ἀλλ'
ἐλεεῖν. — ΠΩΛ. Τί δαί; οὕτω σοι δοκεῖ ἔχειν περὶ ὧν ἐγὼ λέγω
τῶν ἀνθρώπων; — ΣΩ. Πῶς γὰρ οὔ; — ΠΩΛ. Ὅστις οὖν
ἀποκτίννυσιν ὃν ἂν δόξῃ αὐτῷ, δικαίως ἀποκτιννὺς, ἄθλιος δοκεῖ
σοι εἶναι καὶ ἐλεεινός; — ΣΩ. Οὐκ ἔμοιγε, οὐδὲ μέντοι ζηλωτός. —
ΠΩΛ. Οὐκ ἄρτι ἄθλιον ἔφησθ' εἶναι; — ΣΩ. Τὸν ἀδίκως γε,
B ὦ ἑταῖρε, ἀποκτείναντα, καὶ ἐλεεινόν γε πρός· τὸν δὲ δικαίως ἀζή-
λωτον. — ΠΩΛ. Ἦ που ὅ γ' ἀποθνήσκων ἀδίκως ἐλεεινός τε καὶ
ἄθλιός ἐστιν; — ΣΩ. Ἧττον ἢ ὁ ἀποκτιννὺς, ὦ Πῶλε, καὶ ἧττον
ἢ ὁ δικαίως ἀποθνήσκων. — ΠΩΛ. Πῶς δῆτα, ὦ Σώκρατες; —
ΣΩ. Οὕτως, ὡς μέγιστον τῶν κακῶν τυγχάνει ὂν τὸ ἀδικεῖν. —
ΠΩΛ. Ἦ γὰρ τοῦτο μέγιστον; οὐ τὸ ἀδικεῖσθαι μεῖζον; — ΣΩ.
Ἥκιστά γε. — ΠΩΛ. Σὺ ἄρα βούλοι' ἂν ἀδικεῖσθαι μᾶλλον ἢ
C ἀδικεῖν; — ΣΩ. Βουλοίμην μὲν ἂν ἔγωγ' οὐδέτερα· εἰ δ' ἀναγκαῖον
εἴη ἢ ἀδικεῖν ἢ ἀδικεῖσθαι, ἑλοίμην ἂν μᾶλλον ἀδικεῖσθαι ἢ ἀδικεῖν. —
ΠΩΛ. Σὺ ἄρα τυραννεῖν οὐκ ἂν δέξαιο; — ΣΩ. Οὔκ, εἰ τὸ τυ-
ραννεῖν γε λέγεις ὅπερ ἐγώ. — ΠΩΛ. Ἀλλ' ἔγωγε τοῦτο λέγω,
ὅπερ ἄρτι, ἐξεῖναι ἐν τῇ πόλει, ὃ ἂν δοκῇ αὐτῷ, ποιεῖν τοῦτο,
ἀποκτιννύντι καὶ ἐκβάλλοντι καὶ πάντα πράττοντι κατὰ τὴν αὑτοῦ
δόξαν.

XXV. ΣΩ. Ὦ μακάριε, ἐμοῦ δὴ λέγοντος τῷ λόγῳ ἐπιλαβοῦ.

469 A — οὐκ ἀμφοτέρως ζηλωτόν ἐστιν;] Verbum proximum (quod ante illa) ποιῇ indefinite exprimit quod tribus verbis ἀποκτείναντα, ἀφελόμενον et δήσαντα modo expressum est. Legentes igitur ποιῇ si intelligimis ex. gr. ἀποκτείνῃ (δικαίως et ἀδίκως), quid sibi vult illud ζηλωτὸν post *Utrum faciat i. e. interficiat juste an injuste?* Num factum ζηλωτὸν dicitur? Putarunt et scribae et editores. Sed absurdum est adjectivum hoc non ad personam referre. Itaque scribe ζηλωτὸς, ut haec sit sententia: *Utrum faciat juste an injuste, nonne utroque felix judicandus est* (is videlicet qui faciat) *ut talis, cui aemulemur?* Inferius in D εἰ δ' ἀναγκαῖον εἴη ἀδικεῖν ἢ ἀδικεῖσθαι, excidisse ἢ post εἴη; quemadmodum etiam in E καὶ τριήρεις post καὶ articulum αἱ arbitranti facile omnes mecum assentientur.

— C τῷ λόγῳ ἐπιλαβοῦ] Verbo ἐπιλαμβάνεσθαι vim *redarguendi* affingunt. Qui ἐπιλαμβάνεσθαι λέγοντός τινος dicitur, vulgo quidem hoc facere significatur eo consilio, ut redarguat dicentem, uti ex reliqua oratione patet. Verum ipsum hoc verbum nondum = ἐλέγχειν. Optime ejus notio conficitur ex Prot. 329 A τὰ χαλκεῖα πληγέντα μακρὸν ἠχεῖ καὶ ἀποτείνει, ἐὰν μὴ ἐπιλάβηταί τις. i. e. nisi quis *manum imponat* vel *manu tangat*, et metaphorica ejus notio ex Gorg. 506 B ἀλλ' οὖν ἐμοῦ γ' ἀκούων ἐπιλαμβάνου, ἐάν τί σοι δοκῶ μὴ καλῶς λέγειν., melius etiam ex Sy. 214 E οὑτωσὶ ποίησον. ἐάν τι μὴ ἀληθὲς λέγω, μεταξὺ ἐπιλαβοῦ, ἂν βούλῃ, καὶ εἰπὲ ὅτι τοῦτο ψεύδομαι. In utroque enim loco significat *interpellare*, quod nemo facile negaverit. Jam vero quid significat ἐπιλαμβάνεσθαι τῷ λόγῳ? Dicunt *interpellare* (*loquentem*) *argumentando*, sermocinando. Sed quo jure? an lectio τῷ λόγῳ pro sana haberi potest? — Paulo superius evidens est exemplum in A. II. Οὐκ ἄρτι ἄθλιον ἔφησθ' εἶναι (τὸν δικαίως ἀποκτιννύντα);

Εἰ γὰρ ἐγὼ ἐν ἀγορᾷ πληθούσῃ λαβὼν ὑπὸ μάλης ἐγχειρίδιον λέ- D
γοιμι πρὸς σὲ, ὅτι Ὦ Πῶλε, ἐμοὶ δύναμίς τις καὶ τυραννὶς θαυ-
μασία ἄρτι προσγέγονεν· ἐὰν γὰρ ἄρ' ἐμοὶ δόξῃ τινὰ τουτωνὶ τῶν
ἀνθρώπων ὧν σὺ ὁρᾷς αὐτίκα μάλα δεῖν τεθνάναι, τεθνήξει οὗτος,
ὃν ἂν δόξῃ, κἄν τινα δόξῃ μοι τῆς κεφαλῆς αὐτῶν κατεαγέναι
δεῖν, κατεαγὼς ἔσται αὐτίκα μάλα, κἂν θοἰμάτιον διεσχίσθαι,
διεσχισμένον ἔσται· οὕτω μέγα ἐγὼ δύναμαι ἐν τῇδε τῇ πόλει· εἰ E
οὖν ἀπιστοῦντί σοι δείξαιμι τὸ ἐγχειρίδιον, ἴσως ἂν εἴποις ἰδὼν, ὅτι
Ὦ Σώκρατες, οὕτω μὲν πάντες ἂν μέγα δύναιντο, ἐπεὶ κἂν ἐμπρησ-
θείη οἰκία τούτῳ τῷ τρόπῳ ἥντιν' ἄν σοι δοκῇ, καὶ τά γ' Ἀθηναίων
νεώρια καὶ (αἱ) τριήρεις καὶ τὰ πλοῖα πάντα καὶ τὰ δημόσια καὶ τὰ
ἴδια. ἀλλ' οὐκ ἄρα τοῦτ' ἔστι τὸ μέγα δύνασθαι, τὸ ποιεῖν ἃ δοκεῖ αὐτῷ.
ἢ δοκεῖ σοι; — ΠΩΛ. Οὐ δῆθ' οὕτω γε. — ΣΩ. Ἔχεις οὖν εἰπεῖν, 470
διότι μέμφει τὴν τοιαύτην δύναμιν; — ΠΩΛ. Ἔγωγε. — ΣΩ. Τί
δή; λέγε. — ΠΩΛ. Ὅτι ἀναγκαῖον τὸν οὕτω πράττοντα ζημιοῦσθαί
ἐστι. — ΣΩ. Τὸ δὲ ζημιοῦσθαι οὐ κακόν; — ΠΩΛ. Πάνυ γε. —
ΣΩ. Οὐκοῦν, ὦ θαυμάσιε, τὸ μέγα δύνασθαι πάλιν αὖ σοι φαί-
νεται, ἐὰν μὲν πράττοντι ἃ δοκεῖ ἕπηται τὸ ὠφελίμως πράττειν,
ἀγαθόν τ' εἶναι, καὶ τοῦτο, ὡς ἔοικεν, ἐστὶ τὸ μέγα δύνασθαι· εἰ
δὲ μὴ, κακὸν καὶ σμικρὸν δύνασθαι. Σκεψώμεθα δὲ καὶ τόδε. ἄλλο B

Σ. Τὸν ἀδίκως γε, ὦ ἑταῖρε, ἀποκτείναντα, καὶ ἐλεεινόν γε πρός. ad quod corrigatur Phil. 48 D Σ. Λέγεις δὴ δεῖν ἐμὲ τοῦτο διελέσθαι τὰ νῦν; ΠΡ. Λέγω, καὶ δέομαί γε πρὸς τῷ λέγειν. delendo insulsum additamentum τῷ λέγειν.

470 A. ἐὰν μὲν πράττοντι ἃ δοκεῖ ἕπηται — καὶ σμικρὸν δύνασθαι] Omnes codices ad unum haec sic habent et ne litterulam quidem mutant. Plato tamen ea ita scribere non potuit. In πράττοντι ἃ δοκεῖ ἕπηται oblitteratum pronomen post δοκεῖ et articulus ante πράττοντι. Quis deinde vidit huic similem ellipsin, qualis est in posteriori hujus periodi membro, εἰ δὲ μὴ, κακὸν (s. εἶναι) καὶ (s. τοῦτο, ὡς ἔοικεν, ἐστὶ τὸ) σμικρὸν δύνασθαι? Interpretes non tantum anacoluthiam hallucinantes, sed etiam mancam ellipsin per anacoluthiam scilicet, omnia haec Platoni vindicant, praeter unum, optime de critica Platonica meritum, qui τι pro τε scribendum censet. Sed quid hac mutatione proficimus? Neque magis audiendus qui καὶ, quod est ante σμικρὸν, transponi jubet. Ut igitur Platonis manum restituamus totius loci sensus investigandus. Socrates hic non novam instituit argumentationem, neque novo utitur argumento, sed quo supra convicerat Polum, eundem reluctantem eodem iterum convincit. Verba enim πάλιν αὖ respici indicant argumentationis eam partem, quae legitur in 468 B—D. Accedit hic tantum, quod quae supra in universum dicta sunt βλαβερὰ esse facienti (ἀποκτιννύναι, ἐκβάλλειν etc.), ea Polus improbare cogitur et βλαβερὰ esse pronuntiare, quia ζημιοῦσθαι talia facientem necesse sit. Jam igitur, cum Polus deinde negare non possit κακὸν esse τὸ ζημιοῦσθαι, eodem argumento se refutatum videt, quo antea convictus erat in 468 B, C, ubi Socrates ἀποκτιννύναι, ἐκβάλλειν etc. = κακὰ esse alia ratione demonstrat, deinde argumentationi conclusionem subjungit, quae legitur in D et E. Socrates autem hic non repetit illam conclusionem, sed omittit eam, postquam τὸ μέγα δύνασθαι esse κακὸν, et Polo quoque iterum videri debere dixit ideo, quod ζημιοῦσθαι (= κακὸν) necesse sit τὸν (secundum Polum) μέγα δυνάμενον. Brevitatis causa inspicias rogo quae diximus de hac conclusione et tota

τι ὁμολογοῦμεν ἐνίοτε μὲν ἄμεινον εἶναι ταῦτα ποιεῖν, ἃ νῦν δὴ ἐλέγομεν, ἀποκτιννύναι τε καὶ ἐξελαύνειν ἀνθρώπους καὶ ἀφαιρεῖσθαι χρήματα, ἐνίοτε δ' οὔ; — ΠΩΛ. Πάνυ γε. — ΣΩ. Τοῦτο μὲν δή, ὡς ἔοικε, καὶ παρὰ σοῦ καὶ παρ' ἐμοῦ ὁμολογεῖται. — ΠΩΛ. Ναί. — ΣΩ. Πότ' οὖν σὺ φῂς ἄμεινον εἶναι ταῦτα ποιεῖν; εἰπέ, τίν' ὅρον ὁρίζει; — ΠΩΛ. Σὺ μὲν οὖν, ὦ Σώκρατες, ἀπόκριναι
C ταὐτὸ τοῦτο. — ΣΩ. Ἐγὼ μὲν τοίνυν φημί, ὦ Πῶλε, εἴ σοι παρ'

argumentatione ad 468 D. Superest igitur tantum, ut moneam, Socratem hoc unum et supra egisse et nunc agere, ut facientem ἃ δοκεῖ αὐτῷ demonstret Polo *μὴ μέγα δύνασθαι*, neque facere ἃ βούλεται: nusquam autem eum docere, quid sit ipsum τὸ μέγα δύνασθαι. Unum et solum hoc demonstrat Socrates, prorsus *non μέγα δύνασθαι* rhetores et tyrannos. Quod bene tenentes jam scribamus locum sic: Οὐκοῦν, ὦ θαυμάσιε, τὸ μέγα δύνασθαι πάλιν αὖ σοι φαίνεται, ἐὰν μὲν (τῷ adde) πράττοντι ἃ δοκεῖ (αὐτῷ adde) ἕπηται τὸ ὠφελίμως πράττειν, ἀγαθὸν εἶναι· εἰ δὲ μή, κακόν. Inseruimus a librariis omissa τῷ post μὲν, et αὐτῷ post δοκεῖ, contra omisimus ab iis inserta τε ante εἶναι, et καὶ τοῦτο, ὡς ἔοικεν, ἐστὶ τὸ μέγα δύνασθαι post εἶναι, et καὶ σμικρὸν δύνασθαι post κακόν. De singulis nunc videamus. Sensus illorum ἐὰν μὲν — τὸ ὠφελίμως πράττειν. hic est: *si quis faciens quae sibi videntur vel placent ex iis commoditatem percipiat.* i. e. Graece ἐὰν τῷ πράττοντι ἃ δοκεῖ αὐτῷ ἕπηται κτέ. Quod porro adtinet ad illa καὶ τοῦτο — τὸ μέγα δύνασθαι, fac constructionem in iis non claudicare, sed omnibus numeris absolutam esse. Vel sic verba illa ferri non possent. Diximus Socratem hoc solum agere, ut persuadeat Polo, tyrannos et rhetores facientes ἃ δοκεῖ αὐτοῖς, μὴ μέγα δύνασθαι Atque tantum abest, ut Socrates τὸ sive δικαίως sive ἀδίκως ἀποκτιννύναι etc. dixerit esse μέγα δύνασθαι, ut potius contra, qui secundum Polum talem potestatem habeant (interficiendi etc.), eos dicat omnium civium ἐλάχιστον δύνασθαι et ne νομίζεσθαι quidem in civitatibus (466 B), et ut τὸν vel δικαίως ἀποκτείνοντα prorsus ἀζήλωτον dicat (469 B). Cum igitur per τὸ μέγα δύνασθαι (secundum Polum = τὸ τυραννεῖν etc. 469 C.) imprimis hic intelligendum sit τὸ ἀποκτιννύναι, ἐκβάλλειν etc., non fieri potest, ut hoc μέγα δύνασθαι ullo modo a Socrate dicatur sive revera μέγα δύνασθαι esse sive σμικρὸν δύνασθαι. Quaerat aliquis, cur tamen hoc idem Socrates ἀγαθὸν dicat. Dicit et hic et in 468 B al., sed eo consilio tantum adjectivo ἀγαθὸν utitur, ut mox epitheton κακὸν ei opponat, quemadmodum in 470 C antithesi τοῦ ἄμεινον et κάκιον utitur, quum tamen multum absit, ut τὸ δικαίως ἀποκτιννύναι, quamquam sit ἄμεινον, revera μέγα δύνασθαι esse contendat. Hoc unum igitur propositum sibi habebat Socrates inde a verbis Ὦ μακάριε 469 C., ut iterum probaret κακὸν esse τὸ μέγα δύνασθαι. Atque hoc propositum assecutus pergit ad alia, et aliam argumentationem quasi praeparat, omissa, uti dixi, conclusione, quae sine dubio adhuc ἔναυλος erat Polo, hac: Ergo ὁ ποιῶν ἃ δοκεῖ αὐτῷ sive ὁ (secundum Polum) μέγα δυνάμενος prorsus non μέγα δύναται κτέ. 468 D. E. Scribae igitur non assequentes hujus dialectices subtilitatem, οὐ γνόντες ἀλλὰ στοχασάμενοι, depravarunt locum corrigere et perficere eum volentes addendo verba καὶ τοῦτο — δύνασθαι, et καὶ σμικρὸν δύνασθαι, et, ut quamdam scilicet constructionem restituerent, voculam τε. Ob haec duplicia argumenta et ex dialectica petita et ex grammatica nos locum ita scribendum censemus, uti modo ostendimus.

— B Σὺ — ἀπόκριναι ταὐτὸ τοῦτο] Optime corrigentem αὐτὸς pro ταὐτὸ refellunt falso argumento. Dicunt illud Σὺ ita positum primo loco habere τόνωσιν, ideoque αὐτὸς stare post illud non posse. Vide autem Sy. 172 B — εἰπέ, σὺ αὐτὸς παρεγένου τῇ συνουσίᾳ ταύτῃ ἢ οὔ; et locos laudatos ad 452 B. Qui vertunt ταὐτὸ τοῦτο, hanc lectionem defendentes, per *idem hoc*, recte quidem vertunt, sed non vident, jam alius responderit *id* necesse esse, antequam quis *idem* respondere juberi possit. Et qui ea vertunt per *hoc ipsum* ne intelligunt quidem Graeca. Itaque ne dubites legere αὐτὸς pro ταὐτό. Vide ex multis unum exemplum, in 504 C, ubi eidem dicto ob-

ἐμοῦ ἥδιόν ἐστιν ἀκούειν, ὅταν μὲν δικαίως τις ταῦτα ποιῇ, ἄμει-
νον εἶναι, ὅταν δ' ἀδίκως, κάκιον.

XXVI. ΠΩΛ. Χαλεπόν γέ σε ἐλέγξαι, ὦ Σώκρατες. ἀλλ' οὐχὶ
κἂν παῖς σε ἐλέγξειεν, ὅτι οὐκ ἀληθῆ λέγεις; — ΣΩ. Πολλὴν ἄρ'
ἐγὼ τῷ παιδὶ χάριν ἕξω, ἴσην δὲ καὶ σοί, ἐάν με ἐλέγξῃς καὶ
ἀπαλλάξῃς φλυαρίας. ἀλλὰ μὴ κάμῃς φίλον ἄνδρα εὐεργετῶν,
ἀλλ' ἔλεγχε. — ΠΩΛ. Ἀλλὰ μήν, ὦ Σώκρατες, οὐδέν γέ σε
δεῖ παλαιοῖς πράγμασιν ἐλέγχειν· τὰ γὰρ χθὲς καὶ πρῴην γεγο- D
νότα ταῦθ' ἱκανά σε ἐξελέγξαι ἐστὶ καὶ ἀποδεῖξαι, ὡς πολλοὶ ἀδι-
κοῦντες ἄνθρωποι εὐδαίμονές εἰσι. — ΣΩ. Τὰ ποῖα ταῦτα; —
ΠΩΛ. Ἀρχέλαον δήπου τοῦτον τὸν Περδίκκου ὁρᾷς ἄρχοντα Μακε-
δονίας; — ΣΩ. Εἰ δὲ μή, ἀλλ' ἀκούω γε. — ΠΩΛ. Εὐδαίμων
οὖν σοι δοκεῖ εἶναι, ἢ ἄθλιος; — ΣΩ. Οὐκ οἶδα, ὦ Πῶλε· οὐ γάρ
πω συγγέγονα τἀνδρί. — ΠΩΛ. Τί δαί; συγγενόμενος ἂν γνοίης, E
ἄλλως δ' αὐτόθεν οὐ γιγνώσκεις, ὅτι εὐδαιμονεῖ; — ΣΩ. Μὰ Δί'
οὐ δῆτα. — ΠΩΛ. Δῆλον δή, ὦ Σώκρατες, ὅτι οὐδὲ τὸν μέγαν
βασιλέα γιγνώσκειν φήσεις εὐδαίμονα ὄντα. — ΣΩ. Καὶ ἀληθῆ
γ' ἐρῶ· οὐ γὰρ οἶδα παιδείας ὅπως ἔχει καὶ δικαιοσύνης. — ΠΩΛ.
Τί δαί; ἐν τούτῳ ἡ πᾶσα εὐδαιμονία ἐστίν; — ΣΩ. Ὥς γ' ἐγὼ
λέγω, ὦ Πῶλε· τὸν μὲν γὰρ καλὸν κἀγαθὸν ἄνδρα καὶ γυναῖκα
εὐδαίμονα εἶναί φημι, τὸν δ' ἄδικον καὶ πονηρὸν ἄθλιον. — ΠΩΛ.
Ἄθλιος ἄρ' οὗτός ἐστιν ὁ Ἀρχέλαος κατὰ τὸν σὸν λόγον; — ΣΩ. 471
Εἴπερ γε, ὦ φίλε, ἄδικος. — ΠΩΛ. Ἀλλὰ μὲν δὴ πῶς οὐκ
ἄδικος; ᾧ γε προσῆκε μὲν τῆς ἀρχῆς οὐδὲν, ἣν νῦν ἔχει, ὄντι ἐκ
γυναικὸς, ἣ ἦν δούλη Ἀλκέτου, τοῦ Περδίκκου ἀδελφοῦ, καὶ κατὰ
μὲν τὸ δίκαιον δοῦλος ἦν Ἀλκέτου, καὶ εἰ ἐβούλετο τὰ δίκαια ποιεῖν,
ἐδούλευεν ἂν Ἀλκέτῃ καὶ ἦν εὐδαίμων κατά γε τὸν σὸν λόγον· νῦν
δὲ θαυμασίως ὡς ἄθλιος γέγονεν, ἐπεὶ τὰ μέγιστα ἠδίκηκεν· ὅς γε
πρῶτον μὲν τοῦτον αὐτὸν τὸν δεσπότην καὶ θεῖον μεταπεμψάμενος B

temperat Socrates eodem utens εἴ σοι ἥδιον.

471 A κατὰ τὸν σὸν λόγον] Hic γε post κατὰ, et in B τὸν υἱὸν αὐτοῦ (Ἀλκέτου) Ἀλέξανδρον, ἀνεψιὸν αὐτοῦ, σχεδὸν ἡλικιώτην ante σχεδὸν vocula καὶ in nonnullis codicibus legitur: paulo inferius in his τὸν ἀδελφὸν τὸν γνήσιον τοῦ Περδίκκου υἱὸν, παῖδ' ὡς ἑπταετῆ κτέ. longe plurimi codices habent τὸν pro τοῦ. In editione Didotiana scripsi, nescio quo errore, τὸν pro τοῦ: nunc neutrum scribendum judico. Archelaus enin, ex ancilla et Perdicca natus, non erat frater genuinus ejus, de quo hic sermo est, quippe nati e Perdicca et hujus legitima uxore Cleopatra. Itaque scribe sic: τὸν ἀδελφὸν, τὸν γνήσιον Περδίκκου υἱὸν; deinde sic: παῖδ' ὡς ἑπτέτη: nam Platonis codices passim habent hanc formam, rarius hanc ἑπταετὴς, πενταετής. Apud Aristophanem autem ubique brevior forma occurrit et sola metro convenit. Caeterum cum nulla causa excogitari possit, cur librarii addiderint γε et καὶ illa in A et B, facile ea Platoni reddenda censenti adstipulamur.

*ὡς ἀποδώσων τὴν ἀρχὴν, ἣν Περδίκκας αὐτὸν ἀφείλετο, ξενίσας καὶ
καταμεθύσας αὐτόν τε καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ Ἀλέξανδρον, ἀνεψιὸν
αὐτοῦ, σχεδὸν ἡλικιώτην, ἐμβαλὼν εἰς ἅμαξαν νύκτωρ ἐξαγαγὼν
ἀπέσφαξέ τε καὶ ἠφάνισεν ἀμφοτέρους, καὶ ταῦτ' ἀδικήσας ἔλαθεν
ἑαυτὸν ἀθλιώτατος γενόμενος, καὶ οὐ μετεμέλησεν αὐτῷ, ἀλλ'*
C *ὀλίγον ὕστερον τὸν ἀδελφὸν, τὸν γνήσιον, τὸν Περδίκκου υἱὸν, παῖδα
ὡς ἑπτέτη, οὗ ἡ ἀρχὴ ἐγίγνετο κατὰ τὸ δίκαιον, οὐκ ἐβουλήθη
εὐδαίμων γενέσθαι δικαίως ἐκθρέψας καὶ ἀποδοὺς τὴν ἀρχὴν ἐκείνῳ,
ἀλλ' εἰς φρέαρ ἐμβαλὼν ἀποπνίξας πρὸς τὴν μητέρα αὐτοῦ Κλεο-
πάτραν χῆνα ἔφη διώκοντ' ἐμπεσεῖν καὶ ἀποθανεῖν. τοιγάρτοι νῦν,
ἅτε (τὰ) μέγιστα ἠδικηκὼς τῶν ἐν Μακεδονίᾳ, ἀθλιώτατός ἐστι*

— C *ἅτε μέγιστα ἠδικηκώς*] Omnes codices omiserunt articulum *τὰ* ante *μέγιστα*. Eadem tamen sententia ubique eum salvum habet in omnibus codicibus et editionibus ex. gr. 471 A, 478 C, 479 D. — In indice emendationum, quam editioni Parisiensi praemisi legitur: *οὐδέν γέ σοι scrib.* pro *οὐδέ γέ σοι*. Videntur igitur typothetae textum correxisse hic et mutasse in *οὐδέν γέ σοι*, postquam indicem confeci. Leguntur ea in D. — *ὑπὸ σοῦ νῦν, ὡς σὺ οἴει, ἐξελήλεγμαι —; πόθεν, ὦ 'γαθέ; καὶ μὴν οὐδέν γέ σοι τούτων ὁμολογῶ ὧν σὺ φῄς*. In quibus notandum illud *πόθεν* —; quod quam vehementer negantis sit, optime conficitur ex Arist. Eccl. 976

ΓΡ. *Οὗτος, τί κόπτεις; μῶν ἐμὲ ζητεῖς;*
N. *πόθεν;*

Operae pretium est conferre formulas, cujusmodi supra corrigentes 452 A quasdam recensuimus sordidisque additamentis purgavimus. Quemadmodum igitur Soph. 233 C, *Πῶς γὰρ οὐκ ἀδύνατον*; Rep. 453 D *πῶς δ' οὐ διαφέρει*; ultimas voces respuit Attica lingua, sic neque in Euthyd. 291 A — *εὕρετ' ἐκείνην ἢ οὐχ εὕρετε ἧς ἕνεκ' ἐζητεῖτε; — Πόθεν, ὦ μακάριε, εὕρομεν*; ferri potest ultimum *εὕρομεν*. Ex Crat. 398 E *σὺ ἔχεις εἰπεῖν; — Πόθεν ὦ 'γαθὲ, ἔχω*; onus inane *ἔχω* tollendum. Atque talibus ubique libera hoc *πόθεν* apud Platonem, qualibus apud Aristophanem nusquam onerarunt neque onerare potuerunt salvo metro. — Quae mox leguntur in Crat. 399 A *ὀρθῶς γε σὺ πιστεύων*, ne quis ea mutanda censeat in *ὀρθῶς γε σὺ ποιῶν*. Solent enim Attici respondentes dicere *εὖ γε* sive *καλῶς γε σὺ ποιῶν*, quocunque alio verbo praecedente, sed ad *ὀρθῶς γε* repetunt verbum in proxime praecedentibus usurpatum. Recte igitur se habent *ὀρθῶς γε λέγων, ὀρθῶς γε νομίζοντες, ὀρθῶς γε σὺ πιστεύων*, sim. Ibid. in B — *ἄλλων δὲ τοὐναντίον ἐμβάλλομεν γράμματα, τὰ δὲ βαρύτερα φθεγγόμεθα*. E. *Ἀληθῆ λέγεις*. Σ. *Τούτων τοίνυν ἂν καὶ τὸ τῶν ἀνθρώπων ὄνομα πέπονθεν κτέ*. In editione Parisiensi verba *ἄλλων δὲ — φθεγγόμεθα* et *ἂν* ut spuria notavimus, tum ex *Τούτων* fecimus *Τοῦτο*: praeterea vocem *ὀξύτερα* a correctore inter *βαρύτερα* et *φθέγγομεθα* positam ei reddidimus. Harum emendationum rationem reddere nunc mihi libet. Scito igitur, illud *ἂν* non legi in omnibus codicibus et *τοῦτο* pro *τούτων* in nonnullis esse. Ex qua varia lectione hanc loci sortem fuisse facile conficimus. Non intelligentes neque recte *σκεψάμενοι* scribae quae Socrates dicit inde a verbis *σκόπει δὴ ὃ λέγω*, onerarunt haec a Socrate dicta illis *ἄλλων δὲ — φθεγγόμεθα*: deinde orationis et argumentationis contextum interpositis disruptum quodammodo resarcire conati sunt inserendo illud *ἂν* et mutando *Τοῦτο* in *Τούτων*. Quod ut cuique liquido appareat, totius loci sensus aperiendus. Nimirum Socrates inde a verbis *σκόπει δὴ* primum universe loquitur, ubi dicit, se (Graecos) multa nomina formare tum inserendo litteras, tum eximendo, nec non *ὀξύτητας* mutando. Deinde exemplum affert *Διὶ φίλος*: quod cum sit *ῥῆμα*, ostendit, quomodo littera exemta factum sit nomen *Δίφιλος* ex *ῥήματος*. Quae cum approbasset Hermogenes, Socrates statim pergit ad nomen *ἄνθρωπος* explicandum ejusque originem investigandam, et docet eum hoc nomen eadem ratione ex *ῥήματος* factum esse. Hoc solum igitur docturus Hermogenem omnia illa inde a *σκόπει* praemittit. Itaque om-

πάντων Μακεδόνων, ἀλλ' οὐκ εὐδαιμονέστατος, καὶ ἴσως ἔστιν
ὅστις Ἀθηναίων ἀπὸ σοῦ ἀρξάμενος δέξαιτ' ἂν ἄλλος ὁστισοῦν D
Μακεδόνων γενέσθαι μᾶλλον ἢ Ἀρχέλαος.

XXVII. ΣΩ. Καὶ κατ' ἀρχὰς τῶν λόγων, ὦ Πῶλε, ἔγωγέ σε
ἐπῄνεσα, ὅτι μοι δοκεῖς εὖ πρὸς τὴν ῥητορικὴν πεπαιδεῦσθαι, τοῦ
δὲ διαλέγεσθαι ἠμεληκέναι· καὶ νῦν ἄλλο τι οὗτός ἐστιν ὁ λόγος, ᾧ
με κἂν παῖς ἐξελέγξειε, κἀγὼ ὑπὸ σοῦ νῦν, ὡς σὺ οἴει, ἐξελή-
λεγμαι τούτῳ τῷ λόγῳ, φάσκων τὸν ἀδικοῦντα οὐκ εὐδαίμονα εἶναι;
πόθεν, ὦ 'γαθέ; καὶ μὴν οὐδέν γέ σοι τούτων ὁμολογῶ ὧν σὺ φῄς. —
ΠΩΛ. Οὐ γὰρ ἐθέλεις, ἐπεὶ δοκεῖ γέ σοι ὡς ἐγὼ λέγω. — ΣΩ. E
Ὦ μακάριε, ῥητορικῶς γάρ με ἐπιχειρεῖς ἐλέγχειν, ὥσπερ οἱ ἐν
τοῖς δικαστηρίοις ἡγούμενοι ἐλέγχειν. καὶ γὰρ ἐκεῖ οἱ ἕτεροι τοὺς
ἑτέρους δοκοῦσιν ἐλέγχειν, ἐπειδὰν τῶν λόγων ὧν ἂν λέγωσι μάρ-
τυρας πολλοὺς παρέχωνται καὶ εὐδοκίμους, ὁ δὲ τἀναντία λέγων
ἕνα τινὰ παρέχηται ἢ μηδένα. οὗτος δ' ὁ ἔλεγχος οὐδενὸς ἄξιός

nino omittit loqui de altera ratione, qua litteras inserendo nomina formantur. Et revera nihil quidquam opus est hanc alteram rationem persequi. Scribae autem aliter judicantes addiderunt illa ἄλλων δὲ — φθεγγόμεθα. Verum vide quam male rem gesserint. Quid enim interest inter ἄλλων δὲ — ἐμβάλλομεν γράμματα et superiora πολλάκις ἐπεμβάλλομεν γράμματα? quid inter τὰ δὲ βαρύτερα φθεγγόμεθα et superius dictum τὰς ὀξύτητας μεταβάλλομεν? Nihil prorsus quod attinet ad sententiam. Est turpis quaedam imitatio et repetitio superiorum indigna omni Graeco nedum Platone. Quid enim praeterea sibi vult illud ἄλλων, et unde pendet genitivus? Et quae supra optime se habent πολλάκις ἐπεμβάλλομεν γράμματα, τὰ δ' (s. γράμματα) ἐξαιροῦμεν, vide quam misere scripserunt imitantes ἐμβάλλομεν γράμματα, τὰ δὲ (s. γράμματα!) βαρύτερα φθεγγόμεθα. Nam non moror talia corrigere conantes. Delenda igitur illa, et scribendum τοῦτο. Cave autem putes omni πρῶτον respondere debere ἔπειτα in sequentibus, aut omni ἔπειτα in praecedentibus πρῶτον scriptum. Potius conferas dicta ad Gorg. 470 A, ubi ejusdemmodi depravatio. Jam mittamus Cratylum correctis his in D πειρώμεθα δὴ καὶ ταῦτα διελεῖν, ὥσπερ τἄμπροσθεν. Ineptum hic διελεῖν. Requiritur διελθεῖν. Nam non διεῖλον superiora: neque hic est aliquid διαιρετέον. Sumuntur ψυχὴ et σῶμα diserte tanquam διαιρεθέντα.

— E — ἕνα τινὰ (s. μάρτυρα) — ἢ οὐδένα] Non mirum, Atticam formulam ἤ τις — ἢ οὐδεὶς male habitam esse et a scribis et ab editoribus, quum prior ejus pars supervacanea videri possit. Criticorum autem principes eam sic simpliciter positam ubique restituerunt. Hic autem loci in Gorgia incaute scribi jusserunt ἤ τινα — ἢ οὐδένα, rejecta prima voce ἕνα. Haec enim vocula non expellenda, sed retinenda ob vocem πολλούς, ne pereat antithesis, qua gaudet Atticus sermo. Neque igitur in Rep. 496 C — ἢ γάρ πού τινι ἄλλῳ ἢ οὐδενὶ τῶν ἔμπροσθεν γέγονε. illud ἄλλῳ rejiciendum, quod accedit ad formulam ἤ τις ἢ οὐδείς, sed hoc quoque retinendum ob praecedens ἡμέτερον. Praecedunt enim haec τὸ δ' ἡμέτερον οὐκ ἄξιον λέγειν, τὸ δαιμόνιον σημεῖον. Itaque in Gorgia ἢ ἕνα τινὰ scripsit Plato, non vero ἕνα τινά, neque ἤ τινα. — Interpretes laudantes ex. gr. Ael. de Nat. anim. 6, 50 ἴσασιν Αἰγυπτίων ἤ τις ἢ οὐδείς. 6, 8. θαυμάζει τις ἢ οὐδεὶς (ubi deest prius ἤ), alii non audent formulam hanc reddere Platoni, alii nimis seduli eam etiam Aeliano ubique vindicant. Fortasse Aelianus, si ἀνακύψας sua scripta recognosceret, ipse alia plura corrigeret et, his lectis, etiam hunc locum rescriberet. Ego autem non ausim talia corrigere et ne voculam ἢ quidem restituere in pessimae notae auctore. Paulo inferius in Gorg. 472 A scribe καὶ ξένοι κἂν βούλῃ pro καὶ οἱ ξένοι ἐὰν βούλῃ, in B

472 ἔστι πρὸς τὴν ἀλήθειαν· ἐνίοτε γὰρ ἂν καὶ καταψευδομαρτυρηθείη τις ὑπὸ πολλῶν καὶ δοκούντων εἶναί τι. καὶ νῦν περὶ ὧν σὺ λέγεις ὀλίγου σοι πάντες συμφήσουσι ταὐτὰ Ἀθηναῖοι καὶ οἱ ξένοι· ἐὰν βούλῃ κατ' ἐμοῦ μάρτυρας παρασχέσθαι, ὡς οὐκ ἀληθῆ λέγω, μαρτυρήσουσί σοι, ἐὰν μὲν βούλῃ, Νικίας ὁ Νικηράτου καὶ οἱ ἀδελφοὶ μετ' αὐτοῦ, ὧν οἱ τρίποδες οἱ ἐφεξῆς ἑστῶτές εἰσιν ἐν τῷ Διονυσίῳ, ἐὰν δὲ βούλῃ, Ἀριστοκράτης ὁ Σκελλίου, οὗ αὖ ἐστιν B ἐν Πυθοῖ τοῦτο τὸ καλὸν ἀνάθημα, ἐὰν δὲ βούλῃ, ἡ Περικλέους ὅλη οἰκία, ἢ ἄλλη συγγένεια, ἥντιν' ἂν βούλῃ τῶν ἐνθάδ' ἐκλέξασθαι. ἀλλ' ἐγώ σοι εἷς ὢν οὐχ ὁμολογῶ· οὐ γάρ με σὺ ἀναγκάζεις, ἀλλὰ ψευδομάρτυρας πολλοὺς κατ' ἐμοῦ παρασχόμενος ἐπιχειρεῖς ἐκβάλλειν με ἐκ τῆς οὐσίας καὶ τοῦ ἀληθοῦς. ἐγὼ δ' ἐὰν μὴ σὲ αὐτὸν ἕνα ὄντα μάρτυρα παράσχωμαι ὁμολογοῦντα περὶ ὧν λέγω, C οὐδὲν (ἂν) οἶμαι ἄξιον λόγου μοι πεπεράνθαι περὶ ὧν ἂν ἡμῖν ὁ λόγος ᾖ· οἶμαι δ' οὐδὲ σοί, ἐὰν μὴ ἐγώ σοι μαρτυρῶ εἷς ὢν μόνος, τοὺς δ' ἄλλους πάντας τούτους χαίρειν ἐᾷς. ἔστι μὲν οὖν οὗτός τις τρόπος ἐλέγχου, ὡς σύ τ' οἴει καὶ ἄλλοι πολλοί· ἔστι δὲ καὶ ἄλλος, ὃν ἐγὼ αὖ οἶμαι. παραβαλόντες οὖν παρ' ἀλλήλους σκεψώμεθα, εἴ τι διοίσουσιν ἀλλήλων. καὶ γὰρ (καὶ) τυγχάνει περὶ ὧν ἀμφισβητοῦμεν οὐ πάνυ σμικρὰ ὄντα, ἀλλὰ σχεδόν τι ταῦτα, περὶ ὧν

ἔστι Πυθοῖ pro ἔστιν ἐν Πυθοῖ, assentiens ita corrigentibus. Vide Menex. 245 A.

472 B — *οὐδὲν οἶμαι — μοι πεπεράνθαι.*] In uno codice est ἂν ante λέγω in vocibus περὶ ὧν λέγω, quae supra scripta proxime praecedunt. Hanc voculam alio loco positam fuisse arbitror. Socrates enim hic tantum obiter tangit quae demum in capite 28 sqq. de industria et enucleate persequitur. Cum igitur non respiciens ad superiora, sed orsurus argumentationem, quae legitur infra, dicat illa ἐγὼ δ' ἐὰν μὴ σὲ — παράσχωμαι ὁμολογοῦντα i. e. paucis: *ego autem si non effecero, ut tu mihi assentiaris*, perfectum πεπεράνθαι non ita adhibere deinde potest, ut de re jam revera peracta accipiendum sit. Ne igitur ita accipi possit, ἂν adsit, post οὐδὲν ponendum, necesse est. Succurrit mihi locus non omni quidem parte illi similis, sed ubi tamen perfecti infinitivus etiam ἂν requirit, Men. 75 C εἰ δὲ δὴ — ἀποροίη —, τί ἂν οἴει σοι ἀποκεκρίσθαι. — De vocibus σὲ αὐτὸν, quas habet eadem periodus in Gorgia, confer dicta ad 452 B, ut videas quantopere ineptiant et nugentur hic interpretes.

— C *καὶ γὰρ καὶ τυγχάνει — σχεδόν τι ταῦτα*] Secundum καὶ, in duobus vel tribus codicibus obvium, jam Platoni vindicavit optime de ejus textu meritus. Sed quid sibi vult illud ταῦτα? Num hic bonus sensus est: *etenim sunt etiam non contemnenda ea de quibus disceptamus, sed fere haec, de quibus scire pulcherrimum est* etc.? Minime gentium: sunt enim praeter has res etiam aliae, quas scire pulcherrimum est. Vulgo quidem pronomen demonstrativum habet relativum sibi respondens in eadem periodo, sed tamen non ubique sensus illud admittit. Ut exemplo utar, in 473 E οὐκ οἴει ἐξεληλέγχθαι, ὦ Σ., ὅταν ταῦτα λέγῃς, ἃ οὐδεὶς ἂν φήσειεν ἀνθρώπων. si ita scripta essent, neque hic sensui conveniret illud ταῦτα, neque id placere posset nisi iis, qui minus accurate dictis contenti esse soleant. Requiritur τοιαῦτα quod hic revera scriptum est. Habes simul exemplum, in quo vox τοιαῦτα eadem ratione usurpata est. In loco igitur supra scripto librarii hanc vocem in ταῦτα mutasse videntur ob pronomen relativum ἅ. Socratem igitur recte dicentem facit

εἰδέναι τε κάλλιστον, μὴ εἰδέναι τ' αἴσχιστον· τὸ γὰρ κεφάλαιον αὐτῶν ἐστιν ἢ γιγνώσκειν ἢ ἀγνοεῖν, ὅστις τ' εὐδαίμων ἐστὶ καὶ ὅστις μή. αὐτίκα ⌜*πρῶτον;*⌝ *περὶ οὗ νῦν ὁ λόγος ἐστὶ, σὺ ἡγεῖ* D *οἷόν τ' εἶναι μακάριον ἄνδρα ἀδικοῦντά τε καὶ ἄδικον ὄντα, εἴπερ Ἀρχέλαον ἄδικον μὲν ἡγεῖ εἶναι, εὐδαίμονα δέ. ἄλλο τι ὡς οὕτω σου νομίζοντος διανοώμεθα;* — ΠΩΛ. *Πάνυ γε.*

XXVIII. ΣΩ. *Ἐγὼ δέ φημι ἀδύνατον. ἓν μὲν τουτὶ ἀμφισβητοῦμεν. εἶεν· ἀδικῶν δὲ δὴ εὐδαίμων ἔσται ἆρ' ἂν τυγχάνῃ δίκης τε καὶ τιμωρίας;* — ΠΩΛ. *Ἥκιστά γε, ἐπεὶ οὕτω γ' ἂν ἀθλιώτατος εἴη.* — ΣΩ. *Ἀλλ' ἐὰν ἄρα μὴ τυγχάνῃ δίκης ὁ ἀδικῶν, κατὰ* E *τὸν σὸν λόγον εὐδαίμων ἔσται;* — ΠΩΛ. *Φημί.* — ΣΩ. *Κατὰ δέ γε τὴν ἐμὴν δόξαν, ὦ Πῶλε, ὁ ἀδικῶν τε καὶ ὁ ἄδικος πάντως μὲν ἄθλιος, ἀθλιώτερος μέντοι, ἐὰν μὴ διδῷ δίκην μηδὲ τυγχάνῃ τιμωρίας ἀδικῶν, ἧττον δ' ἄθλιος, ἐὰν διδῷ δίκην καὶ τυγχάνῃ δίκης*

auctor ea, de quibus cum Polo disputet, non contemnenda esse, sed fere *talia*, de quibus scire pulcherrimum est, si nempe *τοιαῦτα* pro *ταῦτα* reposueris.

Ib. *αὐτίκα πρῶτον περὶ οὗ νῦν ὁ λόγος*] Laudant interpretes locos, unde conficiatur, *αὐτίκα* hic non esse vulgari notione *τοῦ εὐθὺς*, sed fere *τοῦ οἷον*. Quae notio cum librarios lateret, eos eam vocem interdum omisisse vel mutasse vel etiam explicare conatos esse, quid mirum? Duas omnino quaestiones his paginis tractat Plato, primam: *τὸ ἀδικεῖν τοῦ ἀδικεῖσθαι κάκιον* esse. (473 A), alteram: *τὸ τὸν ἀδικοῦντα διδόντα δίκην ἧττον ἄθλιον εἶναι ἢ μὴ διδόντα.* (476 A—480 A). Nusquam autem legitur aliquid, cujus illud *πρῶτον* sit tanquam prodromus. Imo, auctor hic partim ac summatim tangit alteram illam quaestionem. Itaque sensus potius contra *δεύτερον* requireret pro *πρῶτον*. Quare delemus *πρῶτον* ut inane interpretamentum vocis *αὐτίκα*. Vide locum omnibus partibus huic similem. Phdr. 235 E. *αὐτίκα περὶ οὗ ὁ λόγος κτέ.*

— D *εἶεν. ἀδικῶν δὲ δὴ κτέ.*] Participium *ἀδικῶν* ita positum est, ac si argumentationis pars praecedat, in qua quis *δίκαια ποιῶν* sine dubio felix esse dicatur. Verum illud *εἶεν* claudit quodammodo superiora, ita ut post id novam quamdam interrogationem ordiatur Socrates. Quare participio adsit necesse est aut nomen sive pronomen aut articulus. Superest autem nullum vestigium pronominis neque nominis. Adfuisse igitur articulum existimo, quo deperdito tolerabilem quamdam constructionem restituerint. Exemplum afferamus: Prot. 312 E. *εἶεν. ὁ δὲ δὴ σοφιστὴς περὶ τίνος δεινὸν ποιεῖ λέγειν;* Eadem ratione illic *ὁ δὲ δὴ ἀδικῶν* a Platone scriptum fuit. Atque huic scriptioni suffragantur quae Socrates mox illis subjungit in Gorgia, haec: *Ἀλλ' ἐὰν ἄρα μὴ τυγχάνῃ δίκης ὁ ἀδικῶν κατὰ τὸν σὸν λόγον εὐδαίμων ἔσται.* Sic *ὁ ἀδικῶν* saepius recurrit in hac dialogi parte. Fortasse quis objiciat ex. gr. 496 D *εἶεν. διψῶντα δὲ δὴ πίνειν ἄλλο τι ἡδὺ φῂς εἶναι;* At vero participio *διψῶντα* si adesset articulus, equidem delerem, quia hujusmodi accusativus cum infinitivo nullum articulum flagitat.

— E *ἐὰν — μηδὲ τυγχάνῃ τιμωρίας ἀδικῶν, ἧττον δ' ἄθλιος, ἐὰν — καὶ τυγχάνῃ δίκης —*] Quis in hoc loco agnoscit nitorem Platonicum? Et dictio et constructio pessumdata. Ipse auctor, ut argumentatio bene procedat, in 476 A, D et E dedita opera circumscribit atque exponit vim dictionis *διδόναι δίκην* saepissime ea usurus in hac argumentatione. Docet *τὸ διδόναι δίκην* esse = *τῷ κολάζεσθαι* = *τῷ πάσχειν τι ὑπὸ κολάζοντος*. Atque revera Atticis frequentata est haec dictio *διδόναι δίκην* significatione *τοῦ poenas luere, puniri*, i. e. passiva *τοῦ κολάζειν* vel *λαμβάνειν δίκην* vel etiam *τοῦ*, non raro apud Platonem obvii, *ἐπιτιθέναι δίκην*. Passivum igitur *διδόναι δίκην* neque una cum *κολάζεσθαι* neque cum *τυγχάνειν δίκης* aut *τυγχάνειν τιμωρίας* concurrere posse contendo; neque igitur Platonem tautolo-

473 *ὑπὸ θεῶν τε καὶ ἀνθρώπων.* — ΠΩΛ. *Ἄτοπά γε, ὦ Σώκρατες, ἐπιχειρεῖς λέγειν.* — ΣΩ. *Πειράσομαι δέ γε καὶ σὲ ποιῆσαι, ὦ ἑταῖρε, ταὐτὰ ἐμοὶ λέγειν· φίλον γάρ σε ἡγοῦμαι. νῦν μὲν οὖν ἃ διαφερόμεθα ταῦτ' ἐστί· σκόπει δὲ καὶ σύ. εἶπον ἐγώ που ἐν τοῖς ἔμπροσθεν τὸ ἀδικεῖν τοῦ ἀδικεῖσθαι κάκιον εἶναι.* — ΠΩΛ. *Πάνυ γε.* — ΣΩ. *Σὺ δέ (γε) τὸ ἀδικεῖσθαι.* — ΠΩΛ. *Ναί.* — ΣΩ. *Καὶ τοὺς ἀδικοῦντας ἀθλίους ἔφην εἶναι ἐγώ, καὶ ἐξηλέγχθην ὑπὸ*
B *σοῦ.* — ΠΩΛ. *Ναὶ μὰ Δία.* — ΣΩ. *Ὡς σύ γ' οἴει, ὦ Πῶλε.* — ΠΩΛ. *Ἀληθῆ γ' οἰόμενος ἴσως.* — ΣΩ. *Σὺ δέ γ' εὐδαίμονας αὖ τοὺς ἀδικοῦντας, ἐὰν μὴ διδῶσι δίκην.* — ΠΩΛ. *Πάνυ μὲν οὖν.* — ΣΩ. *Ἐγὼ δ' αὐτοὺς ἀθλιωτέρους φημί, τοὺς δὲ διδόντας δίκην ἧττον· βούλει καὶ τοῦτ' ἐλέγχειν;* — ΠΩΛ. *Ἀλλ' ἔτι τοῦτ' ἐκείνου χαλεπώτερόν ἐστιν, ὦ Σώκρατες, ἐξελέγξαι.* — ΣΩ. *Οὐ δῆτα, ὦ*

giam scribere potuisse, qualis est in *ἐὰν μὴ διδῷ δίκην μηδὲ τυγχάνῃ τιμωρίας*, et in *ἐὰν διδῷ δίκην καὶ τυγχάνῃ δίκης*: quemadmodum nusquam ex. gr. *τυγχάνειν θανάτου* vel *τελευτῆς* simul cum *ἀποθνήσκειν* concurrunt, neque concurrere possunt. Noli nunc hanc emendationem in dubium vocare passivi periphrasin illam putans rariorem esse. Ex quo enim hunc grammaticae locum de industria persecutus sum et duorum vel trium verborum hanc passivi periphrasin cognovi, multorum eam usurpari comperi. Incidi ex. gr. in *τυγχάνειν αἰδοῦς, βίας, δωρεῶν, ἐπαίνου, ἐπωνυμίας, κρίσεως, μέμψεως, ὀργῆς, τιμῆς, χάριτος, συγγνώμης*, idque non raro sibi adjunctam habentia praepositionem *ὑπὸ* passivorum propriam. Qua periphrasi quam apte lingua sibi ipsa succurens deponentium passiva compenset, vix monendum. Sicuti igitur quaevis alia passivi periphrasis pro ipso passivo usurpatur et non simul cum eo vel cum alia passivi periphrasi concurrere potest, sic etiam *διδόναι δίκην* non admittit simul *τυγχάνειν δίκης* neque *τυγχάνειν τιμωρίας*. Imprimis languidum *διδόναι δίκην* cum *τυγχάνειν δίκης*, quod in utroque idem substantivum *δίκη* est Neque mihi proferas locos, qualis est in 472 D — *ἆρ' ἂν τυγχάνῃ δίκης τε καὶ τιμωρίας*. In his enim alia ratio. Saepissime sic continuo utraque illa vox uni eidemque verbo jungitur, etiam apud reliquos Graecos auctores. Opponitur hic loci huic dictioni *τὸ ἐὰν μὴ τυγχάνῃ δίκης* cum uno *δίκης*; unde apparet utrique dictioni eandem fere vim esse. His argumentis e grammatica petitis adde quae dialectica Socratica suppeditat a nobis allata infra ad 476 E. — Reliqua corrigenda. Num Graecum est *ὁ ἀδικῶν δίδωσι δίκην ἀδικῶν?* num post *ἧττον δὲ* additum illud *ἄθλιος* in positivo, ubi praemissum est in superiori ejusdem periodi membro idem adjectivum in comparativo? Etiam utrumque hoc abjiciendum, secundum *ἀδικῶν* ut prorsus otiosum, *ἄθλιος* ut positum ubi Atticus sermo ellipsin requirit. Totus igitur locus omnibus illis sordibus abjectis sic scribendus: *Κατὰ δέ γε τὴν ἐμὴν δόξαν, ὦ Πῶλε, ὁ ἀδικῶν τε καὶ ὁ ἄδικος πάντως μὲν ἄθλιος, ἀθλιώτερος μέντοι ἐὰν μὴ διδῷ δίκην, ἧττον δ' ἐὰν διδῷ δίκην ὑπὸ θεῶν τε καὶ ἀνθρώπων.* In his demum Platonica concinnitas et elegantia.

473 A *Σὺ δὲ* (sic vulgo) *τὸ ἀδικεῖσθαι*] Socrates in proxime sequentibus dicit se *τοὺς ἀδικοῦντας* ducere *ἀθλίους*, deinde Poli contra putantis sententiam repetit sic: *Σὺ δέ γε εὐδαίμονας*. Quo modo ubique adversarii sententia per *δέ γε* significatur. Itaque etiam in supra scriptis *γε* ante *τὸ* auctori reddatur. — Paulo inferius quae leguntur *πειράσομαι δέ γε καὶ σὲ — φίλον γάρ σε ἡγοῦμαι.* explicare conantes nescio quid nugentur. Haec loci est sententia: *Minime vero* (*δέ γε*) *absurda sunt quae dico; et, cum sis mihi amicus, operam dabo atque hoc efficere conabor in tuam gratiam, ut tu quoque mecum sentias.* Quae sententia facile ex verbis efficitur, si cum iis comparantur quae in 470 C *πολλὴν — χάριν ἕξω — φίλον ἄνδρα εὐεργετῶν.*

Πῶλε, ἀλλ' ἀδύνατον· τὸ γὰρ ἀληθὲς οὐδέποτ' ἐλέγχεται. — ΠΩΛ. Πῶς λέγεις; ἐὰν ἀδικῶν ἄνθρωπος ληφθῇ τυραννίδι ἐπιβουλεύων, καὶ C ληφθεὶς στρεβλῶται καὶ ἐκτέμνηται καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐκκαίηται, καὶ ἄλλας πολλὰς καὶ μεγάλας καὶ παντοδαπὰς λώβας αὐτός τε λωβηθεὶς καὶ τοὺς αὑτοῦ ἐπιδὼν παῖδάς τε καὶ γυναῖκα τὸ ἔσχατον ἀνασταυρωθῇ ἢ καταπιττωθῇ, οὗτος εὐδαιμονέστερος ἔσται ἢ ἐὰν διαφυγὼν τύραννος καταστῇ καὶ ἄρχων ἐν τῇ πόλει διαβιῷ ποιῶν ὅ τι ἂν βούληται, ζηλωτὸς ὢν καὶ εὐδαιμονιζόμενος ὑπὸ τῶν πολιτῶν καὶ τῶν ⸢ἄλλων⸣ ξένων; ταῦτα λέγεις ἀδύνατον εἶναι ἐξελέγχειν. D

XXIX. ΣΩ. Μορμολύττει αὖ, ὦ γενναῖε Πῶλε, καὶ οὐκ ἐλέγχεις· ἄρτι δ' ἐμαρτύρου. ὅμως δ' ὑπόμνησόν με σμικρόν· ἐὰν ἀδίκως ἐπιβουλεύων τυραννίδι, — εἶπες; — ΠΩΛ. Ἔγωγε. — ΣΩ. Εὐδαιμονέστερος μὲν τοίνυν οὐδέποτ' ἔσται οὐδέτερος αὐτῶν, οὔθ' ὁ κατειργασμένος τὴν τυραννίδα ἀδίκως οὔθ' ὁ δίκην διδούς· δυεῖν γὰρ ἀθλίοιν εὐδαιμονέστερος μὲν οὐκ ἂν εἴη, ἀθλιώτερος μέντοι ὁ διαφυγὼν καὶ τυραννεύσας. Τί τοῦτο, ὦ Πῶλε; γελᾷς; ἄλλο αὖ τοῦτ' E εἶδος ἐλέγχου ἐστίν; ἐπειδάν τίς τι εἴπῃ, καταγελᾶν, ἐλέγχειν δὲ μή. — ΠΩΛ. Οὐκ οἴει ἐξεληλέγχθαι, ὦ Σώκρατες, ὅταν τοιαῦτα λέγῃς, ἃ οὐδεὶς ἂν φήσειεν ἀνθρώπων; ἐπεὶ ἐροῦ τινα τουτωνί. — ΣΩ. Ὦ Πῶλε, οὐκ εἰμὶ τῶν πολιτικῶν, καὶ πέρυσι βουλεύειν λαχών, ἐπειδὴ ἡ φυλὴ ἐπρυτάνευε καὶ ἔδει με ἐπιψηφίζειν, γέλωτα

— C ἢ ἐὰν διαφυγὼν — καὶ τῶν ἄλλων ξένων;] Socratis verba in D — οὐδέτερος αὐτῶν οὔθ' ὁ κατειργασμένος — οὔθ' ὁ δίκην διδούς. ita respondent ad supra scripta, ac si dixerat Polus ἢ ὃς ἂν διαφυγών —. Haec tamen sic mutare non ausim. Minus ferri potest penultima vox ἄλλων. Recte in 472. Ἀθηναῖοι καὶ ξένοι. legitur, et ἄλλοι ante ξένοι nihili esset. Itaque etiam hic deleas illud ἄλλων, nisi etiam ferre posses ex. gr. ὑπὸ τῶν ξένων καὶ τῶν ἄλλων πολιτῶν. Caeterum Poli verba in C ἐὰν ἀδικῶν ἄνθρωπος ληφθῇ τυραννίδι ἐπιβουλεύων κτέ. brevius a Socrate repeti sic: ἐὰν ἀδικῶς ἐπιβουλεύων τυραννίδι in D. nemo non videt: nec non ad haec mente repetenda esse, ut ea summatim referam, verba ληφθῇ — ἢ διαφυγὼν — διαβιῷ —. Nescio enim, quae interpretes intelligenda esse censeant ad haec verba a Socrate repetita. Si igitur illa Poli scripta sunt a Platone, uti nunc leguntur, astutissime ea mutantem deinde facit Socratem adverbium ἀδίκως scribens modo participio ἀδικῶν (ἄνθρωπος) usus. Opus enim est hoc adverbio tanquam cardine argumentationis in proxime sequentibus.

474 A Ὦ Πῶλε — οὐκ ἠπιστάμην ἐπιψηφίζειν]. Interpretes ad unum omnes arbitrantur Socratem haec ironice dixisse. Nemo tamen perspicue expedivit hanc εἰρωνείαν. Operae igitur pretium eam paucis persequi ac monstrare. Atque hoc non melius fieri posse puto, quam opponendo his εἰρωνικῶς dictis ea, quae Socrates, si serio locutus esset et secundum veritatem, dixisset. Nimirum secundum hos tres locos Xen. Hell. 1. 7, 15, Memor. 1. 1, 18, Plat. Apol. cap. 20 inter se collatos Socrates serio loquens hunc fere in modum dixisset: (ἐπειδὴ — ἔδει με ἐπιψηφίζειν) θόρυβον καὶ ταραχὴν παρεῖχον καὶ ὀργήν, καὶ οὐκ ἔφην ἐπιψηφιεῖν (vel si malis) καὶ οὐκ ἠθέλησα παρὰ τοὺς νόμους ἐπιψηφίζειν. En quasi digito monstratam εἰρωνείαν. Revera πέρυσι — ὀργὴν παρεῖχε qui in Gorgia πέρυσι — γέλωτα παρεῖχον dicit: revera οὐκ ἠθέλησε ἐπιψηφίζειν qui in Gorgia οὐκ ἠπιστάμην ἐπιψηφίζειν dicit.

474 παρεῖχον καὶ οὐκ ἠπιστάμην ἐπιψηφίζειν. μὴ οὖν μηδὲ νῦν με
κέλευε ἐπιψηφίζειν τοὺς παρόντας, ἀλλ' εἰ μὴ ἔχεις τούτων βελτίω
ἔλεγχον, ὅπερ νῦν δὴ ἐγὼ ἔλεγον, ἐμοὶ ἐν τῷ μέρει παράδος, καὶ
πείρασαι τοῦ ἐλέγχου οἷον ἐγὼ οἶμαι δεῖν εἶναι. ἐγὼ γὰρ ὧν ἂν
λέγω ἕνα μὲν παρασχέσθαι μάρτυρα ἐπίσταμαι, αὐτὸν πρὸς ὃν ἂν
μοι ὁ λόγος ᾖ, τοὺς δὲ πολλοὺς ἐῶ χαίρειν, καὶ ἕνα ἐπιψηφίζειν
ἐπίσταμαι, τοῖς δὲ πολλοῖς οὐδὲ διαλέγομαι. ὅρα οὖν, εἰ ἐθελήσεις
B ἐν τῷ μέρει διδόναι ἔλεγχον ἀποκρινόμενος τὰ ἐρωτώμενα. ἐγὼ γὰρ
δὴ οἶμαι κἀμὲ καὶ σὲ καὶ τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους τὸ ἀδικεῖν τοῦ
ἀδικεῖσθαι κάκιον ἡγεῖσθαι καὶ τὸ μὴ διδόναι δίκην τοῦ διδόναι. —
ΠΩΛ. Ἐγὼ δέ γ' οὔτ' ἐμὲ οὔτ' ἄλλον ἀνθρώπων οὐδένα. ἐπεὶ σὺ
δέξαι' ἂν μᾶλλον ἀδικεῖσθαι ἢ ἀδικεῖν; — ΣΩ. Καὶ σύ γ' ἂν καὶ
οἱ ἄλλοι πάντες. — ΠΩΛ. Πολλοῦ γε δεῖ, ἀλλ' οὔτ' ἐγὼ οὔτε
C σὺ οὔτ' ἄλλος οὐδείς. — ΣΩ. Οὐκοῦν ἀποκρινεῖ; — ΠΩΛ. Πάνυ μὲν
οὖν· καὶ γὰρ ἐπιθυμῶ εἰδέναι, ὅ τί ποτ' ἐρεῖς. — ΣΩ. Λέγε δή
μοι, ἵν' εἰδῇς, ὥσπερ ἂν εἰ ἐξ ἀρχῆς σε ἠρώτων· πότερον δοκεῖ σοι,
ὦ Πῶλε, κάκιον εἶναι τὸ ἀδικεῖν ἢ τὸ ἀδικεῖσθαι; — ΠΩΛ. Τὸ
ἀδικεῖσθαι ἔμοιγε. — ΣΩ. Τί δὲ δὴ αἴσχιον; πότερον τὸ ἀδικεῖν
ἢ τὸ ἀδικεῖσθαι; ἀποκρίνου. — ΠΩΛ. Τὸ ἀδικεῖν.

XXX. ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ κάκιον, εἴπερ αἴσχιον; — ΠΩΛ. Ἥκιστά
D γε. — ΣΩ. Μανθάνω· οὐ ταὐτὸν ἡγεῖ σὺ, ὡς ἔοικας, καλόν τε
καὶ ἀγαθὸν, καὶ κακόν (τε) καὶ αἰσχρόν. — ΠΩΛ. Οὐ δῆτα. —

— B οὔτ' ἐμὲ οὔτ' ἄλλον ἀνθρ.] Socrates superius dicens ἐγὼ γὰρ δὴ οἶμαι κἀμὲ καὶ σὲ καὶ τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους κτέ. eadem dicendi ratione utitur, qua paulo inferius Polus haec ei respondens Πολλοῦ γε δεῖ, ἀλλ' οὔτ' ἐγὼ οὔτε σὺ οὔτ' ἄλλος οὐδείς. In qualibus trium οὔτε — facillime unum cum pronomine scribarum oculos fugere potuit, quod revera factum esse mihi videtur in loco supra scripto. Excidit οὔτε σὲ, quae interponenda inter οὔτ' ἐμὲ et οὔτ' ἄλλον. Vide 475 E, Euth. 7 D al. Non credis mihi afferens exemplum, quod in proximis, hoc Καὶ σύ γ' ἂν καὶ οἱ ἄλλοι πάντες, quae Socrates respondet ad Poli quaestionem hanc ἐπεὶ σὺ δέξαι' ἂν μᾶλλον ἀδικεῖσθαι ἢ ἀδικεῖν; Uti hic enim deest Κἀγὼ, sic ibi deesse posse οὔτε σὲ fortasse putas. Sed in tali responso, praecedente σὺ in interrogatione, semper Κἀγὼ reticetur ante Καὶ σύ γε et per se intelligitur. Quae est adeo constans loquendi ratio, ut, si hic Κἀγὼ legeretur, id rejicere nulli dubitaremus. Ejusdem generis mendam exime ex Theaet. 157 B τὸ δ' οὐ δεῖ — οὔτε τι ξυγχωρεῖν οὔτε τοῦ οὔτ' ἐμοῦ οὔτε τόδε κτέ. reponendo οὔτε σοῦ pro οὔτε τοῦ. Vide 159 B. Parm. 129 A, al.

— D Μανθάνω — καὶ αἰσχρόν.] In Euth. 7 D Περὶ τίνος δὲ δὴ διενεχθέντες καὶ ἐπὶ τίνα κρίσιν οὐ δυνάμενοι ἀφικέσθαι ἐχθροί τ' ἂν ἀλλήλοις εἶμεν καὶ ὀργιζοίμεθα, — σκόπει εἰ τάδ' ἐστὶ. τό τε δίκαιον καὶ τὸ ἄδικον καὶ καλὸν καὶ αἰσχρὸν καὶ ἀγαθὸν καὶ κακόν. simpliciter deinceps enumerantur quae dicunt τὰ ἀμφισβητήσιμα. Sed in Gorgia secernenda illa καλόν τε καὶ ἀγαθον ab his κακὸν καὶ αἰσχρόν. Quare optima codicis lectio τε post κακὸν sine dubio recipienda. In loco illo ex Euthyphrone alia tamen non recte se habent. Secundum proxime sequentia: ἆρ' οὐ ταῦτ' ἐστὶ, περὶ ὧν διενεχθέντες καὶ οὐ δυνάμενοι ἐφ' ἱκανὴν κρίσιν αὐτῶν ἐλθεῖν ἐχθροὶ ἀλλήλοις γιγνόμεθα. cum ad pronomina (περὶ) ὧν et (κρίσιν) αὐτῶν eaedem res intelligendae sint, etiam nihil aliud ad pronomen (ἐπὶ) τίνα (κρίσιν) intel-

ΣΩ. Τί δὲ τόδε; τὰ καλὰ πάντα, οἷον καὶ σώματα καὶ χρώματα
καὶ σχήματα καὶ φωνὰς καὶ ἐπιτηδεύματα, εἰς οὐδὲν ἀποβλέπων
καλεῖς ἑκάστοτε καλά; οἷον πρῶτον τὰ σώματα τὰ καλὰ οὐχὶ ἤτοι
κατὰ τὴν χρείαν λέγεις καλὰ εἶναι, πρὸς ὃ ἂν ἕκαστον χρήσιμον
ᾖ, πρὸς τοῦτο, ἢ καθ' ἡδονήν τινα, ἐὰν ἐν τῷ θεωρεῖσθαι χαίρειν
ποιῇ τοὺς θεωροῦντας; ἔχεις τι ἐκτὸς τούτων λέγειν περὶ σώματος
κάλλους; — ΠΩΛ. Οὐκ ἔχω. — ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ τἆλλα E
πάνθ' οὕτω καὶ σχήματα καὶ χρώματα ἢ δι' ἡδονήν τιν' ἢ δι'
ὠφέλειαν ἢ δι' ἀμφότερα καλὰ προσαγορεύεις; — ΠΩΛ.
Ἔγωγε. — ΣΩ. Οὐ καὶ τὰς φωνὰς καὶ τὰ κατὰ τὴν μουσικὴν
πάνθ' ὡσαύτως; — ΠΩΛ. Ναί. — ΣΩ. Καὶ μὴν τά γε κατὰ
τοὺς νόμους καὶ τἀπιτηδεύματα οὐ δήπου ἐκτὸς τούτων ἐστὶ τὰ καλὰ

ligi potest quam ad pronomen (περὶ) τίνος. Itaque pro (ἐπὶ) τίνα (κρίσιν) requiritur (ἐπὶ) τίνος (κρίσιν). Neque enim quaeritur, quale judicium cum fieri non possit, sed qua de re cum non possit fieri, homines sibi invicem inimici fiant. — Paulo superius in Gorgia in C aut Τί δὲ δὴ αἴσχιον; πότερον aut Τί δαὶ δὴ αἴσχιον; πότερον edunt: neutrum recte. Sejungi non potest αἴσχιον a πότερον. Quare sic scribendum: Τί δὲ δή; αἴσχιον πότερον κτέ. Eodem modo τῷ πότερος praemittitur adjectivum in 478 C. Τί δέ; ἀθλιώτερος πότερος δυεῖν ἐχόντοιν κακὸν κτέ. — E ἐκτὸς τούτων ἐστὶ τὰ καλὰ] Alii haec ita posita accipi posse putant, ac si scripta essent τὰ καλὰ τὰ κατὰ τοὺς νόμους κτέ.: alii τὰ καλὰ per appositionem, ut dicunt, subjuncta superioribus τὰ κατὰ τοὺς νόμους censent. Verum quid monstrum constructionis hoc esset, tot vocum agmine interposito? Obtemperatum igitur sine dubio oportuit omittenti articulum τὰ secundum nonnullos codices. Illud καλὰ enim ad ἐστὶ referendum, et sensu et constructione flagitante. Vide 475 A ὅταν ἄρα δυεῖν καλοῖν θάτερον κάλλιον ᾖ, ἢ τῷ ἑτέρῳ τούτοιν ἢ ἀμφοτέροις ὑπερβάλλον κάλλιόν ἐστιν, ἤτοι ἡδονῇ ἢ ὠφελείᾳ ἢ ἀμφοτέροις ubi eadem ratione post praedicatum κάλλιόν ἐστιν verba ἤτοι ἡδονῇ — ἀμφοτέροις tanquam supplementum periodo absolutae subjunguntur, qua illic verba τοῦ ἢ — ἀμφότερα post praedicatum ἐστὶ καλά. — Quae dicit Polus in 475 A. — καλῶς ὁρίζει — ἡδονῇ τε καὶ ἀγαθῷ ὁριζόμενος τὸ καλόν. horum verbum ἀγαθῷ vertunt *bono conferente*. Male. Socrates demonstraverat τὰ καλὰ esse καλὰ ac dici καθ' ἡδονήν τινα et quod sint ἡδέα; his bene respondet Poli illud ἡδονῇ. Sed cum sint etiam καλὰ secundum Socratem κατὰ χρείαν sive δι' ὠφέλειαν et quod sunt ὠφέλιμα, his alterum illud Poli ἀγαθῷ non respondere videri possit. Imo, ipse dicens ἀγαθῷ quasi collum in laqueum inserit. Jam apparet, cur interpretes verterint vocem ἀγαθῷ *bono conferente*. Nimirum praecedens disputatio revera flagitat ὠφελείᾳ, non ἀγαθῷ. Ego igitur arbitror Platonem haec scribentem brevitati studuisse. Facit Polum non repetentem eandem vocem, ne interrumpatur argumentatio digressione quadam. Nam, si ὠφελείᾳ dixisset Polus, Socrati demonstrandum fuisset τὸ ὠφέλιμον = τὸ ἀγαθὸν esse, qua voce opus est, ut ei deinde opponere possit vocem κακόν: vel saltem reprehendendus fuisset Polus ut immemor superioris argumentationis, qua effectum erat τὰ καλὰ = τὰ ἀγαθά, quae legitur in 474 D et E et quae tangitur in 468, ubi sumuntur τὰ ὠφέλιμα = τὰ ἀγαθὰ et τὰ βλαβερὰ = τὰ κακά. Tandem igitur tamen coactus fuisset Polus dicere ἀγαθῷ (pro ὠφελείᾳ), qua voce nunc statim utentem eum facit auctor et quae ideo vertenda *bono*: nam sumendum est τὸ ἀγαθὸν = ὠφέλιμον, quemadmodum Socrates in proxime sequentibus eadem repetens utitur voce ὠφελείᾳ (= ἀγαθῷ). — Paulo inferius in 475 A legitur vulgo: Οὐκοῦν τὸ αἰσχρὸν τῷ ἐναντίῳ, λύπῃ τε καὶ κακῷ; omissa voce καὶ ante τὸ, quae revocanda: nam unum idemque praedicatum ad τὸ αἰσχρὸν pertinere censendum est, quod cum τὸ καλὸν praecedit. Et revera nihil inest in vocula καὶ, cur eam, in codicibus nonnullis obviam, a scribis insertam hoc loco putemus.

τοῦ ἢ ὠφέλιμα εἶναι ἢ ἡδέα ἢ ἀμφότερα. — ΠΩΛ. Οὐκ ἔμοιγε
δοκεῖ. — ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ τὸ τῶν μαθημάτων κάλλος ὡσαύτως; —
475 ΠΩΛ. Πάνυ γε· καὶ καλῶς γε νῦν ὁρίζει, ὦ Σώκρατες, ἡδονῇ τε
καὶ ἀγαθῷ ὁριζόμενος τὸ καλόν. — ΣΩ. Οὐκοῦν (καὶ) τὸ αἰσχρὸν
τῷ ἐναντίῳ, λύπῃ τε καὶ κακῷ; — ΠΩ. Ἀνάγκη. — ΣΩ. Ὅταν
ἄρα δυεῖν καλοῖν θάτερον κάλλιον ᾖ, ἢ τῷ ἑτέρῳ τούτοιν ἢ ἀμφο-
τέροις ὑπερβάλλον κάλλιόν ἐστιν, ἤτοι ἡδονῇ ἢ ὠφελείᾳ ἢ ἀμφο-
τέροις. — ΠΩΛ. Πάνυ γε. — ΣΩ. Καὶ ὅταν δὲ δὴ δυεῖν αἰσχροῖν
θάτερον αἴσχιον ᾖ, ἤτοι λύπῃ ἢ κακῷ (ἢ ἀμφοτέροις) ὑπερβάλλον
B αἴσχιον ἔσται. ἢ οὐκ ἀνάγκη; — ΠΩΛ. Ναί. — ΣΩ. Φέρε δή, πῶς
ἐλέγετο νῦν δὴ περὶ τοῦ ἀδικεῖν καὶ ἀδικεῖσθαι; οὐκ ἔλεγες τὸ μὲν
ἀδικεῖσθαι κάκιον εἶναι, τὸ δ' ἀδικεῖν αἴσχιον; — ΠΩΛ. Ἔλεγον. —
ΣΩ. Οὐκοῦν εἴπερ αἴσχιον τὸ ἀδικεῖν τοῦ ἀδικεῖσθαι, ἤτοι λυπηρό-
τερόν ἐστι καὶ λύπῃ ὑπερβάλλον αἴσχιον ἂν εἴη ἢ κακῷ ἢ ἀμφο-
τέροις; οὐ καὶ τοῦτ' ἀνάγκη; — ΠΩΛ. Πῶς γὰρ οὔ;
C XXXI. ΣΩ. Πρῶτον μὲν δὴ σκεψώμεθα, ἆρα λύπῃ ὑπερβάλ-
λει τὸ ἀδικεῖν τοῦ ἀδικεῖσθαι, καὶ ἀλγοῦσι μᾶλλον οἱ ἀδικοῦντες
ἢ οἱ ἀδικούμενοι; — ΠΩΛ. Οὐδαμῶς, ὦ Σώκρατες, τοῦτό γε. —

475 B (vulgo) ἢ κακῷ ὑπερβάλλον αἴσχιον ἔσται] Ex θάτερον in proxime praecedentibus factum esse τὸ ἕτερον a scribis et δυοῖν ex δυεῖν vix monendum. Gravius mendum in his latet, idque labefactans argumentationem. Omiserunt omnes scribae et editores post ἢ κακῷ voces ἢ ἀμφοτέροις, quas Plato scripserit necesse est, ne irrita sint praecedentia et ne deinde aliquid sumatur, quod antea non concessum sit. Voces ἢ ἀμφοτέροις si absint, in dialecticam peccantem fecerit auctor τὸν ἀκρότατον εἰς ταύτην. Praemittuntur haec: pulchrum cum sit pulchrum ἢ ἡδονῇ ἢ ἀγαθῷ (= ὠφελείᾳ) ἢ ἀμφοτέροις, duorum pulchrorum pulchrius alterum ὑπερβάλλον ἢ ἡδονῇ ἢ ὠφελείᾳ (= ἀγαθῷ) ἢ ἀμφοτέροις pulchrius est. Qua ratione quater repetuntur illa aut τῷ A aut τῷ B aut τοῖν A B simnl. Quo consilio? Num hoc, ut, ubi pergit Socrates ad demonstrandum quod proposuerat et cujus causa ea paemiserat, nunc ponat duorum turpium turpius alterum ὑπερβάλλον tantum ἢ λύπῃ ἢ κακῷ turpius esse omisso tertio ἢ ἀμφοτέροις? Fieri non potest. Neque verba illa Καὶ ὅταν δὲ δὴ aliam enunciandi rationem admittunt, quam quae supra in illis Ὅταν ἄρα κτέ. instituta est, etsi contrariae significationis nomina adhibentur. Praeterea voces ἢ ἀμφοτέροις, uti dixi, abesse non possunt, quod reliquae argumentationi deesse non possunt. Jam considera proxima. Socrates non potuisset statim aggredi Polum hac interrogatione: Ergone, si turpius injuriam facere quam accipere ἤτοι λυπηρότερόν ἐστι καὶ λύπῃ ὑπερβάλλον αἴσχιον ἂν εἴη ἢ κακῷ ἢ ἀμφοτέροις; si ipsum duorum turpium turpius dixisset tantum ἢ λύπῃ ἢ κακῷ ὑπερβάλλον turpius esse, non etiam ἢ ἀμφοτέροις. Cum enim haec ponantur tanquam norma, ad quam illa respondeant, haec nesessario omnibus partibus similia sunto illis. Verum neque omnino deesse possunt voces illae, quod summam totius argumentationis ἀνάγκην habent, cujus vim Polus eludere potuisset si non adfuissent. Hoc agit Socrates, ut τὸ ἀδικεῖν demonstret κάκιον esse τοῦ ἀδικεῖσθαι. Polum igitur cogat assentiri necesse est τὸ ἀδικεῖν superare τῷ ἑτέρῳ i. e. uno tantum κακῷ. Atque hoc eum cogit concedere, postquam is non λύπῃ, neque igitur ἀμφοτέροις (et λύπῃ et κακῷ) superare τὸ ἀδικεῖν assensus est: assenso enim non ἀμφοτέροις superare nullum amplius patet effugium, sed hoc assensus nullo prorsus pacto negare potest, solo uno τῷ κακῷ superare τὸ ἀδικεῖν.

ΣΩ. Οὐκ ἄρα λύπῃ γ' ὑπερέχει. — ΠΩΛ. Οὐ δῆτα. — ΣΩ.
Οὐκοῦν εἰ μὴ λύπῃ, ἀμφοτέροις μὲν οὐκ ἂν ἔτι ὑπερβάλλοι. —
ΠΩΛ. Οὐ φαίνεται. — ΣΩ. Οὐκοῦν τῷ ἑτέρῳ λείπεται. — ΠΩΛ.
Ναί. — ΣΩ. Τῷ κακῷ. — ΠΩΛ. Ἔοικεν. — ΣΩ. Οὐκοῦν κακῷ
ὑπερβάλλον τὸ ἀδικεῖν κάκιον ἂν εἴη τοῦ ἀδικεῖσθαι. — ΠΩΛ.
Δῆλον δὴ ὅτι. — ΣΩ. Ἄλλο τι οὖν ὑπὸ μὲν τῶν πολλῶν ἀνθρώπων D
καὶ ὑπὸ σοῦ ὡμολογεῖτο ἡμῖν ἐν τῷ ἔμπροσθεν χρόνῳ αἴσχιον εἶναι
τὸ ἀδικεῖν τοῦ ἀδικεῖσθαι; ΠΩΛ. Ναί. — ΣΩ. Νῦν δέ γε κάκιον
ἐφάνη. — ΠΩΛ. Ἔοικε. — ΣΩ. Δέξαι' ἂν οὖν σὺ μᾶλλον τὸ κάκιον
καὶ τὸ αἴσχιον ἀντὶ τοῦ ἧττον; Μὴ ὄκνει ἀποκρίνασθαι, ὦ Πῶλε
— οὐδὲν γὰρ βλαβήσει — ἀλλὰ γενναίως τῷ λόγῳ, ὥσπερ ἰατρῷ,
παρέχων ἀποκρίνου, καὶ ἢ φάθι ἢ μὴ ἃ ἐρωτῶ. — ΠΩΛ. Ἀλλ'
οὐκ ἂν δεξαίμην, ὦ Σώκρατες. — ΣΩ. Ἄλλος δέ τις ἀνθρώπων; — E
ΠΩΛ. Οὔ μοι δοκεῖ κατά γε τοῦτον τὸν λόγον. — ΣΩ. Ἀληθῆ
ἄρ' ἐγὼ ἔλεγον, ὅτι οὔτ' ἂν ἐγὼ οὔτ' ἂν σὺ οὔτ' ἄλλος οὐδεὶς
ἀνθρώπων δέξαιτ' ἂν μᾶλλον ἀδικεῖν ἢ ἀδικεῖσθαι· κάκιον γὰρ τυγ-
χάνει ὄν. — ΠΩΛ. Φαίνεται. — ΣΩ. Ὁρᾷς οὖν, ὦ Πῶλε, ὁ
ἔλεγχος παρὰ τὸν ἔλεγχον παραβαλλόμενος ὅτι οὐδὲν ἔοικεν, ἀλλὰ
σοὶ μὲν οἱ ἄλλοι πάντες ὁμολογοῦσι πλὴν ἐμοῦ, ἐμοὶ δὲ σὺ ἐξαρ-
κεῖς εἷς ὢν μόνος καὶ ὁμολογῶν καὶ μαρτυρῶν, κἀγὼ σὲ μόνον 476
ἐπιψηφίζων τοὺς ἄλλους ἐῶ χαίρειν. Καὶ τοῦτο μὲν ἡμῖν οὕτως
ἐχέτω· μετὰ τοῦτο δὲ περὶ οὗ τὸ δεύτερον ἠμφεσβητήσαμεν σκε-
ψώμεθα, τὸ ἀδικοῦντα διδόναι δίκην ἆρα μέγιστον τῶν κακῶν ἐστιν,
ὡς σὺ ᾤου, ἢ μεῖζον τὸ μὴ διδόναι, ὡς αὖ ἐγὼ ᾤμην; σκοπώμεθα
δὲ τῇδε· τὸ διδόναι δίκην καὶ τὸ κολάζεσθαι δικαίως ἀδικοῦντα ἆρα

— D Δέξαι' ἂν — μᾶλλον τὸ κάκιον καὶ τὸ αἴσχιον] Secundum 472 E ὁ ἀδικῶν — ἀθλιώτερος —, ἐὰν μὴ διδῷ δίκην, ἧττον δ' ἐὰν διδῷ δίκην. bene se habebunt illa sic constituta: Δέξαι' ἂν οὖν σὺ τὸ κάκιον καὶ αἴσχιον ἀντὶ τοῦ ἧττον; Ego novi has duas dicendi rationes: δέχεσθαι, αἱρεῖσθαι μᾶλλόν τι ἤ τι, et — τὶ ἀντί τινος: sed μᾶλλον simul cum ἀντί τινος barbara mihi videtur. Vide infra 482 B. Codices habent τὸ ante μᾶλλον, et positivum αἰσχρὸν, et τὸ τοῦ ante ἧττον. Librarii igitur putantes hic esse dicendi rationem, quam in priori exemplo posuimus, inseruerunt illud μᾶλλον, deinde, uti fieri solet, alia mutata sunt. Utrumque enim et μᾶλλον et ἧττόν articulo ornatum, et αἰσχρὸν ex comparativo factum. In editione Parisiensi lectiones τὸ μᾶλλον cum positivis adjectivorum recipiendas curabam, ut μᾶλλον simul cum ἀντὶ ad δέξαιο referri non posset, sed ut τὸ μᾶλλον faceret antithesin cum sequente τοῦ ἧττον. Nunc autem rejiciendum censeo μᾶλλον et retinendos comparativos κάκιον et αἴσχιον, rationem habens dialecticae Socraticae. Prorsus iisdem enim vocibus uti solet Socrates in interrogationibus argumentationis cujusdam conclusioni subjunctis, quibus in tota argumentatione et ipsa conclusione usus erat. Accedit, quod vox μᾶλλον non raro a scribis omittitur et inseritur, ex. gr. in Phil. 60 B Τὴν τἀγαθοῦ διαφέρειν φύσιν τῷδε τῶν ἄλλων, inseruerunt μᾶλλον post τῷδε: contra in 63 B Ὦ φίλαι — μῶν οὐκ ἂν δέξαισθ' οἰκεῖν μετὰ φρονήσεως πάσης ἢ χωρὶς τοῦ φρονεῖν; excidit μᾶλλον post πάσης. Abesse posset μᾶλλον, si πότερον vel huic similis vox praemissa esset: non potest, ubi simplex interrogandi particula praecedit.

B ταὐτὸ καλεῖς; — ΠΩΛ. Ἔγωγε. — ΣΩ. Ἔχεις οὖν λέγειν, ὡς
οὐχὶ τά γε δίκαια πάντα καλά ἐστι, καθ᾽ ὅσον δίκαια; καὶ δια-
σκεψάμενος εἰπέ. — ΠΩΛ. Ἀλλά μοι δοκεῖ, ὦ Σώκρατες.

XXXII. ΣΩ. Σκόπει δὴ καὶ τόδε· ἆρ᾽ εἴ τίς τι ποιεῖ, ἀνάγκη
τι εἶναι καὶ πάσχον ὑπὸ τούτου τοῦ ποιοῦντος; — ΠΩΛ. Ἔμοιγε
δοκεῖ. — ΣΩ. Ἆρα τοῦτο πάσχον, ὃ τὸ ποιοῦν ποιεῖ, καὶ τοιοῦ-
τον οἷον ποιεῖ τὸ ποιοῦν; λέγω δὲ τὸ τοιόνδε· εἴ τις τύπτει, ἀνάγκη
τι τύπτεσθαι; — ΠΩΛ. Ἀνάγκη. — ΣΩ. Καὶ εἰ σφόδρα τύπ-
C τει ἢ ταχὺ ὁ τύπτων, οὕτω καὶ τὸ τυπτόμενον τύπτεσθαι; —
ΠΩΛ. Ναί. — ΣΩ. Τοιοῦτον ἄρα πάθος τῷ τυπτομένῳ ἐστὶν,
οἷον ἂν τὸ τύπτον ποιῇ; — ΠΩΛ. Πάνυ γε — ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ
εἰ καίει τις, ἀνάγκη τι καίεσθαι; — ΠΩΛ. Πῶς γὰρ οὔ; —
ΣΩ. Καὶ εἰ σφόδρα γε καίει ἢ ἀλγεινῶς, οὕτω καίεσθαι τὸ καιό-
μενον, ὡς ἂν τὸ καῖον καίῃ; — ΠΩΛ. Πάνυ γε. — ΣΩ. Οὐκοῦν
καὶ εἰ τέμνει τις, ὁ αὐτὸς λόγος; τέμνεται γάρ τι. — ΠΩ. Ναί. —
ΣΩ. Καὶ εἰ μέγα γ᾽ ἢ βαθὺ τὸ τμῆμα ἢ ἀλγεινὸν, τοιοῦτον τμῆμα
D τέμνεται τὸ τεμνόμενον, οἷον τὸ τέμνον τέμνει; — ΠΩΛ. Φαίνε-
ται. — ΣΩ. Συλλήβδην δὴ ὅρα, εἰ ὁμολογεῖς ὃ ἄρτι ἔλεγον περὶ
πάντων· οἷον ἂν ποιῇ τὸ ποιοῦν, τοιοῦτον τὸ πάσχον πάσχειν. —
ΠΩΛ. Ἀλλ᾽ ὁμολογῶ. — ΣΩ. Τούτων δὴ ὡμολογημένων, τὸ δίκην
διδόναι πότερον πάσχειν τί ἐστιν ἢ ποιεῖν; — ΠΩΛ. Ἀνάγκη, ὦ
Σώκρατες, πάσχειν. — ΣΩ. Οὐκοῦν ὑπό τινος ποιοῦντος. — ΠΩΛ.
Πῶς γὰρ οὔ; ὑπό γε τοῦ κολάζοντος. — ΣΩ. Ὁ δ᾽ ὀρθῶς κολάζων
E δικαίως κολάζει; — ΠΩΛ. Ναί. — ΣΩ. Δίκαια ποιῶν, ἢ οὔ; —
ΠΩΛ. Δίκαια. — ΣΩ. Οὐκοῦν ὁ κολαζόμενος δίκην διδοὺς δίκαια
πάσχει; — ΠΩΛ. Φαίνεται. — ΣΩ. Τὰ δὲ δίκαιά που καλὰ
ὡμολόγηται; — ΠΩΛ. Πάνυ γε. — ΣΩ. Τούτων ἄρ᾽ ὁ μὲν ποιεῖ
καλὰ, ὁ δὲ πάσχει, ὁ κολαζόμενος. — ΠΩΛ. Ναί.

476 E Οὐκοῦν ὁ κολαζόμενος δίκην διδούς — et mox Τούτων ἄρα — ὁ κολαζόμενος.] Vide 472 E, quem locum tractans demonstravi, duplex passivum unius ejusdemque verbi simul adhiberi non posse. Non magis ferri potest hic κολάζεσθαι una cum διδόναι δίκην, quam illic τυγχάνειν δίκης cum διδόναι δίκην. Adscripserunt hic ex proximis petitum κολάζεσθαι (κολαζόμενος), illic ex proximis τυγχάνειν δίκης. Hic autem etiam facilius deprehenduntur scioli continuo sine copula κολαζόμενος δίκην διδοὺς scribentes. Ad 472 E dedi argumenta, quae grammatica suppeditat, nunc addam quae ex ipsa argumentatione hac accedunt egregie his emendationibus suffragantia. Argumentatio haec ccontinetur 466 B—477 B., et Socrates eam instituit hoc consilio, ut demonstret τὸν δίκην διδόντα ἀγαθὰ πάσχειν i. e. ὠφελεῖσθαι i. e. βελτίονα τὴν ψυχὴν γίγνεσθαι i. e. κακίας ψυχῆς ἀπαλλάττεσθαι. Ipsi autem argumentationi tria sunt praemissa, quorum primum in 474 E legitur, τὰ καλὰ = τἀγαθά: alterum in 476 B sumit Socrates, τὰ δίκαια = καλά: et tertium est interpretatio τοῦ διδόναι δίκην per δικαίως κολάζεσθαι, etiam in 476 B. His tribus praemissis et Polo probatis, Socrates inde a verbis Σκόπει δὴ

XXXIII. ΣΩ. Οὐκοῦν εἴπερ καλὰ, ἀγαθά; ἢ γὰρ ἡδέα ἢ ὠφέλιμα. — ΠΩΛ. Ἀνάγκη. — ΣΩ. Ἀγαθὰ ἄρα πάσχει ὁ δίκην 477

καὶ τόδε in 476 B usque ad verba Τούτων δὴ ὡμολογημένων in D demonstrat, omne πάσχον necessario semper τοιοῦτον πάσχειν οἷον ἂν ποιῇ τὸ ποιοῦν, idque exemplis confirmat. Quae Polus assensus (in D) deinde facile concedere cogitur τὸ δίκην διδόναι (= δικαίως κολάζεσθαι) esse πάσχειν τι ὑπὸ δικαίως κολάζοντος, et hunc δικαίως κολάζοντα esse δίκαια ποιοῦντα. Jam ultimum hoc ubi Polus approbavit, Socrates assecutus quod volebat concludendi initium facit dicens: Οὐκοῦν ὁ δίκην διδοὺς (= δικαίως κολαζόμενος) δίκαια πάσχει; unde deinde per — καλὰ πάσχει et — ἀγαθὰ πάσχει progressus claudit hanc argumentationem his. Κακίας ἄρα ψυχῆς ἀπαλλάττεται ὁ δίκην διδοὺς in 477 A. Jam haec diligenter consideranti luce clarius apparet, participium κολαζόμενος, quod est ante δίκην διδοὺς, nullo prorsus pacto ferri posse. Non enim potest stare una cum δίκην διδοὺς, et, si stare posset, omnino additum sibi requireret adverbium δικαίως, uti recte scriptum est in 477 A εἴπερ δικαίως κολάζεται. Tota enim argumentatio vertitur in illo δικαίως. Praeterea hoc unum tantum efficiendum ex superioribus, τὸν δίκην διδόντα δίκαια πάσχειν. Quod tantum effici potuit opera illius δικαίως κολάζεσθαι et δικαίως κολάζειν. — Neque in E. Τούτων ἄρα ὁ μὲν ποιεῖ καλὰ, ὁ δὲ πάσχει ὁ κολαζόμενος. hoc participium a Platone scriptum fuit, quia evertit ac tollit omnem ἀνάγκην syllogisticam. Nam etiam hoc, si hic stare posset, sine adverbio δικαίως non posset. Sed omnino non stare potest. Est enim in his ellipsis, quam scribae pessime expleverunt. Quod ut clare appareat, scribam totam periodum nulla voce suppressa, idque clarius et accuratius, quam feci in hujus criticae specimine, in quo hunc quoque locum tractavi, sic: Τούτων ἄρ' ὁ μὲν δίκαια ποιῶν (= ὁ δικαίως κολάζων) ποιεῖ καλὰ, ὁ δὲ δίκαια πάσχων (= ὁ δικαίως κολαζόμενος πάσχει καλά. Addidi ὁ δικαίως κολάζων et ὁ δικαίως κολαζόμενος, ut, si participium κολαζόμενος hic adesse posset, nemo non desideraret additum ei adverbium δικαίως. Verum omnino neutrum horum participiorum in hoc argumentationis loco stare potest vel cogitatione intelligi, ne cum δικαίως quidem. Est enim haec argumentationis particula luculentissimum exemplum Socratici λόγου subtilitatis. Postquam convenit inter disputantes de — δίκαια ποιεῖν et πάσχειν in superiori argumentationis particula, (interpositis δίκαια = καλὰ) — καλὰ ποιεῖν et πάσχειν sola faciunt hanc particulam: quo modo saepius dixi Socratem a verbo ad verbum progredi. Itaque neque secundum grammaticam (ob ellipsin), neque secundum dialecticam vulgaris lectio defendi potest. Quae si cui forte nondum perspicue expediisse videar, in ejus gratiam totam argumentationem in brevissimo conspectu ponam. Quod fiat sic:

A ὁ δίκην διδοὺς = B ὁ δικαίως κολαζόμενος
B ὁ δικαίως κολαζόμενος = C ὁ δίκαια πάσχων ὑπὸ (δικαίως κολάζοντος i. e.) δίκαια ποιοῦντος

Ergo A ὁ δίκην διδοὺς = C ὁ δίκαια πάσχων.
Sed secundum superiora [1]) δίκαια = καλὰ. et καλὰ = ἀγαθά. [2]) ἀγαθὰ πάσχων = ὠφελούμενος = βελτίων τὴν ψυχὴν γιγνόμενος = κακίας ψυχῆς ἀπαλλαττόμενος. (477 A)

Ergo idem A ὁ δίκην διδοὺς = C ὁ ψυχῆς κακίας ἀπαλλαττόμενος.

477 A ἢ γὰρ ἡδέα ἢ ὠφέλιμα] Haec a sciolis ex 474 E huc invecta. Jam primo obtutu vides ea partim tantum ex illo loco esse repetita, unde si partem tantum repetere voluisset auctor, sine dubio scripsisset tantum has duas voces ὠφέλιμα γάρ. Nam secundum 474 E sqq., quae τῶν καλῶν sunt ὠφέλιμα (non ἡδέα), ea tantum sunt ἀγαθά: sic καλὰ = ἀγαθά. Haec igitur (in 477 A) καλὰ, quod ὠφέλιμα sunt, ἀγαθὰ sunt. Itaque illa ἢ ἡδέα in hac argumentatione inepta et prorsus nihili sunt. Sed quid impedit, dicat quis, quominus auctor hic repetat superiora. Fere eadem enim repetit in 477 C et 478 B. At vero horum locorum alia est ratio, uti videbimus eo progressi: praeterea quae in his repetuntur plene et recte repetuntur: et in 477 C Polus non bene memor superiorum vel saltem non intelligens Socratem dicentem Εἰ δὴ αἰσχίστη, καὶ κακίστη, quaerit Πῶς, ὦ Σ., λέγεις; cogitque eum denuo idem fere probare, quod in 475 B probaverat. In loco autem, de quo agimus, Poli responsum est Ἀνάγκη: unde apparet eum respondere bene memorem superius disputatorum, secundum quae τὰ καλὰ = ἀγαθά. Quare quemque facile mihi assensurum puto

διδούς. — ΠΩΛ. Ἔοικεν. — ΣΩ. Ὠφελεῖται ἄρα. — ΠΩΛ. Ναί. — ΣΩ. Ἆρ', ἥνπερ ἐγὼ ὑπολαμβάνω τὴν ὠφέλειαν, βελτίων τὴν ψυχὴν γίγνεται, εἴπερ δικαίως κολάζεται; — ΠΩΛ. Εἰκός γε. — ΣΩ. Κακίας ἄρα ψυχῆς ἀπαλλάττεται ὁ δίκην διδούς; — ΠΩΛ. Ναί. — ΣΩ. Ἆρ' οὖν τοῦ μεγίστου ἀπαλλάττε-
B ται κακοῦ; ὧδε δὲ σκόπει. ἐν χρημάτων κατασκευῇ ἀνθρώπου κακίαν ἄλλην τιν' ἐνορᾷς ἢ πενίαν; — ΠΩΛ. Οὔκ, ἀλλὰ πενίαν. — ΣΩ. Τί δέ; ἐν σώματος κατασκευῇ κακίαν ἂν φήσαις ἀσθένειαν εἶναι καὶ νόσον καὶ αἶσχος καὶ τὰ τοιαῦτα; — ΠΩΛ. Ἔγωγε. — ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ ἐν ψυχῇ πονηρίαν ἡγεῖ τιν' εἶναι; — ΠΩΛ. Πῶς γὰρ οὔ; — ΣΩ. Ταύτην οὖν οὐκ ἀδικίαν καλεῖς καὶ ἀμαθίαν καὶ δειλίαν καὶ τὰ τοιαῦτα; — ΠΩΛ. Πάνυ μὲν οὖν. — ΣΩ. Οὐκοῦν χρημάτων
C καὶ σώματος καὶ ψυχῆς, τριῶν ὄντων, τριττὰς εἴρηκας πονηρίας, πενίαν, νόσον, ἀδικίαν; — ΠΩΛ. Ναί. — ΣΩ. Τίς οὖν τούτων τῶν πονηριῶν αἰσχίστη; οὐχ ἡ ἀδικία καὶ συλλήβδην ἡ τῆς ψυχῆς πονηρία; — ΠΩΛ. Πολύ γε. — ΣΩ. Εἰ δὴ αἰσχίστη, καὶ κακίστη. — ΠΩΛ. Πῶς, ὦ Σώκρατες, λέγεις; — ΣΩ. Ὡδί· ἀεὶ τὸ αἴσχιστον ἤτοι λύπην μεγίστην παρέχον ἢ βλάβην ἢ ἀμφότερα αἴσχιστόν ἐστιν ἐκ τῶν ὡμολογημένων ἐν τῷ ἔμπροσθεν. — ΠΩΛ. Μάλιστα. — ΣΩ. Αἴσχι-
D στον δ' ἀδικία καὶ σύμπασα ψυχῆς πονηρία νῦν δὴ ὡμολογεῖτο ἡμῖν. — ΠΩΛ. Ὡμολογεῖτο γάρ. — ΣΩ. Οὐκοῦν ἢ ἀνιαρότατόν ἐστι καὶ ἀνίᾳ ὑπερβάλλον αἴσχιστον τούτων ἐστὶν ἢ βλάβῃ ἢ ἀμ-

abjicienti omnia illa ἢ γὰρ ἡδέα ἢ ὠφέλιμα. Neque fieri potest, ut aliquis ea desideret legens mox Ὠφελεῖται ἄρα. ubique enim τὰ ἀγαθὰ a disputantibus habentur et sumuntur = τὰ ὠφέλιμα. Vide imprimis 468, 474 E, 475 A et annotationem in 476 E. Neque igitur ob hanc causam Plato scribere potuisset ὠφέλιμα γάρ. quod modo ponebam: cum enim ἀγαθὰ per se sint ὠφέλιμα, scripsisset fere omnium ineptissima haec: Οὐκοῦν, εἴπερ καλά, ἀγαθά; ἀγαθὰ γάρ. — D Οὐκοῦν ἢ — τούτων ἐστὶν ἢ βλάβῃ —] Pro priori ἢ est εἰ vel ἢ vel ἡ in codicibus, et pro τούτων etiam τοῦτο: in plurimis omittitur καί, quod est ante ἀνίᾳ, et pro ἢ βλάβῃ legitur ἢ λύπῃ ἢ βλάβῃ. Critici hunc locum frustra grammatica duce emendare conati sunt. Ego alius generis medicamen adhibebo. In primo hujus criticae specimine hunc locum tractans dixi duplex praedicatum ferri non posse, vel potius, comparationem hic ferri non posse, sed eam pronomen τούτων delendo tollendam esse, cum, si ea retineatur, praedicatum non sit simplex. In proxime enim sequentibus recte demum comparatio instituitur. Nunc manifestius emendationem probaturus mathematicos imitabor litterisque majusculis utar plures ejusdem formae argumentationes persequens. Occurrit eadem argumentandi formula in 475 B, quam igitur sic scribimus: L τὸ αἴσχιον (δυεῖν αἰσχροῖν), est αἴσχιον, quia Q^1 ἤτοι λύπῃ ἢ κακῷ ἢ ἀμφοτέροις ὑπερβάλλει: R τὸ ἀδικεῖν est = L αἴσχιον: igitur R τὸ ἀδικεῖν est αἴσχιον quia Q^2 ἤτοι λυπηρότερόν ἐστι καὶ λύπῃ ὑπερβάλλει ἢ κακῷ ἢ ἀμφοτέροις. Eadem ratione nunc scribamus eam, de qua agimus (in 477 D), sic: L τὸ αἴσχιστον est αἴσχιστον, quia Q^3 ἤτοι λύπην μεγίστην παρέχει ἢ βλάβην ἢ ἀμφότερα: R ἡ ἀδικία est = L αἴσχιστον: igitur R ἡ ἀδικία est αἴσχιστον, quia Q^4 ἤτοι ἀνιαρότατόν ἐστι καὶ ἀνίᾳ ὑπερβάλλει ἢ βλάβῃ ἢ ἀμφοτέροις. Quae utraque brevissime solis litteris majoribus sic exprimuntur: L est Q, et R = L: igitur etiam R est Q. Postquam igitur concessum est

φοτέροις; — ΠΩΛ. Ἀνάγκη. — ΣΩ. Ἆρ' οὖν ἀλγεινότερόν ἐστι τοῦ πένεσθαι καὶ κάμνειν τὸ ἄδικον εἶναι καὶ ἀκόλαστον καὶ δειλὸν καὶ ἀμαθῆ; — ΠΩΛ. Οὐκ ἔμοιγε δοκεῖ, ὦ Σώκρατες, ἀπὸ τούτων γε. — ΣΩ. Ὑπερφυεῖ τινι ἄρ' ὡς μεγάλῃ βλάβῃ καὶ κακῷ θαυμασίῳ ὑπερβάλλουσα τἆλλα ἡ τῆς ψυχῆς πονηρία αἴσχιστόν ἐστι E
πάντων, ἐπειδὴ οὐκ ἀλγηδόνι γε, ὡς ὁ σὸς λόγος. — ΠΩΛ. Φαίνεται. — ΣΩ. Ἀλλὰ μήν που τό γε μεγίστῃ βλάβῃ ὑπερβάλλον μέγιστον ἂν κακὸν εἴη τῶν ὄντων. — ΠΩΛ. Ναί. — ΣΩ. Ἡ ἀδικία ἄρα καὶ ἡ ἀκολασία καὶ ἡ ἄλλη (τῆς) ψυχῆς πονηρία μέγιστον τῶν ὄντων κακόν ἐστι. — ΠΩΛ. Φαίνεται.

XXXIV. ΣΩ. Τίς οὖν τέχνη πενίας ἀπαλλάττει; οὐ χρηματιστική; — ΠΩΛ. Ναί. — ΣΩ. Τίς δὲ νόσου; οὐκ ἰατρική; — ΠΩΛ. Ἀνάγκη. — ΣΩ. Τίς δὲ πονηρίας καὶ ἀδικίας; εἰ μὴ οὕτως 478
εὐπορεῖς, ὧδε σκόπει· ποῖ ἄγομεν καὶ παρὰ τίνας τοὺς κάμνοντας

R esse Q, quemadmodum concessum erat L esse Q, deinde in 475 C τὸ ἀδικεῖν esse κάκιον, in 477 D et E esse κάκιστον argumentatione efficitur. Jam haec sedulo consideranti liquido apparet, τὸ Q^4 τῷ Q^3 simile sit necesse esse, quemadmodum τὸ Q^2 non simile esse τῷ Q^1 non potest. Reddimus igitur Q^4 simile τῷ Q^3 demendo pronomen τούτων. In 478 B recurrit eadem argumentandi formula, quae plene scripta sic se haberet: L τὸ κάλλιστον est κάλλιστον quia Q^5 ἤτοι ἥδιστον est καὶ ἡδονὴν πλείστην ποιεῖ ἢ ὠφέλειαν ἢ ἀμφότερα (quae universe enunciata superius in 474 et 475 Polo probata erant): R ἡ δίκη est = L κάλλιστον: igitur R ἡ δίκη est κάλλιστον quia Q^6 ἤτοι ἡδονὴν πλείστην ποιεῖ ἢ ὠφέλειαν ἢ ἀμφότερα. Auctor vero hic tantum Q^6 scripsit, reliquis omissis. Ego plene scripsi, ut τὸ Q^6, quod ad formam attinet, prorsus simile esse τῷ Q^3 nemo non videat. Illud simile suo Q^5, hoc suo Q^1. Utrumque autem ob eandem causam sic se habet, ob quam Q^4, de quo hic agimus, (suo simile Q^3) non aliter se habere posse dixi. Verum enim vero cave nunc putes me desiderare in 478 B a Platone omissa: hoc enim demum esset futili quodam studio nimis ad certam quamdam propositam normam torquere argumentationes: hoc esset ipsum auctorem corrigere, vel potius, ab ipso scripta sollicitare. Omisit auctor in 478 B f. praeter ea, quae nos supplevimus, omnia quoque reliqua, quae ad τὴν δίκην pertinent, et scripsit haec: ΣΩ. Ἆρ' οὖν τὸ ἰατρεύεσθαι ἡδύ ἐστι, καὶ χαίρουσιν οἱ ἰατρευόμενοι; ΠΩ. Οὐκ ἔμοιγε δοκεῖ. post quae omittit etiam haec: ΣΩ. Οὐκοῦν εἰ μὴ ἡδύ, ἀμφότερα μὲν οὐκ ἂν ἔτ' εἴη. ΠΩ. Οὐ φαίνεται. ΣΩ. Οὐκοῦν θάτερον λείπεται. ΠΩ. Ναί. ΣΩ. Τὸ ὠφέλιμον. ΠΩ. Ἔοικεν, quae omnia tribus tantum verbis dixit his: Ἀλλ' ὠφέλιμόν γε. Vide 478 C, ubi idem locus exegeseos causa etiam plenius nobis scribendus erit. Sic etiam in 477 D posteriorem hanc argumentationis partem omisit. Attamen, iterum dico, longum absit, ut nos omnia illa omissa reponi jubeamus. In 475 autem alia ratio est. Ibi nulla argumentationis pars omittitur neque omitti ab auctore potuit, quod est prima hujus formae, qua prima vice ibi utitur auctor. Quare nihil huic deesse posse rati inserendas censuimus voces ἢ ἀμφοτέροις. Jam a dialectica, qua duce delevimus pronomen τούτων, ad grammaticam redeamus. Interpretes mala exempla laudant, quibus defendant ἀμφότερα. Codices enim jam suppeditarunt in Charm. 153 D ἀμφοτέροις. Et in Io. 541 B ἀμφότερα ἄριστος. prorsus alia est ratio, nemini ignota, qualis τὴν φύσιν ἄριστος, πάντα κράτιστος sim. Laudant bonos locos, quorum unus instar omnium est Gorg. 475 B ἤτοι λύπῃ ὑπερβάλλον ἢ κακῷ ἢ ἀμφοτέροις. sed tamen ἀμφοτέροις non reponendum censent pro corrupto ἀμφότερα. — In E Τίς δὲ (s. τέχνη ἀπαλλάττει) πονηρίας καὶ ἀδικίας; post δὲ excidit δή, quae concludendi vocula ultimam quaestionum, exemplorum instar praemissarum, comitari solet.

τὰ σώματα; ΠΩΛ. Παρὰ τοὺς ἰατρούς, ὦ Σώκρατες. — ΣΩ. Ποῖ
δὲ τοὺς ἀδικοῦντας καὶ τοὺς ἀκολασταίνοντας; — ΠΩΛ. Παρὰ
τοὺς δικαστὰς, λέγεις. — ΣΩ. Οὐκοῦν *δίκην δώσοντας*; — ΠΩΛ.
Φημί. — ΣΩ. *Ἆρ' οὖν οὐ δικαιοσύνῃ τινὶ χρώμενοι κολάζουσιν οἱ*
ὀρθῶς κολάζοντες; — ΠΩΛ. *Δῆλον δή*. — ΣΩ. *Χρηματιστικὴ μὲν*
B *ἄρα πενίας ἀπαλλάττει, ἰατρικὴ δὲ νόσου, δίκη δ' ἀκολασίας καὶ*
ἀδικίας. — ΠΩΛ. *Φαίνεται*. — ΣΩ. *Τί οὖν τούτων κάλλιστόν ἐστιν*
[*ὧν λέγεις*]; — ΠΩΛ. *Τίνων λέγεις*; — ΣΩ. *Χρηματιστικῆς, ἰατρι-*
κῆς, δίκης. — ΠΩ. *Πολὺ διαφέρει, ὦ Σώκρατες, ἡ δίκη*. — ΣΩ.
Οὐκοῦν αὖ ἤτοι ἡδονὴν πλείστην ποιεῖ ἢ ὠφέλειαν ἢ ἀμφότερα,
εἴπερ κάλλιστόν ἐστι; — ΠΩΛ. *Ναί*. — ΣΩ. *Ἆρ' οὖν τὸ ἰατρεύ-*
εσθαι ἡδύ ἐστι, καὶ χαίρουσιν οἱ ἰατρευόμενοι; — ΠΩΛ. *Οὐκ ἔμοιγε*
C *δοκεῖ*. — ΣΩ. *Ἀλλ' ὠφέλιμόν γε. ἢ γάρ*; — ΠΩΛ. *Ναί*. —
ΣΩ. *Μεγάλου γὰρ κακοῦ ἀπαλλάττεται, ὥστε λυσιτελεῖ ὑπομεῖναι*
τὴν ἀλγηδόνα καὶ ὑγιεῖ εἶναι. — ΠΩΛ. *Πῶς γὰρ οὔ*; — ΣΩ.

478 C **Μεγάλου γὰρ κακοῦ —, ὥστε λυσιτελεῖ — ὑγιεῖ εἶναι**] Pro *γὰρ* scriptum fuisse *ἄρα*, et verba *ὥστε λυσιτελεῖ — ὑγιεῖ εἶναι* omnia a scribis inserta esse, et grammatica et dialectica duce docere conabar. Superius in 474 E et 475 A argumentandi formula plene scripta est sic: *τὸ καλὸν ἤτοι ἡδονῇ ἢ ἀγαθῷ* (= *ὠφελείᾳ*) *ἢ ἀμφοτέροις καλόν*. Secundum hanc formulam si qua res apparet esse non *ἡδονῇ* ideoque non *ἀμφοτέροις καλή*, restat ut necessario *ἀγαθῷ* (i. e. *ὠφελείᾳ*) sit *καλή*: et hoc ultimo concesso, conclusio in promtu est. — Quae igitur illis *Μεγάλου γὰρ κακοῦ κτέ.* praemittuntur, Σ. *Ἆρ' οὖν τὸ ἰατρεύεσθαι ἡδύ ἐστι, καὶ χαίρουσιν οἱ ἰατρευόμενοι*; Π. *Οὐκ ἔμοιγε δοκεῖ*. Σ. *Ἀλλ' ὠφέλιμον γε. ἢ γάρ*; Π. *Ναί*. plene scripta sic fere se haberent: Σ. *Τί δέ; τὴν ἰατρικὴν* sive *τὸ ἰατρεύεσθαι καλὸν λέγεις*; Π *Ἔγωγε*. Σ. *Τὸ δὲ καλὸν ἤτοι ἡδονῇ ἢ ὠφελείᾳ ἢ ἀμφοτέροις καλὸν ὡμολόγηται*. Π. *Πάνυ γε* Σ. *Οὐκοῦν τὸ ἰατρεύεσθαι ἤτοι ἡδὺ ἢ ὠφέλιμον ἢ ἀμφότερα, εἴπερ καλόν ἐστι*; Π. *Ναί*. Σ. *Ἆρ' οὖν ἡδύ ἐστι, καὶ χαίρουσιν οἱ ἰατρευόμενοι*; Π *Οὐκ ἔμοιγε δοκεῖ* Σ. *Οὐκοῦν εἰ μὴ ἡδὺ, ἀμφότερα μὲν οὐκ ἂν ἔτ' εἴη*. Π. *Οὐ φαίνεται*. Σ. *Οὐκοῦν θάτερον λείπεται*; Π. *Ναί*. Σ. *Τὸ ὠφέλιμον* Π. *Ἔοικε*. Lectores autem (vel si malis auditores) ad hunc locum progressi norunt formulam, et nemo eam hic totam scriptam desiderare potest: norunt *ἀγαθὸν* = *ὠφέλιμον* ex superioribus, et hanc *ὠφέλειαν* esse, quam *ὠφελεῖται ὁ ἰατρευόμενος*, eum *βελτίω τὸ σῶμα γίγνεσθαι*: ita ut conclusio non esse non possit haec: *Μεγάλου ἄρα κακοῦ ἀπαλλάττεται*. si quidem *σώματος πονηρία μέγα* est *κακὸν*, *ψυχῆς πονηρία* autem, *πάντων μέγιστον κακόν*. Conferas nunc 477 A et fac *κακίας γὰρ ψυχῆς ἀπαλλάττεται* ex *κακίας ἄρα ψ. ἀπ.*, ut sentias quam inepte per illud *γὰρ* tota hujusmodi ratio argumentandi pervertatur. Sic enim id, quo consilio argumentatio instituta erat, vel potius dicam, sic id, quod probandum erat, argumenti instar argumentationi subjungitur. Hoc uno enim consilio has argumentationes his paginis adhibet Socrates, ut demonstret *τὸ δίκην διδόναι*, uti *τὸ ἰατρεύεσθαι*, esse *κακοῦ ἀπαλλάττεσθαι*, ut tandem ex omnibus *συλλογίσηται*, *τὸν μὴ ἀπαλλαττόμενον* hujus *κακοῦ* i. e. *τὸν μὴ διδόντα δίκην* infeliciorem esse *τοῦ ἀπαλλαττομένου* i. e. *τοῦ διδόντος*. Pergo ad reliqua verba *ὥστε λυσιτελεῖ — ὑγιεῖ εἶναι*. Primum argumentatio respuit illud *λυσιτελεῖ*. Nam *τὸ λυσιτελοῦν* esse = *τὸ ὠφέλιμον* jam demonstratum est, et est id, ex quo ultimo concesso secundum argumentandi formulam *κακοῦ ἀπαλλαγὴ* prodit. Deinde, ut ad grammaticam veniamus, quid sibi vult illud *ὑγιεῖ εἶναι*? In 477 A legitur *ὁ διδοὺς δίκην — βελτίων τὴν ψυχὴν γίγνεται* (non *ἐστι*): in 480 C *ἵνα δῷ δίκην καὶ ὑγιὴς γίγνηται* (non *ᾖ*): in 527 C *τὸ γίγνεσθαι* (non *εἶναι*) *δίκαιον καὶ διδόναι δίκην*. Absurdum in talibus *εἶναι*. Recte demum *εἶναι ὑγιὴς* dici potest

ʼΑρ᾽ οὖν οὕτως ἂν περὶ σῶμα εὐδαιμονέστατος ἄνθρωπος εἴη, ἰατρευόμενος, ἢ μηδὲ κάμνων ἀρχήν; — ΠΩΛ. Δῆλον ὅτι μηδὲ κάμνων. — ΣΩ. Οὐ γὰρ τοῦτ᾽ ἦν εὐδαιμονία, ὡς ἔοικε, κακοῦ ἀπαλλαγή, ἀλλὰ τὴν ἀρχὴν μηδὲ κτῆσις. — ΠΩΛ. Ἔστι ταῦτα. — ΣΩ. Τί δέ; ἀθλιώτερος πότερος δυεῖν ἐχόντοιν κακὸν εἴτ᾽ ἐν σώματι εἴτ᾽ ἐν ψυχῇ, D
ὁ ἰατρευόμενος καὶ ἀπαλλαττόμενος τοῦ κακοῦ, ἢ ὁ μὴ ἰατρευόμενος, ἔχων δέ; — ΠΩΛ. Φαίνεταί μοι ὁ μὴ ἰατρευόμενος. — ΣΩ. Οὐκοῦν τὸ δίκην διδόναι μεγίστου κακοῦ ἀπαλλαγὴ ἦν, πονηρίας; — ΠΩΛ. Ἦν γάρ. — ΣΩ. Σωφρονίζει γάρ που καὶ δικαιοτέρους ποιεῖ καὶ ἰατρικὴ γίγνεται πονηρίας ἡ δίκη. — ΠΩΛ. Ναί. — ΣΩ. Εὐδαιμονέστατος μὲν ἄρ᾽ ὁ μὴ ἔχων κακίαν ἐν (τῇ) ψυχῇ, ἐπειδὴ E
— E *ταῦτ' ἤδη ἐστὶν αὐτὰ*] Sicuti paulo superius legitur *ἤδη εὖ εἴσεσθαι.* et infra in 487 C *ἐάν τι σὺ — ὁμολογήσῃς μοι, βεβασανισμένον τοῦτ' ἤδη ἔσται.* et ib. E *ἡ — ὁμολογία τέλος ἤδη ἕξει τῆς ἀληθείας*, etiam hic, eodem sensu flagitante, futurum *ἤδη ἔσται αὐτὰ* legatur. — Sequens pagina habet in B *φίλω ἐστὸν ἐμὼ*, sed Gorgias et Polus non erant *φίλω* Socratis sed Socrati: uti igitur ad Calliclem dicit *κἀμοί γ' εἶ εὔνους* et in E *φίλος γάρ μοι εἶ*, necesse etiam de illis dixerit Socrates *φίλω ἐστὸν ἐμοὶ*, non *ἐμώ*.

487 C *ἐπήκουσα — μέχρι* (vulgo) *ὅποι*] Confer E — *τί (χρὴ τὸν ἄνδρα) ἐπιτηδεύειν καὶ μέχρι τοῦ.* Est hic pronominis genitivus *τοῦ* post *μέχρι*: mutata igitur constructio in supra scriptis flagitat ejusdem pronominis relativum *ὅτου* post *μέχρι*. In Phdr. 268 B correlativi *πόσου* est relativum *ὁπόσου* post *μέχρι*. Rep. 423 B et 471 B pronominis *τοῦτο* relativum *οὗ* comitatur particulam *μέχρι*. — Verbum *ἐπακούειν* hic eandem habet significationem, quae est in Prot. 317 D. Theaet. 155 E, et quae elucet imprimis ex Xenoph. Anab. 7: 1, 14. ubi quae Anaxibius, convocatis ducibus et lochagis, ad hos dixerat *ἐπακούσαντές τινες τῶν στρατιωτῶν* in exercitum di-

ἀσκητέον εἴη, καὶ οἶδ' ὅτι ἐνίκα ἐν ὑμῖν τοιάδε τις δόξα, μὴ προ-
θυμεῖσθαι εἰς τὴν ἀκρίβειαν φιλοσοφεῖν, ἀλλ' εὐλαβεῖσθαι παρεκε-
D λεύεσθ' ἀλλήλοις, ὅπως μὴ πέρα τοῦ δέοντος σοφώτεροι γενόμενοι
λήσετε διαφθαρέντες. ἐπειδὴ οὖν σου ἀκούω ταὔτ' ἐμοὶ συμβουλεύοντος,
ἅπερ τοῖς σεαυτοῦ ἑταιροτάτοις, ἱκανόν μοι τεκμήριόν ἐστιν, ὅτι ὡς
ἀληθῶς μοι εὔνους εἶ. καὶ μὴν ὅτι γ' οἷος παρρησιάζεσθαι καὶ μὴ
αἰσχύνεσθαι, αὐτός τε φῂς καὶ ὁ λόγος, ὃν ὀλίγον πρότερον ἔλεγες,
ὁμολογεῖ σοι. ἔχει δὴ οὑτωσὶ δῆλον ὅτι τούτων πέρι νυνί, ἐάν τι σὺ
E ἐν τοῖς λόγοις ὁμολογήσῃς μοι, βεβασανισμένον τοῦτ' ἤδη ἔσται
ἱκανῶς ὑπ' ἐμοῦ τε καὶ σοῦ, καὶ οὐκέτ' αὐτὸ δεήσει ἐπ' ἄλλην
βάσανον ἀναφέρειν. οὐ γὰρ ἄν ποτ' αὐτὸ συνεχώρησας σὺ οὔτε
σοφίας ἐνδείᾳ οὔτ' αἰσχύνης περιουσίᾳ· οὐδ' αὖ ἀπατῶν ἐμὲ συγχω-
ρήσαις ἄν· φίλος γάρ μοι εἶ, ὡς καὶ αὐτὸς φῄς. τῷ ὄντι οὖν ἡ

vulgasse narrantur. Is igitur dicitur ἐπακούειν, qui corona dicentes vel colloquentes extra coronam longius aut propius assidens adstansve audit.

— D — σου ἀκούω (sic v.) ταῦτα ἐμοὶ] Spernunt emendationem ταὐτὰ pro ταῦτα, quia ταῦτα hic vim τοῦ τοιαῦτα habere possit! Esset igitur οὗτος idem ac τοιοῦτος et ὅσπερ ac οἷόσπερ. At estne hoc allucinari? In 488 A legitur κἄν με λάβῃς — μὴ ταῦτα πράττοντα, ἅπερ ὡμολόγησα. ad quae si conformares illa ex. gr. hunc in modum: ἐπειδὴ οὖν σου ἀκούω ταῦτα μοὶ συμβουλεύοντος, ἅπερ βέλτιστα νομίζεις. illud ταῦτα recte se haberet. Quam igitur ob causam ταῦτα in loco, de quo agimus, ferri nequit? Dicam. Ad ἅπερ τοῖς σεαυτοῦ ἑταιροτάτοις cogitatione repete voces συμβουλεύοντος ἐπήκουσα. Absurdum est dicere ex. gr. *ego facio id quod tu facis*, recte autem dicitur *ego idem facio quod tu*. In his enim unum idemque praedicatum est ante et post relativum. Est igitur eadem ratio in supra scriptis, quae flagitant ταὐτὰ pro absurdo ταῦτα. Itaque in Xenoph. Sy. 2. 25 δοκεῖ μέντοι μοι καὶ τὰ τῶν ἀνδρῶν σώματα ταὐτὰ πάσχειν, ἅπερ καὶ τὰ τῶν ἐν γῇ φυομένων. ne revocemus ταῦτα., neque in Plat. Soph. 217 B ὁ δὲ ταῦτα, ἅπερ καὶ πρὸς σὲ νῦν, καὶ τότ' ἐσκήπτετο πρὸς ἡμᾶς. corrigere dubitemus ταὐτὰ, cogitatione supplentes in Sy. πάσχει, in Soph. σκήπτεται. Et sic porro corrige omnes his similes locos, sive idem verbum bis scriptum sit, sive semel sed per ellipsin omissum. Haec quoque scribentem me taedet ejusdem correctionis exempla cumulare: neque mihi sunt scriptorum indices, unde innumeros locos conquiram.

— E ἀπατῶν ἐμὲ συγχωρήσαις ἂν] Sine dubio voces συγχωρήσαις ἂν grammaticae imperitis debentur, eleganter variatae orationis Platonicae ne umbram quidem videntibus. Indicativus enim cum ἂν requiritur, quia in tota hac periodo οὐ γὰρ ἄν ποτ' — ὡς καὶ αὐτος φῄς. de re tanquam praeterita sermo est. Post οὐδ' enim quin cogitatione repetendum sit et γὰρ et αὐτὸ, dubitari nequit: neque igitur, quia per hoc αὐτὸ quoque significetur quodcunque Callicles concesserit, ideoque, quod a Callicle concessum fuerit, a Socrate (in D) dicitur ἱκανῶς et a se et a Callicle βεβασανισμένον i. e. αὐτὸ τἀληθὲς (A). Nam (ita ratiocinatur Socrates) Callicles id non concessisset οὔτε σοφίας ἐνδείᾳ etc. i. e. non habens ἐπιστήμην et εὔνοιαν et παρρησίαν. Quae tria enim qui habeat, eum demum recte et satis explorare ac probare posse rem, qua de agitur, Socrates hanc argumentationem ordiens (in A) ipse ostendit. Jam neminem non sentire puto, quam absurdum sit, si in loco, de quo agimus, unum trium illarum excipiatur, quae necessario requiri et quae omnia Calliclem revera habere dixerat Socrates. Perspicuitatis tamen causa totum locum scribam omnem ellipsin explens et tria illa paucissimis adscribens sic: οὐ γὰρ ἄν ποτ' αὐτὸ συνεχώρησας σὺ οὔτε σοφίας ἐνδείᾳ (i. e. ἔχων ἐπιστήμην 487 A) οὔτ' αἰσχύνης περιουσίᾳ (i. e. ἔχων παρρησίαν) οὐδὲ (γὰρ ἄν ποτ' αὐτὸ συνεχώρησας) αὖ

ἐμὴ καὶ σὴ ὁμολογία τέλος ἤδη ἕξει τῆς ἀληθείας. πάντων δὲ καλ-
λίστη ἐστὶν ἡ σκέψις, ὦ Καλλίκλεις, περὶ τούτων ὧν σὺ δή μοι
ἐπετίμησας, ποῖόν τινα χρὴ εἶναι τὸν ἄνδρα καὶ τί ἐπιτηδεύειν καὶ
μέχρι τοῦ, καὶ πρεσβύτερον καὶ νεώτερον ὄντα. ἐγὼ γὰρ εἴ τι
μὴ ὀρθῶς πράττω κατὰ τὸν βίον τὸν ἐμαυτοῦ, εὖ ἴσθι τοῦθ' ὅτι οὐχ 488
ἑκὼν ἐξαμαρτάνω ἀλλ' ἀμαθίᾳ τῇ ἐμῇ. σὺ οὖν, ὥσπερ ἤρξω
νουθετεῖν με, μὴ ἀποστῇς, ἀλλ' ἱκανῶς μοι ἔνδειξαι, τί ἐστι τοῦτο,
ὃ ἐπιτηδευτέον μοι, καὶ τίνα τρόπον κτησαίμην ἂν αὐτό. κἄν με
λάβῃς νῦν μέν σοι ὁμολογήσαντα, ἐν δὲ τῷ ὑστέρῳ χρόνῳ μὴ
ταῦτα πράττοντα, ἅπερ ὡμολόγησα, πάνυ με ἡγοῦ βλᾶκα εἶναι,
καὶ μηκέτι ποτέ με νουθετήσῃς ὕστερον, ὡς μηδενὸς ἄξιον ὄντα. ἐξ B
ἀρχῆς δέ μοι ἐπανάλαβε, πῶς φὴς τὸ δίκαιον ἔχειν καὶ σὺ καὶ Πίν-
δαρος τὸ κατὰ φύσιν; ἄγειν βίᾳ τὸν κρείττω τὰ τῶν ἡττόνων καὶ
ἄρχειν τὸν βελτίω τῶν χειρόνων καὶ πλέον ἔχειν τὸν ἀμείνω τοῦ
φαυλοτέρου; μή τι ἄλλο λέγεις τὸ δίκαιον εἶναι; ἢ ὀρθῶς μέμνημαι;

XLIII. ΚΑΛ. Ἀλλὰ ταῦτ' ἔλεγον καὶ τότε καὶ νῦν λέγω. —
ΣΩ. Πότερον δὲ τὸν αὐτὸν βελτίω καλεῖς σὺ καὶ κρείττω; οὐδὲ
γάρ τοι τόθ' οἷός τ' ἦ μαθεῖν σου, τί ποτε λέγεις. πότερον τοὺς C
ἰσχυροτέρους κρείττους καλεῖς, καὶ δεῖ ἀκροᾶσθαι τοῦ ἰσχυροτέρου
τοὺς ἀσθενεστέρους, οἷόν μοι δοκεῖς καὶ τότ' ἐνδείκνυσθαι, ὡς αἱ
μεγάλαι πόλεις ἐπὶ τὰς σμικρὰς κατὰ τὸ φύσει δίκαιον ἔρχονται,
ὅτι κρείττους εἰσὶ καὶ ἰσχυρότεραι, ὡς τὸ κρεῖττον καὶ ἰσχυρότερον
καὶ βέλτιον ταὐτὸν ὄν, ἢ ἔστι βελτίω μὲν εἶναι, ἥττω δὲ καὶ
ἀσθενέστερον, καὶ κρείττω μὲν εἶναι, μοχθηρότερον δέ· ἢ ὁ αὐτὸς
ὅρος ἐστὶ τοῦ βελτίονος καὶ τοῦ κρείττονος; τοῦτό μοι αὐτὸ σαφῶς D
διόρισον, ταὐτὸν ἢ ἕτερόν ἐστι τὸ κρεῖττον καὶ τὸ βέλτιον καὶ τὸ
ἰσχυρότερον; — ΚΑΛ. Ἀλλ' ἐγώ σοι σαφῶς λέγω, ὅτι ταὐτόν

ἀπατῶν ἐμέ, φίλος γάρ μοι εἶ (i. e. ἔχων εὔνοιαν), ὡς καὶ αὐτὸς φῄς. Quare illa συγχωρήσαις ἂν abjicienda sunt, quod turbant orationem omnemque bonum sensum tollunt. — Ad verba quae paulo inferius in Gorgia leguntur, ποῖόν τινα χρὴ εἶναι τὸν ἄνδρα καὶ τί ἐπιτηδεύειν progresso libet mihi hic adscribere emendationem in Sy. 209 C — εὐθὺς εὐπορεῖ λέγων περὶ ἀρετῆς καὶ περὶ οἷον χρὴ εἶναι τὸν ἄνδρα καὶ ἃ ἐπιτηδεύειν, καὶ ἐπιχειρεῖ παιδεύειν. Delenda enim secundum περὶ et ultimum καὶ cum commate. Confer Xenoph. Sy. 8. 12 — σου ἄγαμαι — ὅτι παιδεύεις αὐτὸν οἷόνπερ χρὴ εἶναι.

488 C δοκεῖς καὶ τότ' ἐνδείκνυσθαι] Si abesset verbum δοκεῖς, haec sic se haberent: οἷόν μοι καὶ τότε ἐνεδείκνυσο. quemadmodum etiam in 489 B ὥστε κινδυνεύεις οὐκ ἀληθῆ λέγειν ἐν τοῖς πρόσθεν, οὐδ' ὀρθῶς ἐμοῦ κατηγορεῖν. urbano illo κινδυνεύεις omisso, sic: ὥστ' οὐκ ἀληθῆ ἔλεγες ἐν τοῖς πρόσθεν οὐδ' ὀρθῶς ἐμοῦ κατηγόρεις. Itaque aliquis in 488 C imperfectum desiderans ἐδόκεις pro δοκεῖς reponendum censet. Verum infinitivi praesens saepissime cum indicativi praesente verborum δοκεῖν, κινδυνεύειν sim. conjungitur. Quod ubi fit, imperfecti vis tribuenda est infinitivi praesenti, et adverbia, quale illud τοτε, ad infinitivum referenda sunt. Nihil igitur mutandum, cum ea sit constans Atticorum loquendi consuetudo.

E ἐστιν. — ΣΩ. Οὐκοῦν οἱ πολλοὶ τοῦ ἑνὸς κρείττους εἰσὶ κατὰ
φύσιν; οἳ δὴ καὶ τοὺς νόμους τίθενται ἐπὶ τῷ ἑνὶ, ὥσπερ καὶ σὺ
ἄρτι ἔλεγες. — ΚΑΛ. Πῶς γὰρ οὔ; — ΣΩ. Τὰ τῶν πολλῶν
ἄρα νόμιμα τὰ τῶν κρειττόνων ἐστί. — ΚΑΛ. Πάνυ γε. — ΣΩ.
Οὐκοῦν τὰ τῶν βελτιόνων; οἱ γὰρ κρείττους βελτίους πολὺ κατὰ
τὸν σὸν λόγον. — ΚΑΛ. Ναί. — ΣΩ. Οὐκοῦν τὰ τούτων νόμιμα
κατὰ φύσιν καλὰ, κρειττόνων γ' ὄντων; — ΚΑΛ. Φημί. — ΣΩ.
Ἆρ' οὖν (οὐχ) οἱ πολλοὶ νομίζουσιν οὕτως, ὡς ἄρτι αὖ σὺ ἔλεγες,
489 δίκαιον εἶναι τὸ ἴσον ἔχειν καὶ αἴσχιον τὸ ἀδικεῖν τοῦ ἀδικεῖσθαι;
ἔστι ταῦτα, ἢ οὔ; καὶ ὅπως μὴ ἁλώσει ἐνταῦθα σὺ αἰσχυνόμενος.

— E Οὐκοῦν τὰ τούτων — κρειττόνων γ' ὄντων;] Proxime praecedentia Οὐκοῦν τὰ τῶν βελτιόνων; cogitatione his supplenda esse Οὐκοῦν τὰ τῶν πολλῶν νόμιμα τὰ τῶν βελτιόνων ἐστί; nemini cum non manifestum sit, τούτων pro τῶν πολλῶν positum esse certum est. Jam si viderimus quo jure et quo consilio Socrates τὰ τῶν πολλῶν νόμιμα dixerit καλὰ, apparebit postrema illa κρειττόνων γ' ὄντων ferri non posse. Sunt οἱ πολλοὶ secundum Socratem κρείττους κατὰ φύσιν, ideoque eorum νόμιμα sunt κατὰ φύσιν νόμιμα: sed sunt etiam βελτίους (nam οἱ πολλοὶ = οἱ κρείττους = οἱ βελτίους), itaque eorum νόμιμα etiam sunt καλά. Petit igitur epitheton καλὰ ex illo βελτίους eodem jure, quo illud κατὰ φύσιν ex κρείττους (= ἰσχυρότερους). Ergo si quis vellet aliquid addere post καλὰ, non tantum κρειττόνων γ' ὄντων, sed etiam alterum καὶ βελτιόνων addere deberet: κατὰ φύσιν καλὰ duo sunt ex his duobus petita. Sed est argumentatio tam simplex et brevis, ut nemo ea desiderare possit. Praeterea cave putes τῷ κατὰ φύσιν. magis opus esse quam τῷ καλά. Nondum enim ad finem perduxit argumentationem Socrates, qua demonstret τὸ κατὰ νόμον δίκαιον esse = τὸ κατὰ φύσιν δίκαιον. Sed ut ad hoc δίκαιον pervenire possit, necesse est ei adtribuat tale epitheton, quo approbato Callicles omnino concedere cogitur τὰ τῶν πολλῶν νόμιμα esse κατὰ φύσιν δίκαια, vel potius κατὰ φύσιν δίκαιον esse id, quod οἱ πολλοὶ νομίζουσιν, ut fere ipsis Platonis verbis utar. Paucioribus dicam: memor disputationis, quae legitur in 476, ubi τὰ δίκαια diserte dicuntur = τὰ καλὰ, jam intelliges, quo consilio Socrates usus sit τῷ καλὰ, et quam necessario id praemiserit caeterae argumentationi. Quod librarii non intelligentes adscripserunt illa κρειττόνων γ' ὄντων, illud καλὰ pro temere dicto habentes et τοῦ κατὰ φύσιν solius rationem habendam esse rati. Praeterea vide 491 E, ubi τοῦτ' ἐστὶ τὸ κατὰ φύσιν καλὸν καὶ δίκαιον κτέ. — Ejusdemmodi additamentum indicavi in 477 A et 478 C, et indicabo in 497 D. — Caeterum quid sibi velit vocabulum πολὺ in illis οἱ γὰρ κρείττους βελτίους πολὺ fateor me non assequi.

489 A ὅπως μὴ — σὺ αἰσχυνόμενος] Si pro σὺ pronomen αὐτὸς scriptum esset, hoc intelligi posset. Significaret enim *ipse tu*, qui in Polum et Gorgiam αἰσχυνθέντας ita graviter invectus es. Vide αὐτὸς sic positum in 482 D νῦν δὲ πάλιν αὐτὸς — et 489 E ὁρᾷς ἄρα ὅτι σὺ αὐτὸς ὀνόματα λέγεις. Vide annotationem in 452 B. Hujus autem pronominis αὐτὸς nullum in codicibus superest vestigium, neque est quod per antithesin respondeat τῷ σὺ soli. Restat igitur, ut hunc bonum sensum restituamus: ne tu *quoque* (uti antea Gorgias et Polus) pudore suffusus deprehendaris: qui in Graecis erit, si reposueris unius codicis lectionem καὶ ante σὺ habentis. Eandem voculam καὶ vel nullus codex suppeditat in Phil. 60 C Ὧι παρείη τοῦτ' —, μηδενὸς ἑτέρου ποτὲ ἔτι προσδεῖσθαι, τὸ δ' ἱκανὸν τελεώτατον ἔχειν. sensus tamen requirit eum post ἱκανόν. Haec duo enim adjectiva ubique habere dicitur τἀγαθὸν, nusquam autem in unum conjunguntur. In ejusdem paginae B Σωκράτης δὲ πρῶτον μὲν οὔ φησι τοῦτ' εἶναι, δύο δὲ καθάπερ τὰ ὀνόματα. etiam nullo codice adjuvante, corrige addendo ἂν post εἶναι: in D — εἰ μήτ' ἀληθῶς δοξάζοι χαίρειν. insere participium χαίρων inter εἰ et μήτ'. Librarii in hoc ultimo loco aliquod mendum odorati tollere id conati sunt ex εἰ faciendo ἦν: sed ignorant isti recte dici ἥδεσθαι ἡδονήν,

νομίζουσιν, ἢ οὔ, οἱ πολλοὶ τὸ ἴσον ἔχειν ἀλλ' οὐ τὸ πλέον δίκαιον εἶναι, καὶ αἴσχιον τὸ ἀδικεῖν τοῦ ἀδικεῖσθαι; μὴ φθόνει μοι ἀποκρίνασθαι τοῦτ', ὦ Καλλίκλεις, ἵν', ἐάν μοι ὁμολογήσῃς, βεβαιώσωμαι ἤδη παρὰ σοῦ, ἅθ' ἱκανοῦ ἀνδρὸς διαγνῶναι ὡμολογηκότος. — ΚΑΛ. Ἀλλ' οἵ γε πολλοὶ νομίζουσιν οὕτως. — ΣΩ. Οὐ νόμῳ ἄρα μόνον ἐστὶν αἴσχιον τὸ ἀδικεῖν τοῦ ἀδικεῖσθαι, οὐδὲ δίκαιον τὸ ἴσον ἔχειν, ἀλλὰ καὶ φύσει· ὥστε κινδυνεύεις οὐκ ἀληθῆ λέγειν ἐν τοῖς B
πρόσθεν, οὐδ' ὀρθῶς ἐμοῦ κατηγορεῖν λέγων, ὅτι ἐναντίον ἐστὶν ὁ νόμος καὶ ἡ φύσις, ἃ δὴ κἀγὼ γνοὺς κακουργῶ ἐν τοῖς λόγοις, ἐὰν μέν τις κατὰ φύσιν λέγῃ, ἐπὶ τὸν νόμον ἄγων, ἐὰν δέ τις κατὰ ⌈τὸν⌉ νόμον, ἐπὶ τὴν φύσιν.

XLIV. ΚΑΛ. Οὑτοσὶ ἀνὴρ οὐ παύσεται φλυαρῶν. Εἰπέ μοι, ὦ Σώκρατες, οὐκ αἰσχύνει, τηλικοῦτος ὤν, ὀνόματα θηρεύων, κἄν τις ῥήματι ἁμάρτῃ, ἕρμαιον τοῦτο ποιούμενος; ἐμὲ γὰρ οἴει ἄλλο τι C
λέγειν τὸ κρείττους εἶναι ἢ τὸ βελτίους; οὐ πάλαι σοι λέγω, ὅτι ταὐτόν φημι εἶναι τὸ βέλτιον καὶ τὸ κρεῖττον; ἢ οἴει με λέγειν, ἐὰν συρφετὸς συλλεγῇ δούλων καὶ παντοδαπῶν ἀνθρώπων μηδενὸς ἀξίων πλὴν ἴσως τῷ σώματι ἰσχυρίσασθαι, καὶ οὗτοι φῶσιν, αὐτὰ ταῦτ' εἶναι νόμιμα; — ΣΩ. Εἶεν, ὦ σοφώτατε Καλλίκλεις· οὕτω λέγεις; — ΚΑΛ. Πάνυ μὲν οὖν. — ΣΩ. Ἀλλ' ἐγὼ μέν, ὦ δαι- D
μόνιε, καὶ αὐτὸς πάλαι τοπάζω τοιοῦτόν τί σε λέγειν τὸ κρεῖττον, καὶ ἀνερωτῶ γλιχόμενος σαφῶς εἰδέναι ὅ τι λέγεις. οὐ γὰρ δήπου σύ γε τοὺς δύο βελτίους ἡγεῖ τοῦ ἑνός, οὐδὲ τοὺς σοὺς δούλους βελτίους σοῦ, ὅτι ἰσχυρότεροί εἰσιν ἢ σύ. ἀλλὰ πάλιν ἐξ ἀρχῆς εἰπέ, τί ποτε λέγεις τοὺς βελτίους, ἐπειδὴ οὐ τοὺς ἰσχυροτέρους; καί, ὦ θαυμάσιε, πρᾳότερόν με προδίδασκε, ἵνα μὴ ἀποφοιτήσω παρὰ σοῦ. — ΚΑΛ. Εἰρωνεύει, ὦ Σώκρατες. — ΣΩ. Οὐ μὰ τὸν E
Ζῆθον, ὦ Καλλίκλεις, ᾧ σὺ χρώμενος πολλὰ νῦν δὴ εἰρωνεύου πρός με. ἀλλ' ἴθι εἰπέ, τίνας λέγεις τοὺς βελτίους εἶναι; — ΚΑΛ

made autem *χαίρειν ἡδονήν*. Porro in ejusdem paginae E *ἢ πάσας ἡδονὰς χωρὶς φρονήσεως μᾶλλον ἢ μετὰ φρονήσεως τινός*. reddas Platoni vocem *πάσης* ab omnibus librariis post *χωρὶς* omissam, ne Socrates bis idem dicat, et ne ultimum *τινός* supervacuum sit. Sic in eadem periodo verba *ἢ μετά τινων ἡδονῶν* requirunt praemissum *ἄνευ πάσης ἡδονῆς*, non sine sed cum addito *πάσης*.— Haec postquam scripsi, vidi jam dudum inventum esse illud *ἂν* in B, omnes tamen recentiores editores id improbasse: fortasse quia inventor ei non suum locum assignaverit: nam fieri non potest, ut serio refutaverint eum contendentes verbum *εἶναι* in illis *οὔ φησι τοῦτ' εἶναι* significare *verum esse*. Proxime enim sequentia *δύο δὲ* sine verbo intelligi non possunt. Cum igitur cogitatione ad *δύο δὲ* idem verbum *εἶναι* repetendum sit, idque vi *τοῦ esse*, scriptum illud *εἶναι* nullo prorsus pacto aliam vim habere potest, quam idem *εἶναι* habet, quod, per ellipsin omissum, cogitatione repetendum est. Addidi haec eo consilio, ut omnibus persuadeam, etiam grammaticam illud *ἂν* flagitare. Haec ultima brevius in tertio specimine scripsi.

Τοὺς ἀμείνους ἔγωγε. — ΣΩ. Ὁρᾷς ἄρα, ὅτι σὺ αὐτὸς ὀνόματα
λέγεις, δηλοῖς δ' οὐδέν· οὐκ ἐρεῖς; τοὺς βελτίους καὶ κρείττους πό-
τερον τοὺς φρονιμωτέρους λέγεις, ἢ ἄλλους τινάς; ΚΑΛ. Ἀλλὰ
ναὶ μὰ Δία τούτους λέγω καὶ σφόδρα γε. — ΣΩ. Πολλάκις ἄρ'
490 εἷς φρονῶν μυρίων μὴ φρονούντων κρείττων ἐστὶ κατὰ τὸν σὸν λόγον,
καὶ τοῦτον ἄρχειν δεῖ, τοὺς δ' ἄρχεσθαι, καὶ πλέον ἔχειν τὸν
ἄρχοντα τῶν ἀρχομένων. τοῦτο γάρ μοι δοκεῖς βούλεσθαι λέγειν —
καὶ οὐ ῥήματα θηρεύω — εἰ ὁ εἷς τῶν μυρίων κρείττων. — ΚΑΛ.
Ἀλλὰ ταῦτ' ἔστιν ἃ λέγω. τοῦτο γὰρ οἶμαι ἐγὼ τὸ δίκαιον εἶναι
φύσει, τὸ βελτίω ὄντα καὶ φρονιμώτερον καὶ ἄρχειν καὶ πλέον
ἔχειν τῶν φαυλοτέρων.
B XLV. ΣΩ. Ἔχε δὴ αὐτοῦ. τί ποτ' αὖ νῦν λέγεις; ἐὰν ἐν ταὐτῷ
ὦμεν, ὥσπερ νῦν, πολλοὶ ἀθρόοι ἄνθρωποι, καὶ ἡμῖν ᾖ ἐν κοινῷ πολλὰ
σιτία καὶ ποτὰ, ὦμεν δὲ παντοδαποὶ, οἱ μὲν ἰσχυροὶ, οἱ δ' ἀσθενεῖς,
εἷς δ' ἡμῶν ᾖ φρονιμώτερος περὶ ταῦτα ἰατρὸς ὢν, ᾖ δὲ, οἷον εἰκὸς,
τῶν μὲν ἰσχυρότερος, τῶν δ' ἀσθενέστερος, ἄλλο τι ⌜ἢ⌝ οὗτος φρονιμώ-
τερος ἡμῶν ὢν βελτίων καὶ κρείττων ἔσται εἰς ταῦτα; — ΚΑΛ. Πάνυ
C γε. — ΣΩ. Ἦ οὖν τούτων τῶν σιτίων πλέον ἡμῶν ἑκτέον αὐτῷ,
ὅτι βελτίων ἐστὶν, ἢ τῷ μὲν ἄρχειν πάντα ἐκεῖνον δεῖ νέμειν, ἐν
δὲ τῷ ἀναλίσκειν τ' αὐτὰ καὶ καταχρῆσθαι εἰς τὸ ἑαυτοῦ σῶμα οὐ
πλεονεκτητέον, εἰ μὴ μέλλει ζημιοῦσθαι, ἀλλὰ τῶν μὲν πλέον, τῶν
δ' ἔλαττον ἑκτέον· ἐὰν δὲ τύχῃ πάντων ἀσθενέστατος ὢν, πάντων
ἐλάχιστον τῷ βελτίστῳ, ὦ Καλλίκλεις; οὐχ οὕτως, ὦ 'γαθέ; —
D ΚΑΛ. ⌜Περὶ⌝ Σιτία λέγεις καὶ ποτὰ καὶ ἰατροὺς καὶ φλυαρίας· ἐγὼ

490 C Ἦ οὖν τούτων τῶν σιτίων] Quidni post τούτων addiderunt καὶ τῶν ποτῶν una cum τῶν σιτίων? Bis jam usus erat Socrates pronomine demonstrativo in proxime praecedentibus φρονιμώτερος περὶ ταῦτα et κρείττων ἔσται εἰς ταῦτα: ad quae sine ulla dubitatione verba σιτία καὶ ποτὰ intelligenda sunt. Neque igitur post duas voculas Ἦ οὖν ea ad τούτων desiderari possunt. Cave enim putes verba καὶ ποτῶν omissa fuisse, atque haec potius Platoni reddenda esse, cum vel majori jure requirere possis τῷ ἰατρῷ pro pronomine αὐτῷ, et innumera alia sic mutare.

— D ὦ 'γαθέ; K. Περὶ σιτία λέγεις] Voces ὦ 'γαθέ perverse Socrati tribuerunt. Hujusmodi repetitio ὦ Καλλίκλεις — ὦ 'γαθέ, duabus tantum vocibus οὐχ οὕτως interpositis, ingrata. Equidem ultima Socratis verba sic scribenda judico: ἐὰν δὲ τύχῃ πάντων ἀσθενέστατος ὢν, πάντων ἐλάχιστον (ἑκτέον) τῷ βελτίστῳ; ὦ Καλλίκλεις, οὐχ οὕτως; deinde Ὦ 'γαθέ Calliclis verbis praemittenda. Sic positi Ὦ 'γαθέ exempla lectorem monitum fugere non possunt. Verum ipsa illa περὶ σιτία λέγεις corrupta sunt. In 491 A Callicles eodem modo reprehendit Socratem dicens Νὴ τοὺς θεοὺς, ἀτεχνῶς γ' ἀεὶ σκυτέας τε καὶ κναφέας καὶ μαγείρους λέγων καὶ ἰατροὺς οὐδὲν παύει. Quibuscum confer 518 C διακόνους μοι λέγεις κτέ. Sy. 221 E, al. Sat locorum unde verbi λέγειν cum accusativo significatio τοῦ crepare, in ore habere efficiatur. Igitur illud περὶ in Gorgia omittendum, idque uno et altero codice adstipulante. Critici quamquam hanc lectionem annotant, nihil tamen suspicantur. Imo corrupta potius aliis corruptis defendunt etiam meliores interdum in locis, quos laudant, lectiones spernentes: ex. gr. in Crat. 395 D Τῷ δὲ Ταντάλῳ καὶ πᾶς ἂν ἡγήσαιτο τοὔνομα ὀρθῶς καὶ κατὰ φύσιν τεθῆναι,

δ' οὐ ταῦτα λέγω. — ΣΩ. Πότερον οὖν τὸν φρονιμώτερον βελτίω
λέγεις; φάθι ἢ μή. — ΚΑΛ. Ἔγωγε. — ΣΩ. Ἀλλ' οὐ τὸν
βελτίω πλέον δεῖν ἔχειν; ΚΑΛ. Οὐ σιτίων γ' οὐδὲ ποτῶν. — ΣΩ.
Μανθάνω. ἀλλ' ἴσως ἱματίων, καὶ δεῖ τὸν ὑφαντικώτατον μέγιστον
ἱμάτιον ἔχειν καὶ πλεῖστα καὶ κάλλιστα ἀμπεχόμενον περιιέναι. —
ΚΑΛ. Ποίων ἱματίων; — ΣΩ. Ἀλλ' εἰς ὑποδήματα δῆλον ὅτι
δεῖ πλεονεκτεῖν τὸν φρονιμώτατον εἰς ταῦτα καὶ βέλτιστον. τὸν E
σκυτοτόμον ἴσως μέγιστα δεῖ ὑποδήματα καὶ πλεῖστα ὑποδεδεμένον
περιπατεῖν. — ΚΑΛ. Ποῖα ὑποδήματα φλυαρεῖς ἔχων; — ΣΩ.
Ἀλλ' εἰ μὴ τὰ τοιαῦτα λέγεις, ἴσως τὰ τοιάδε· οἷον γεωργικὸν
ἄνδρα περὶ γῆν φρόνιμόν τε καὶ καλὸν κἀγαθόν, τοῦτον δὴ ἴσως
δεῖ πλεονεκτεῖν τῶν σπερμάτων καὶ ὡς πλείστῳ σπέρματι χρῆσθαι
εἰς τὴν αὐτοῦ γῆν. — ΚΑΛ. Ὡς ἀεὶ ταὐτὰ λέγεις, ὦ Σώκρατες! —
ΣΩ. Οὐ μόνον γε, ὦ Καλλίκλεις, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν αὐτῶν. —
ΚΑΛ. Νὴ τοὺς θεούς, ἀτεχνῶς γ' ἀεὶ σκυτέας τε καὶ κναφέας 491

εἰ ἀληθῆ τὰ περὶ αὐτὸν λεγόμενα. spreverunt nonnullorum codicum lectionem περὶ αὐτοῦ. Ibid. 241 A Ἐρωτῶ — αὐτὸ τοῦτο περὶ ὃ νῦν ὁ λόγος ἡμῖν ἐστιν, ὄνομα, διότι τοὔνομα ἔχει quocum operae pretium est conferre Gorg. 451 D Λέγε δή, τί ἐστι τοῦτο τῶν ὄντων περὶ οὗ οὗτοι οἱ λόγοι εἰσίν, οἷς ἡ ῥητορικὴ χρῆται. Illic περὶ οὗ, hic autem περὶ ὃ verum esse sensus clamat. Vide quae diximus ad 451 D et ad Phaedonem pag. 112, ubi quae leguntur in 109 C ἐν ᾧπερ ἔστι τὰ ἄστρα, ὃν δὴ αἰθέρα ὀνομάζειν τοὺς πολλοὺς τῶν περὶ τὰ τοιαῦτα εἰωθότων λέγειν. emendavimus ejiciendo additamentum τῶν περὶ τ. τ. ε. λέγειν. tum ob alias causas, tum quod scribae verbi λέγειν construendi ignari in eo deprehenduntur. Hujusmodi corruptos locos laudant, et praeter hos tales, in quibus ne verbum λέγειν quidem occurrit, sed περὶ cum accusativo ad substantivum λόγος, τέχνη, ἐπιστήμη al. referendum est, sive expressum sive intelligendum. Restat ut videamus de σὺ in nonnullis codicibus ante λέγεις superstite. Absentiam pronominis in oppositione desiderati interdum ferri posse rati laudant locos, qualis est Euthyd. 295 A εἰ γάρ τοι λέληθα ἐμαυτὸν σοφὸς ὤν, σὺ δὲ τοῦτ' ἐπιδείξεις ὡς πάντ' ἐπίσταμαι καὶ ἀεί, τί μεῖζον ἕρμαιον αὐτοῦ ἂν εὕροιμι ἐν παντὶ τῷ βίῳ. Verum hujus loci non eadem ratio est ac illius, de quo agimus, ubi utraque periodi pars unum idemque et tam simplex habet praedicatum, ut in utraque necessario flagitetur pronomen. Exemplo utar: in hujusmodi periodo: ἔστι τοῦθ' ὃ οἴει, ἔστι δὲ καὶ ἄλλο ὃ ἐγὼ οἶμαι. prior pars pronomen σὺ requirit: in εἶπον τὸ ἀδικεῖν τοῦ ἀδικεῖσθαι κάκιον —, σὺ δέ γε τὸ ἀδικεῖσθαι. non est Atticum sine ἐγὼ in priori parte. Adderemus igitur pronomen σὺ vel si nullus codex id suppeditaret in Gorgiae loco, quem sic scribe: — ὦ Καλλίκλεις, οὐχ οὕτως; ΚΑΛ. Ὦ 'γαθέ, σιτία σὺ λέγεις καὶ ποτὰ καὶ φλυαρίας, ἐγὼ δ' οὐ ταῦτα λέγω.

Ibid. Ἀλλ' εἰς ὑποδήματα — εἰς ταῦτα.] Iterum corruperunt Graeca addendo εἰς post Ἀλλ'. Recte dicitur πλεονεκτεῖν εἰς, κατά, περὶ ex. gr. τὸν πόλεμον, τὴν δίαιταν, τὴν ἐμπορίαν alia id genus substantiva, quae non specialiter rem quamdam exprimunt, ἧς πλεονεκτεῖν aliquis significatur, sed quibus notio quaedam universa subjecta est, unde facile conjectura efficitur, ὧντινων et οἵων πλεονεκτεῖ aliquis. Itaque hic approbare possem εἰς, si scriptum esset v. c. εἰς τὴν σκυτοτομίαν vel εἰς τὴν ὑπόδεσιν: sed cum neutro horum illa ultima εἰς ταῦτα congruerent. Igitur ὑποδήματα retinendum, sed in genitivo ponendum, prius autem εἰς ejiciendum. Accedit quod εἰς ὑποδήματα — εἰς ταῦτα per se ingrati quid habet. Pro φρονιμώτερον jam viderunt reponendum esse φρονιμώτατον. Quo igitur recepto, sic legimus: Ἀλλ' ὑποδημάτων — δεῖ πλεονεκτεῖν τὸν φρονιμώτατον εἰς ταῦτα καὶ βέλτιστον. Conferatur proxima annotatio.

καὶ μαγείρους λέγων καὶ ἰατροὺς οὐδὲν παύει, ὡς περὶ τούτων ἡμῖν ὄντα τὸν λόγον. — ΣΩ. Οὐκοῦν σὺ ἐρεῖς; [περὶ] τίνων ὁ κρείττων τε καὶ φρονιμώτερος πλέον ἔχων δικαίως πλεονεκτεῖ; ἢ οὔτ' ἐμοῦ ὑποβάλλοντος ἀνέξει οὔτ' αὐτὸς ἐρεῖς; — ΚΑΛ. Ἀλλ' ἔγωγε καὶ πάλαι λέγω. πρῶτον μὲν τοὺς κρείττους, οἵ εἰσιν, οὐ σκυτοτόμους
B λέγω οὐδὲ μαγείρους, ἀλλ' οἳ ἂν εἰς τὰ τῆς πόλεως πράγματα φρόνιμοι ὦσιν, ὅντιν' ἂν τρόπον εὖ οἰκοῖτο, καὶ μὴ μόνον φρόνιμοι, ἀλλὰ καὶ ἀνδρεῖοι, ἱκανοὶ ὄντες ἃν νοήσωσιν ἐπιτελεῖν, καὶ μὴ ἀποκάμνωσι διὰ μαλακίαν ψυχῆς.

XLVI. ΣΩ. Ὁρᾷς, ὦ βέλτιστε Καλλίκλεις, ὡς οὐ ταὐτὰ σύ τ' ἐμοῦ κατηγορεῖς κἀγὼ σοῦ; σὺ μὲν γὰρ ἐμὲ φὴς ἀεὶ ταὐτὰ

491 A ἐρεῖς περὶ τίνων sic vulgo] Tertium hoc eadem pagina ejusdemmodi corruptionis exemplum. Defendunt περὶ τίνων opinantes pro περὶ τίνα haberi posse: quod si posset, vel magis intolerandum esset secundum ea quae modo diximus ad 490 D. At mittamus has nugas: in his enim, si in ullis aliis rebus, conandum assequi ταὐτὰ περὶ τῶν αὐτῶν. Quod non ita difficile est: consuetudo dicendi sit modo nobis unicus critices fons. Fieri enim non potest, ut verbum quoddam expressum pro alio quodam non expresso positum sit. Jam si loci sensum ostenderimus, apparebit, quid scriptum fuerit a Platone. Postquam Callicles negavit τὸν βελτίω πλέον δεῖν ἔχειν tum σιτίων et ποτῶν quum ἱματίων reliquarumque rerum diserte a Socrate deinceps enumeratarum, Socrates tandem minans eum cogit, ut ipse diserte nominet res ὧν πλεονεκτητέον τῷ βελτίονι. Quod agens Socrates in hoc loco non potest quaerere περὶ τίνα, ne iterum vagi quid et ambigui respondere possit Callicles: neque περὶ τίνων, quia, ubi περὶ vel κατὰ cum accusativo non congruit sententiae, sola una constructio verbi πλεονεκτεῖν cum genitivo a Platone usurpatur. Haec non attendentes scribae neque bene tenentes formulam minantis οὐκ ἐρεῖς; a reliqua constructione sejungendam, inseruerunt etiam hic περὶ, verbum λέγειν vel potius illud ἐρεῖς praepositionem illam postulare rati. Plato igitur scripsit: Οὐκ οὖν σὺ ἐρεῖς; τίνων ὁ κρείττων — δικαίως πλεονεκτεῖ; Omisimus περὶ et posuimus signum interrogationis post ἐρεῖς, uti in editione Didotiana etiam in 489 E edendum curavimus, ne sequens λέγεις inane orationis sit onus.

— B καὶ μὴ ἀποκάμνωσι] Constructio claudicat et vacillantem reddit sententiam. Nam unde pendet conjunctivus ἀποκάμνωσι? Ab οἳ ἂν respondere omnes audio. Sed primum Plato nusquam huic simile constructionis monstrum habet, tali ac sic longa verborum continuatione interposita, uti hic inter οἳ ἂν et ἀποκάμνωσι. Tum quid est, a quo faciendo ut ne desistent significat Callicles quos nunc τοὺς κρείττους esse dicit? Ego arbitror solum ἐπιτελεῖν vel potius ἐπιτελοῦντες cogitatione ad ἀποκάμνωσι repeti posse, ita ut illis ἀλλὰ καὶ ἀνδρεῖοι — διὰ μαλακίαν ψυχῆς. haec sententia exprimatur: *sed etiam fortes, qui apti sint ad ea perficienda quae excogitaverint, et qui non desistant (ab iis perficiendis) propter animi mollitiem.* Qui sensus flagitat participium ἀποκάμνοντες, in eadem constructione cum ἱκανοὶ ὄντες positum. Vide dicta ad 468 D, et cf. Xen. Hell. I. 6, 21. Callicles in C eadem repetit his verbis: Ἀλλ' εἴρηκά γ' ἔγωγε (τοὺς βελτίους τε καὶ κρείττους) τοὺς φρονίμους εἰς τὰ τῆς πόλεως πράγματα καὶ ἀνδρείους. ubi praeter duo φρονίμους et ἀνδρείους cum non sit tertium, apparet etiam hinc omnia ea, quae post ἀλλὰ καὶ ἀνδρεῖοι leguntur, superioribus illustrandi causa accedere. Hujus generis mendas plures indicavi in Apologiae Socr. editione pag. 5 et 15, et in Arist. Vesp. pag. 145. — Superest ut de ἐγὼ δὲ σοῦ τοὐναντίον, quae paulo inferius leguntur, breviter dicam. Nusquam in hujus formae enunciatione: — μὲν γὰρ —, δὲ —. aliud verbum post δὲ cogitatione repeti potest quam id, quod scriptum est in priori parte post μέν. Itaque codicum lectio σε pro σοῦ non contemnenda.

λέγειν, καὶ μέμφει μοι· ἐγὼ δὲ σοῦ τοὐναντίον, ὅτι οὐδέποτε ταὐτὰ λέγεις περὶ τῶν αὐτῶν, ἀλλὰ τοτὲ μὲν τοὺς βελτίους τε καὶ κρείτ- C τους τοὺς ἰσχυροτέρους ὡρίζου, αὖθις δὲ τοὺς φρονιμωτέρους, νῦν δ' αὖ ἕτερόν τι ἥκεις ἔχων· ἀνδρειότεροί τινες ὑπὸ σοῦ λέγονται οἱ κρείττους καὶ οἱ βελτίους. ἀλλ', ὦ 'γαθέ, εἰπὼν ἀπαλλάγηθι, τίνας ποτὲ λέγεις τοὺς βελτίους τε καὶ κρείττους καὶ εἰς ὅ τι; — ΚΑΛ. Ἀλλ' εἴρηκά γ' ἔγωγε τοὺς φρονίμους εἰς τὰ τῆς πόλεως πράγματα καὶ ἀνδρείους. τούτους γὰρ προσήκει τῶν πόλεων ἄρχειν, D καὶ τὸ δίκαιον τοῦτ' ἐστὶ, πλέον ἔχειν τούτους τῶν ἄλλων, τοὺς ἄρχοντας τῶν ἀρχομένων. — ΣΩ. Τί δέ; αὐτῶν, ὦ ἑταῖρε; —

— C *νῦν δ' αὖ ἕτερόν τι ἥκεις ἔχων*] Omnes novimus *φλυαρεῖς ἔχων*, quod est increpantis, et *ληρεῖς ἔχων*, sim. Tum etiam nemo ignorat verba *ἥκειν* et *οἴχεσθαι* cum participiis *ἄγων*, *φέρων*, sim., passim obvia: quibus tamen ita conjunctis nulla vituperationis inest vis. In Cratyl. 421 B est *ἥκειν* cum participio verbi *λοιδορεῖσθαι*: sed hinc ob vituperandi vim, quae ipsi verbo *λοιδορεῖσθαι* inest, nihil confici potest. Restat igitur fere ut cum hoc loco conferamus Gorg. 518 A *τοτὲ μὲν — ὁμολογεῖς — ἥκεις δ' ὀλίγον ὕστερον λέγων κτέ*; cui cum omnibus partibus sit similis locus, quem tractamus, hic ad eum corrigendus videtur scribendo *λέγων* pro *ἔχων*. — Pergo ad proxima *ἀνδρειότεροί τινες — οἱ κρείττους καὶ οἱ βελτίους*. Codices non omnes habent ultimum articulum. Tum in tota hac argumentatione id, quod secundo loco positum est adjectivorum *κρείττους* et *βελτίους*, caret articulo. Recte, quia iidem intelligendi sunt, nullo pacto diversi, secundum id quod Callicles ipse innuit in 488 D dicens *σαφῶς λέγω ὅτι ταὐτόν ἐστι τὸ κρεῖττον καὶ τὸ βέλτιον*. Hinc saepius in hac disputatione alterutrum horum tantum solum scribitur, ubi tamen utrumque intelligi debet.

— D Τί δέ; *αὐτῶν, ὦ* — (E) *πάνυ γε σφόδρα*] Multis partibus laceratus locus, quem mihi non contigit in integrum restituere quamquam non ita difficilem ad intelligendum. Post verba Τί δέ; *αὐτῶν, ὦ ἑταῖρε*; in nonnullis codicibus legun.tur *τί ἢ τί ἄρχοντας ἢ ἀρχομένους*, quae eadem alii codices paullo mutata, alii partim habent. Nihil opus est dicere illa *τί ἢ τί κτέ.* scioli manum redolere, explicare conantis illud Τί δέ; *αὐτῶν*. Recentiorum jam alii illa *τί ἢ τί κτέ* pro additiciis habenda esse, alii contra censuerunt et variis modis mutant aut transponunt vocabula: omnes in eundem errorem inducti interpretari conantur illud *αὐτῶν*, quod ego tale esse contendo ut ab auditoribus intelligi non potuerit. De talibus igitur quid sentiam primum dicam. Quod in quovis scribendi genere ambigue scriptum est ita ut vitio verti debeat scriptori, ex hujus interpretatione controversiae exsistant necesse est. Quod autem scriptor dedita opera ambigue et incerte dicentem facit aliquem, praesertim in dialogo, id ne sua ambiguitate evolvere conemur, quamquam ab ipso auctore inferius illustretur. Itaque ex talibus controversiae ut nascantur fieri non potest. Neque ambiguum corrigendo ex iis tollendum. Est hic Socratis mos, ut disputationem mutare et ad aliam transire cupiens callide ambiguum quiddam injiciat et sic eum, quocum disputet, imprudentem cogat se sequi. Quod etiam hic fecit Socrates injiciens illud Τί δέ; *αὐτῶν* —; Ex solis enim tribus his verbis nondum liquet Callicli, utrum ei ad ea intelligendum sit *πλέον ἔχειν* an *ἄρχειν* an aliud quid. Itaque Callicles, iis non intellectis, explicationem postulat quaerens *πῶς λέγεις*; Objiciat aliquis, quemque sanum non posse non intelligere *ἄρχειν*: concedo, qui sequentia legerit. Atque contendo Calliclem non intellexisse illud *αὐτῶν*, quia Plato eum facit ne tunc quidem id intelligentem, postquam Socratem fecit explicantem id per verba *αὐτὸν ἑαυτοῦ* (sic in singulari) *ἄρχοντα*, uti luce clarius apparet ex ipsius Calliclis verbis Πῶς *ἑαυτοῦ ἄρχοντα λέγεις*; — Deinde interpretes adjectivo *ποικίλος* praeter alias etiam notionem *subdoli* affingunt. Sed opponitur saepissime apud Platonem *τῷ ἁπλοῦς*. Significat igitur, ***non simplex***, ***multiplex***,

*ΚΑΛ. Πῶς λέγεις; — ΣΩ. Ἕνα ἕκαστον λέγω αὐτὸν ἑαυτοῦ
ἄρχοντα. ἢ τοῦτο μὲν οὐδὲν δεῖ, αὐτὸν ἑαυτοῦ ἄρχειν, τῶν δ'
ἄλλων; — ΚΑΛ. Πῶς ἑαυτοῦ ἄρχοντα λέγεις; — ΣΩ. Οὐδὲν
ποικίλον, ἀλλ' ὥσπερ οἱ πολλοὶ, σώφρονα ὄντα καὶ ἐγκρατῆ αὐτὸν
E ἑαυτοῦ, τῶν ἡδονῶν καὶ ἐπιθυμιῶν ἄρχοντα τῶν ἐν ἑαυτῷ. — ΚΑΛ.
Ὡς ἡδὺς εἶ! τοὺς ἠλιθίους λέγεις τοὺς σώφρονας. — ΣΩ. Πῶς
γὰρ οὔ; οὐδεὶς ὅστις οὐκ ἂν γνοίη ὅτι τοῦτο λέγω. — ΚΑΛ. Πάνυ
γε σφόδρα, ὦ Σώκρατες· ἐπεὶ πῶς ἂν εὐδαίμων γένοιτο ἄνθρωπος
δουλεύων ὁτῳοῦν; ἀλλὰ τοῦτ' ἐστὶ τὸ κατὰ φύσιν καλὸν καὶ δίκαιον,
ὃ ἐγώ σοι νῦν παρρησιαζόμενος λέγω, ὅτι δεῖ τὸν ὀρθῶς βιωσόμενον
τὰς μὲν ἐπιθυμίας τὰς ἑαυτοῦ ἐᾶν ὡς μεγίστας εἶναι καὶ μὴ κολά-
92 ζειν, ταύταις δ' ὡς μεγίσταις οὔσαις ἱκανὸν εἶναι ὑπηρετεῖν δι' ἀν-
δρείαν καὶ φρόνησιν καὶ ἀποπιμπλάναι ὧν ἂν ἀεὶ ἡ ἐπιθυμία γίγνηται.*

varius. Non raro apud eum occurrit adverbium *ἁπλῶς*, cui saepe *οὕτως* ita addit, ut abundare videatur secundum nostrarum linguarum idioma. Quare sunt, qui id *οὕτως* delendum putant. Ego vero non ausim illud *οὕτως* ex ullo loco ejicere, quia etiam Aristoteles utrumque saepe eaden ratione simul habet, praeterquam quod nulla causa excogitari possit, cur librarii illud *οὕτως* addiderint, nedum cur toties. — Porro in Gorgia leguntur ΣΩ. *Πῶς γὰρ οὔ;* quae nonnulli Callicli tribuentes conjungunt cum verbis *τοὺς σώφρονας*. Verum ea sine ulla dubitatione Socrati tribuenda. In longioribus sermonibus mediis talia ferri possunt, ubi vero paucis inter se colloquuntur, uti hic, non nisi affirmans alius dictum *τῷ Πῶς γὰρ οὔ;* uti potest. — Pergit Socrates ita *οὐδεὶς ὅστις οὐκ ἂν γνοίη, ὅτι οὕτω λέγω*. Pro *οὕτω*, quae est duorum codicum lectio, alii ex reliquis codicibus ediderunt *οὐ τοῦτο*, in quorum loco alii solum *τοῦτο* poni jubent. Ego, si quis *τούτους* reponi vellet ac sic legi *τούτους* (i. e. *τοὺς ἠλιθίους τοὺς σώφρονας*) *λέγω*, hanc conjecturam reliquis praeferrem. Socrates debebat objurgare Calliclem et ejus jejunum et vulgare dictum *τοὺς ἠλιθίους λέγεις τοὺς σώφρονας* severe castigare. Sed id ne corrigit quidem, in eandem sententiam respondens *Πῶς γὰρ οὔ; οὐδεὶς ὅστις οὐκ ἂν γνοίη, ὅτι τούτους λέγω*, hoc consilio, ne temere verba et tempus perdat, sed ut continuo ex eo eliciat voluptatum patrocinium, quod deinde deblaterat. Quamquam locus non est integer, haec tamen sententia ex eo effici posse puto. Tandem neque verba Calliclis *Πάνυ γε σφόδρα — δουλεύων ὁτῳοῦν* recte explicaverunt, pronomen *ὁτῳοῦν* masculini generis esse rati. Callicles sicuti supra in 483, etiam hic suum *κατὰ φύσιν καλὸν καὶ δίκαιον* disputationis hypothesin faciens, abhorret ac respuit omne *δουλεύειν* omne *ἄρχεσθαι* a quacumque re. Igitur etiam *τὸ ἄρχειν τῶν ἐπιθυμιῶν* defendit atque sic explicat, ut sit *τὸ posse* (*ἱκανὸν εἶναι* sive *δύνασθαι*) ***omnia largiri maximis voluptatibus:*** hoc posse est secundum eum viri fortis et beati, hoc non posse ignavi et miseri. In 494 C Callicles idem repetit diserte ac plane his verbis *τὸ ἡδέως ζῆν* esse *διψῶντα πίνειν καὶ τὰς ἄλλας ἐπιθυμίας ἁπάσας ἔχοντα δύνασθαι πληροῦν.* sic enim haec legenda, uti infra demonstrabimus. Omnia quidem miscentur in hac disputatione, sed Plato facit Calliclem ubique ita contorte disputantem. Phdr. 238 E legitur *δουλεύειν ἡδονῇ*. Est igitur neutrius generis illud *ὁτῳοῦν*. Hanc bonam esse Calliclis verborum interpretationem, quamquam neque haec loci pars sine labe est, apparet ex Socratis responso in 492 D, ubi Calliclis sententiam summatim his verbis repetit — *φὴς — ἐῶντα* (*τὰς ἐπιθυμίας*) *ὡς μεγίστας πλήρωσιν αὐταῖς ἁμόθεν γέ ποθεν ἑτοιμάζειν, καὶ τοῦτ' εἶναι τὴν ἀρετήν*; Conf. 503 C, 507 E al. — Fortasse Calliclis verba *Πάνυ γε σφόδρα, ὦ Σ.* bonum responsum esset ad paullo superius scripta *ἢ τοῦτο μὲν οὐδὲν δεῖ αὐτὸν ἑαυτοῦ ἄρχειν, τῶν δ' ἄλλων*; quae igitur post haec transponenda essent. Sed haec levis quaedam est conjectura.

492 A *καὶ ἀποπιμπλάναι — ἡ ἐπιθυμία γίγνηται*] Si scriptum esset *καὶ*

*ἀλλὰ τοῦτ', οἶμαι, τοῖς πολλοῖς οὐ δυνατόν· ὅθεν ψέγουσι τοὺς
τοιούτους δι' αἰσχύνην, ἀποκρυπτόμενοι τὴν αὐτῶν ἀδυναμίαν, καὶ
αἰσχρὸν δή φασιν εἶναι τὴν ἀκολασίαν. ὅπερ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἐγὼ
ἔλεγον, δουλούμενοι τοὺς βελτίους τὴν φύσιν ἀνθρώπους, καὶ αὐτοὶ
οὐ δυνάμενοι ἐκπορίζεσθαι ταῖς ἡδοναῖς πλήρωσιν ἐπαινοῦσι τὴν σω-
φροσύνην καὶ τὴν δικαιοσύνην διὰ τὴν ἑαυτῶν ἀνανδρίαν. ἐπεί γ' οἷς* B
ἐξ ἀρχῆς ὑπῆρξεν ἢ βασιλέων υἱέσιν εἶναι ἢ αὐτοὺς τῇ φύσει ἱκανοὺς

ἀποπιμπλάναι αὐτὰς (τὰς ἐπιθυμίας). omissis *ὧν ἂν — γίγνηται*, haec mihi fortasse non fuissent offensioni. Librarii autem manum semel odoratus in illis *ὧν — γίγνηται*, omnia haec verba pro spuriis habeo. Graecum est *ἀποπιμπλάναι, ἀποπληροῦν, ἀποτελεῖν τὰς ἐπιθυμίας, τὰς βουλήσεις*. Sed nonne per se absurdum hic est *ἀποπιμπλάναι* (sic in activo) *οὗ ἂν ἡ ἐπιθυμία γίγνηται* Recte dicitur *ἀποπιμπλάναι τὴν ἐπιθυμίαν*, recte etiam *ἀποπίμπλασθαι ἐμπίμπλασθαι οὗ ἐπιθυμεῖ*, perverse autem *ἀποπιμπλάναι οὗ ἐπιθυμεῖ*. Praeterea nonne eodem redit sive dicas *ἀποπιμπλάναι τὴν ἐπιθυμίαν* sive *ὑπηρετεῖν τῇ ἐπιθυμίᾳ*? Nam verbo *ὑπηρετεῖν (ταῖς ἐπιθυμίαις)* hic nullam notionem *τοῦ δουλεύειν* tribuere possumus, ne Calliclem in una eademque periodo sibi ipsum obloquentem faciamus, sed huic verbo tribuenda notio *τοῦ* ***ministrare*** i. e. ***praestare sibi*** *ὧν ἐπιθυμεῖ*, quemadmodum *κολάζειν τὰς ἐπιθυμίας* contra significat *εἴργειν ἑαυτὸν ἀφ' ὧν ἐπιθυμεῖ*. Itaque, etiamsi scriptum esset *καὶ ἀποπιμπλάναι αὐτὰς*, id tamen post *ταύταις ὑπηρετεῖν* ferri non posset, cum ***ministrans*** cupiditatibus non simul ***explens*** eas cogitari non possit. Vide in 453 B ejusdem generis additamentum *ἣν οἶμαί σε λέγειν καὶ περὶ ὧν*. Quod igitur Plato hic significat per *ὑπηρετεῖν ταῖς ἐπιθυμίαις*, idem fere significat in A dicens *ἐκπορίζεσθαι πλήρωσιν ταῖς ἡδοναῖς*, in D *ἑτοιμάζειν πλήρωσιν τ. ἐπιθ.*, in 494 *πληροῦν τ. ἐ.*, in 503 *ἀποτελεῖν τ. ἐ.*, et tandem saepius simpliciter *ἀποπιμπλάναι τ. ἐ.* quod ultimum librarii, perversam constructionem adhibentes, in locum quo de agimus invexerunt. Praeterea vide 507 E, ubi Socrates paucissimis repetit Calliclis sententiam his: *(οὐκ) ἐπιθυμίας ἐῶντα ἀκολάστους εἶναι καὶ ταύτας ἐπιχειροῦντα πληροῦν —, λῃστοῦ βίον ζῶντα*. Restat ut moneamus, sola duo verba *καὶ ἀποπιμπλάναι* si quis forte tantum abjicere vellet, neque talia scribere potuisse Platonem *ὑπηρετεῖν ταῖς ἐπιθυμίαις ὧν ἂν ἀεὶ ἡ ἐπιθυμία γίγνηται*: quoniam haec Graece sic demum bene se haberent *ὑπηρετεῖν ἑαυτῷ ὧν ἂν ἀεὶ ἐπιθυμῇ*.

— B *οἷς — ὑπῆρξεν — αὐτοὺς — ἱκανοὺς* —] Ferri non potest accusativus *αὐτοὺς — ἱκανούς*. Scribae et editores ad unum omnes ad infinitivum *ἐκπορίσασθαι* voces *αὐτοὺς ἱκανοὺς* referendas esse rati hunc accusativum tuentur. Verum infinitivus non pertinet ad vocem *ἱκανοὺς*, sed pendet ab eo. Est ellipsis post *ἱκανοὺς*, quam quid velim melius intelliges videns sic expletam: *ἐπεί γ' οἷς ὑπῆρξεν ἢ βασιλέων υἱέσιν εἶναι ἢ αὐτοὺς τῇ φύσει ἱκανοὺς εἶναι ἐκπορίσασθαι ἀρχήν κτέ.* Contendo igitur dativus *αὐτοῖς — ἱκανοῖς* requiri. Nam cum eodem verbo *εἶναι* simul dativus *υἱέσιν* simul accusativus *αὐτοὺς ἱκανοὺς* construi non potest: neque omnino accusativus pro genitivo aut dativo adjectivorum, qualia *οἷος, δυνατὸς, ἱκανὸς, ἕτοιμος*. Confer ex. gr. de Legg. 943 B. Huic simile mendum vide Legg. 858 B *ἡμῖν — ἔξεστιν καθάπερ ἢ λιθολόγοις ἢ καί τινος ἑτέρας ἀρχομένους συστάσεως παραφορήσασθαι χύδην*. Sed hic jam codicum lectionem *ἀρχομένοις* dativum receperunt. Itaque quae grammatici praecipiunt de accusativo pro dativo et post dativum illato, his et hujusmodi exemplis confirmari non possunt. Laudant illi etiam Sy. 176 D *καὶ οὔτ' αὐτὸς ἑκὼν εἶναι πόρρω ἐθελήσαιμ' ἂν πιεῖν, οὔτ' ἄλλῳ συμβουλεύσαιμι ἄλλως τε καὶ κραιπαλῶντα ἔτι ἐκ τῆς προτεραίας*. Sed hujus loci non eadem ratio est atque illorum. Nam participio *κραιπαλῶντα* non praemittitur alia vox in dativo praeter *ἄλλῳ*, quae pertinet ad verbum finitum. At tamen dativus *κραιπαλῶντι* requiritur hic, cum sensus posteriorum non sit: ***neque alii suaserim, ut praeter modum bibat praesertim crapula adhuc plenus ex hesterna die.*** sed hic: ***neque alii praesertim crupula adhuc pleno ex hesterna die suaserim, ut praeter***

ἐκπορίσασθαι ἀρχήν τιν' ἢ τυραννίδα ἢ δυναστείαν, τί τῇ ἀληθείᾳ αἴσχιον καὶ κάκιον εἴη σωφροσύνης τούτοις τοῖς ἀνθρώποις; οἷς ἐξὸν ἀπολαύειν τῶν ἀγαθῶν καὶ μηδενὸς ἐμποδὼν ὄντος, αὐτοὶ ἑαυτοῖς δεσπότην ἐπαγάγοιντο τὸν τῶν πολλῶν ἀνθρώπων νόμον τε καὶ λόγον
C καὶ ψόγον; ἢ πῶς οὐκ ἂν ἄθλιοι γεγονότες εἶεν ὑπὸ τοῦ καλοῦ τοῦ τῆς δικαιοσύνης καὶ τῆς σωφροσύνης, μηδὲν πλέον νέμοντες τοῖς φίλοις τοῖς αὑτῶν ἢ τοῖς ἐχθροῖς, καὶ ταῦτ' ἄρχοντες ἐν τῇ ἑαυτῶν πόλει; ἀλλὰ τῇ ἀληθείᾳ, ὦ Σώκρατες, ἣν φῂς σὺ διώκειν, ὧδ' ἔχει· τρυφὴ καὶ ἀκολασία καὶ ἐλευθερία, ἐὰν ἐπικουρίαν ἔχῃ, τοῦτ' ἐστὶν ἀρετή τε καὶ εὐδαιμονία· τὰ δ' ἄλλα ταῦτ' ἐστὶ τὰ καλλωπίσματα, τὰ παρὰ φύσιν συνθήματα, ἀνθρώπων φλυαρία καὶ οὐδενὸς ἄξια.

D XLVII. ΣΩ. Οὐκ ἀγεννῶς γε, ὦ Καλλίκλεις, ἐπεξέρχει τῷ λόγῳ παρρησιαζόμενος· σαφῶς γὰρ σὺ νῦν λέγεις ἃ οἱ ἄλλοι διανοοῦνται μέν, λέγειν δ' οὐκ ἐθέλουσι. δέομαι οὖν ἐγώ σου μηδενὶ τρόπῳ ἀνεῖναι, ἵνα τῷ ὄντι κατάδηλον γένηται, πῶς βιωτέον. καί μοι λέγε· τὰς μὲν ἐπιθυμίας φῂς οὐ κολαστέον, εἰ μέλλει τις οἷον δεῖ εἶναι, ἐῶντα δ' αὐτὰς ὡς μεγίστας πλήρωσιν αὐταῖς ἁμόθεν γέ ποθεν ἑτοιμάζειν,
E καὶ τοῦτ' εἶναι τὴν ἀρετήν; — ΚΑΛ. Φημὶ ταῦτ' ἔγωγε. — ΣΩ. Οὐκ ἄρ' ὀρθῶς λέγονται οἱ μηδενὸς δεόμενοι εὐδαίμονες εἶναι. — ΚΑΛ. Οἱ λίθοι γὰρ ἂν οὕτω γε καὶ οἱ νεκροὶ εὐδαιμονέστατοι εἶεν. —

modum bibat. Itaque participium illud non referendum ad infinitivum *πιεῖν*, sed ad verbum finitum *συμβουλεύσαιμι*.— In eadem Gorgiae periodo haec leguntur *τί τῇ ἀληθείᾳ αἴσχιον καὶ κάκιον εἴη σωφροσύνης κτέ.* Inserendum *ἂν* post *κάκιον*, quam particulam nonnulli recte desiderarunt. Sic etiam in Rep. 413 E *οἷος δὴ ἂν ὢν καὶ ἑαυτῷ καὶ πόλει χρησιμώτατος εἴη*. inserendum *ἂν* ante *εἴη*, primum autem *ἂν* ejiciendum. Non omnes codices habent illud *ὤν*, et unus revera habet *ἂν εἴη*.

Ibid. *οἷς ἐξὸν — — ἐπαγάγοιντο*] Pronomen *οἷς* defendunt laudantes Rep. 465 E — *λόγος ἡμῖν ἐπέπληξεν ὅτι τοὺς φύλακας οὐκ εὐδαίμονας ποιοῖμεν, οἷς ἐξὸν πάντ' ἔχειν τὰ τῶν πολιτῶν οὐδὲν ἔχοιεν.* Sed vix conferri possunt duo loci specie tam similes inter se, re vera autem tam dissimiles. In Rep. est optativus *ποιοῖμεν* et *ἔχοιεν* post aoristum in constructione indirecta quae dicitur. In Gorgia autem quis est, qui intelligat et explicet optativum *ἐπαγάγοιντο*? Tum etiam neminem, ut opinor, in Atticorum scriptis multum volutatum, non offendit in utroque loco illud *οἷς*. Si igitur posteriorem locum Attice scripseris sic: *οἱ, ἐξὸν πάντ' ἔχειν τὰ τῶν πολιτῶν, οὐδὲν ἔχοιεν*, facilius concedes locum e Gorgia corruptum esse. Sed quomodo eum corrigemus? Optativus *ἐπαγάγοιντο* mutari non potest. Si quis igitur suspicaretur voculam *εἰ* oblitteratam esse a librariis totumque hunc locum a Platone sic scriptum fuisse: *τί — κάκιον ἂν εἴη σωφροσύνης τούτοις τοῖς ἀνθρώποις, εἰ, ἐξὸν ἀπολαύειν τῶν ἀγαθῶν, καὶ μηδενὸς ἐμποδὼν ὄντος, αὐτοὶ ἑαυτοῖς δεσπότην ἐπαγάγοιντο τὸν — καὶ ψόγον*; — nulla saltem difficultas superesset. His proxima sic se habent: *ἢ πῶς οὐκ ἂν ἄθλιοι γεγονότες εἶεν — μηδὲν πλέον νέμοντες τοῖς φίλοις τοῖς αὑτῶν ἢ τοῖς ἐχθροῖς, καὶ ταῦτ' ἄρχοντες ἐν τῇ ἑαυτῶν πόλει*; quae quidem carent optativo altero, sed hujus loco habent partic. *νέμοντες*, ne eadem recurrat constructio *εἰ νέμοιεν*. Qua ratione Attici amant in talibus variare orationem. — In iis, quae mox *τὸν — νόμον τε καὶ λόγον καὶ ψόγον*, inanis quaedam *παρίσωσις* est sophistico-rhetorica. Nam v. c. secundum 483 B proprie *ἔπαινον* pro *λόγον* flagitatur.

ΣΩ. Ἀλλὰ μὲν δὴ καὶ ὥς γε σὺ λέγεις δεινὸς ὁ βίος· οὐ γάρ τοι θαυμάζοιμ' ἄν, εἰ Εὐριπίδης ἀληθῆ ἐν τοῖσδε λέγει, λέγων

τίς δ' οἶδεν, εἰ τὸ ζῆν μέν ἐστι κατθανεῖν,
τὸ κατθανεῖν δὲ ζῆν;

καὶ ἡμεῖς τῷ ὄντι ἴσως τέθναμεν· ὅπερ ἤδη του ἔγωγε καὶ ἤκουσα 493
τῶν σοφῶν, ὡς νῦν ἡμεῖς τέθναμεν, καὶ τὸ μὲν σῶμά ἐστιν ἡμῖν
σῆμα, τῆς δὲ ψυχῆς τοῦτο, ἐν ᾧ αἱ ἐπιθυμίαι εἰσί, τυγχάνει ὂν
οἷον ἀναπείθεσθαι καὶ μεταπίπτειν ἄνω κάτω· καὶ τοῦτ' ἄρα τις
μυθολογῶν κομψὸς ἀνήρ, ἴσως Σικελός τις ἢ Ἰταλικός, παράγων
τῷ ὀνόματι διὰ τὸ πιθανόν τε καὶ πιστικὸν ὠνόμασε πίθον, τοὺς
δ' ἀνοήτους ἀμυήτους· τῶν δ' ἀμυήτων τοῦτο τῆς ψυχῆς, οὗ αἱ B
ἐπιθυμίαι εἰσί, τὸ ἀκόλαστον αὐτοῦ καὶ οὐ στεγανόν, ὡς τετρημένος
εἴη πίθος, διὰ τὴν ἀπληστίαν ἀπεικάσας· τοὐναντίον δὴ οὗτος σοί,
ὦ Καλλίκλεις, ἐνδείκνυται, ὡς τῶν ἐν Ἅιδου — τὸ ἀειδὲς δὴ
λέγων — οὗτοι ἀθλιώτατοι ἂν εἶεν οἱ ἀμύητοι, καὶ φοροῖεν εἰς τὸν
τετρημένον πίθον ὕδωρ ἑτέρῳ τοιούτῳ τετρημένῳ κοσκίνῳ· τὸ δὲ
κόσκινον ἄρα λέγει, ὡς ἔφη ὁ πρὸς ἐμὲ λέγων, τὴν ψυχὴν εἶναι·
τὴν δὲ ψυχὴν κοσκίνῳ ἀπείκασε τὴν τῶν ἀνοήτων ὡς τετρημένην, C
ἅτ' οὐ δυναμένην στέγειν δι' ἀπιστίαν τε καὶ λήθην· ταῦτα ⌜ἐπιεικῶς⌝
μέν ἐστιν ὑπό τι ἄτοπα, δηλοῖ μὴν ὃ ἐγὼ βούλομαί σοι ἐνδειξά-

493 B τὸ ἀκόλαστον καὶ οὐ στεγανόν] Alius haec verba defendit, quamquam ei non placent: alius, ut ea retineri possint, διὰ ante ea poni jubet: ego ejicienda ea judicanti assentior Cur? Sunt τὸ ἀκόλαστον et τὸ οὐ στεγανὸν adeo diversi generis, ut conjungi non possint, veluti neque eorum contraria haec τὸ κόσμιον et τὸ στεγανὸν conjungi possent. Recte cum τὸ ἀκόλαστον conjungi potest ex. gr. τὸ οὐ σῶφρον vel ἀνόητον vel τὸ ἄφρον, vel etiam τὸ ἄπληστον. Quum autem hoc ipsum τὸ τῆς ψυχῆς ἐπιθυμητικὸν alibi unum omnium ἀπληστότατον dicatur, et quum proximis in Gorgia verbis διὰ τὴν ἀπληστίαν ἀπεικάσας satis superque significetur, cur τὸ idem ψυχῆς a mythologo dictum sit τετρημένος πίθος, illa τὸ οὐ στεγανὸν una cum τὸ ἀκόλαστον sciolo reddenda sunt, cujus manum etiam prodit pronomen αὐτοῦ, quod omnino jejune inter illa interpositum est. — Quam in 492 D desideravimus particulam ἄν, ea in haec verba οὗτοι ἀθλιώτατοι ἂν εἶεν videtur migrasse alicujus opera non probe scientis, optativum orationis indirectae eam respuere, si eadem oratione directa expressa eam non flagitent. — In proximis ὡς — φοροῖεν — ἑτέρῳ τοιούτῳ τετρημένῳ κοσκίνῳ. cum vi putant additum τετρημένῳ. Sed sic omnis vis illius κοσκίνῳ frangitur. Quid enim κόσκινον non τετρημένον? Praeterea illa ἑτέρῳ τοιούτῳ jam abunde significant ac praecise definiunt, ut ita dicam, qualitatem rei certo nihilominus τετρημένης, quam est τετρημένος πίθος. Imo κόσκινον est vas per se adeo τετρημένον, ut res quaevis alia, quae sit quodammodo τετρημένη, ideo ei assimilari possit, quod sit τετρημένη. Quemadmodum fit in Gorgia, ubi deinde leguntur haec τὴν δὲ ψυχὴν κοσκίνῳ ἀπείκασε τὴν τῶν ἀνοήτων ὡς τετρημένην: quae enim subjunguntur ἅτ' οὐ δυναμένην στέγειν κτέ, haec tantum explicandi causa antecedentibus accedunt. Cur igitur ille in Gorgia ἀπείκασε τὴν ψυχὴν κοσκίνῳ (i. e. τῷ κατ' ἐξοχὴν τετρημένῳ ἀγγείῳ)? Quoniam ἡ ψυχὴ ἡ τῶν ἀνοήτων est ὡς τετρημένη.

μενος, ἐάν πως οἷός τ' ὦ, πεῖσαι μεταθέσθαι (καὶ) ἀντὶ τοῦ ἀπλή-
στως καὶ ἀκολάστως ἔχοντος βίου τὸν κοσμίως καὶ τοῖς ἀεὶ παρ-
οῦσιν ἱκανῶς καὶ ἐξαρκούντως ἔχοντα βίον ἑλέσθαι· ἀλλὰ πότερον
D πείθω τί σε καὶ μετατίθεσαι, εὐδαιμονεστέρους εἶναι τοὺς κοσμίους
τῶν ἀκολάστων, ἢ οὐδὲν, ἀλλ', ἂν καὶ πολλὰ τοιαῦτα μυθολογῶ,
οὐδέν τι μᾶλλον μεταθήσει; — ΚΑΛ. Τοῦτ' ἀληθέστερον εἴρηκας,
ὦ Σώκρατες.

XLVIII. ΣΩ. Φέρε δὴ, ἄλλην σοι εἰκόνα λέγω ἐκ τοῦ αὐτοῦ γυμ-
νασίου τῇ νῦν. σκόπει γὰρ, εἰ τοιόνδε λέγεις περὶ τοῦ βίου ἑκατέρου,
τοῦ τε σώφρονος καὶ τοῦ ἀκολάστου, οἷον εἰ δυεῖν ἀνδροῖν ἑκατέρῳ
πίθοι πολλοὶ εἶεν, καὶ τῷ μὲν ἑτέρῳ ὑγιεῖς καὶ πλήρεις, ὁ μὲν
E οἴνου, ὁ δὲ μέλιτος, ὁ δὲ γάλακτος καὶ ἄλλοι πολλοὶ πολλῶν,
νάματα δὲ σπάνια καὶ χαλεπὰ ἑκάστου τούτων εἴη καὶ μετὰ πολ-
λῶν πόνων καὶ χαλεπῶν ἐκποριζόμενα· ὁ μὲν οὖν ἕτερος πληρωσά-
μενος μήτ' ἐποχετεύοι μήτε τι φροντίζοι, ἀλλ' ἕνεκα τούτων ἡσυχίαν
ἔχοι· τῷ δ' ἑτέρῳ τὰ μὲν νάματα, ὥσπερ κἀκείνῳ, δυνατὰ μὲν
πορίζεσθαι, χαλεπὰ δὲ, τὰ δ' ἀγγεῖα τετρημένα καὶ σαθρὰ, καὶ
494 ἀναγκάζοιτο ἀεὶ καὶ νύκτα καὶ ἡμέραν πιμπλάναι αὐτὰ, ἢ τὰς
ἐσχάτας λυποῖτο λύπας· ἆρα τοιούτου ἑκατέρῳ ὄντος τοῦ βίου,
λέγεις τὸν τοῦ ἀκολάστου εὐδαιμονέστερον εἶναι ἢ τὸν τοῦ κοσ-
μίου; πείθω τί σε ταῦτα λέγων συγχωρῆσαι τὸν κόσμιον βίον
τοῦ ἀκολάστου ἀμείνω εἶναι, ἢ οὐ πείθω; — ΚΑΛ. Οὐ πεί-
θεις, ὦ Σώκρατες. τῷ μὲν γὰρ πληρωσαμένῳ ἐκείνῳ οὐκέτ' ἔστιν
ἡδονὴ οὐδεμία, ἀλλὰ τοῦτ' ἔστιν, ὃ νῦν δὴ ἐγὼ ἔλεγον, τὸ ὥσπερ

— E καὶ μετὰ πολλῶν πόνων καὶ χαλεπῶν] En iterum additamentum non minus jejunum quam modo explosum. Si auctor ejus scripsisset καὶ μετὰ πολλῶν πόνων καὶ μεγάλων, nullum saltem horum verborum per se reprehendi posset. Nomini πόνος enim conveniunt epitheta πολὺς, μέγας, σφοδρὸς sim., non vero hujusmodi χαλεπὸς, βαρύς. Praeterea talia νάματα χαλεπὰ μετὰ χαλεπῶν πόνων ἐκποριζόμενα quem non offendant? Nemo in iis agnoscit Platonis manum, quam nemo non agnoscit in paulo inferius scriptis τῷ δ' ἑτέρῳ τὰ μὲν νάματα, ὥσπερ κἀκείνῳ, δυνατὰ μὲν ἐκπορίζεσθαι, χελεπὰ δέ. Quaeras fortasse, quid librarios inducere potuerit ad inserenda tam foeda orationis onera, presertim in locis intellectu facillimis. Videntur vel simplicissima ac facillima, ubicunque iis libuerit, etiam faciliora reddere conati. Quod imprimis apparet ex locis, ubi ellipsin explentes nullam vocem de suo inseruerunt sed post exiguum intervallum easdem voces satis inficete repetendas censuerunt. Unum omnium instar vide exemplum in Crit. 43 C ἀγγελίαν φέρων χαλεπὴν καὶ βαρεῖαν οὐ σοὶ, ὡς ἐμοὶ φαίνεται, ἀλλ' ἐμοὶ καὶ τοῖς σοῖς ἐπιτηδείοις πᾶσι καὶ χαλεπὴν καὶ βαρεῖαν. Sic igitur etiam in Gorgia in primam dictionem χαλεπὰ ἐκπορίζεσθαι incidentes illud χαλεπὰ explicuerunt, vel potius explanaverunt adscribendo μετὰ πόνων cum epithetis πολλῶν et χαλεπῶν, quae simul eorum nimiam sedulitatem aperte testantur. Restat, ut de participio ἐκποριζόμενα videamus. Non ita hebetes isti erant, ut non sentirent, cum suo additamento stare non posse infinitivum ἐκπορίζεσθαι. Itaque ex eo fecerunt participium. Quare ejice sordes istas et repone infinitivum sic scribens locum: νάματα δὲ σπάνια καὶ χαλεπὰ ἑκάστου τούτων εἴη ἐκπορίζεσθαι.

λίθον ζῆν, ἐπειδὰν πληρώσῃ, μήτε χαίροντα ἔτι μήτε λυπούμενον. B
ἀλλ' ἐν τούτῳ ἐστὶ τὸ ἡδέως ζῆν, ἐν τῷ ὡς πλεῖστον ἐπιρρεῖν. —
ΣΩ. Οὐκοῦν ἀνάγκη γ', ἂν πολὺ ἐπιρρέῃ, πολὺ καὶ τὸ ἀπιὸν εἶναι
καὶ μεγάλ' ἄττα τὰ τρήματα εἶναι ταῖς ἐκροαῖς; — ΚΑΛ. Πάνυ μὲν
οὖν. — ΣΩ. Χαραδριοῦ τιν' αὖ σὺ βίον λέγεις, ἀλλ' οὐ νεκροῦ,
οὐδὲ λίθου. καί μοι λέγε, τὸ τοιόνδε λέγεις, οἷον πεινῆν καὶ πεινῶντα
ἐσθίειν; — ΚΑΛ. Ἔγωγε. — ΣΩ. Καὶ διψῆν γε καὶ διψῶντα
πίνειν; — ΚΑΛ. Λέγω, καὶ τὰς ἄλλας ἐπιθυμίας ἁπάσας ἔχοντα C
καὶ δυνάμενον πληροῦντα χαίροντα εὐδαιμόνως ζῆν.

494 B ἐπειδὰν πληρώσῃ] Aoristus activi post bis positum medii aoristum jam suspicionem movet. Sed alia argumenta et firmiora afferenda, ut appareat duo illa verba Platonis esse non posse. Per illa τῷ πληρωσαμένῳ ἐκείνῳ tribus tantum verbis significatur pluribus antea descriptus in 493 E his: ὁ πληρωσάμενος μήτ' ἐποχετεύοι μήτε τι φροντίζοι, ἀλλ' ἕνεκα τούτων ἡσυχίαν ἔχοι. Inficetum ac jejunum fuisset haec omnis repetere: attamen lectori ea cogitatione repetenda sunt, ut locum recte intelligat. Jam ut mihi concedas illa ἐπειδὰν nimis sedulo sciolo deberi, explorandum verborum ἀλλὰ τοῦτ' ἔστιν, ὃ νῦν κτέ. pronomen τοῦτ' quo respiciat. Num respiciuntur illa οὐκέτ' ἔστιν ἡδονὴ οὐδεμία, ita ut τὸ οὐκέτ' οὐδαμῶς ἥδεσθαι ad τοῦτ' intelligendum sit? Verum absurdum est dicere τὸ οὐδαμῶς ἥδεσθαι ἔστι = ζῆν μὴ χαίροντα. Restat igitur, ut respiciantur quae cogitatione repetenda esse diximus. Quibus igitur receptis pro pronomine τοῦτ', haec habebimus: ἀλλὰ τὸ πληρωσάμενον — ἡσυχίαν ἔχειν ἔστι — τὸ ὥσπερ λίθον ζῆν, ἐπειδὰν πληρωθῇ, μήτε χαίροντα ἔτι μήτε λυπούμενον. Jam cum πληρωσάμενον sit prorsus = ἐπειδὰν πληρώσηται, nemo sanus, opinor, duo illa ἐπειδὰν πληρώσῃ a Platone scripta fuisse putare amplius potest.

— C καὶ δυνάμενον πληροῦντα χαίροντα εὐδαιμόνως ζῆν.] Haec etiam pejus habita a librariis quam superiora. Primum enim quid ultima χαίροντα εὐδαιμόνως ζῆν sibi volunt? Ubique in hac disputatione dicitur χαίροντα ζῆν, aut etiam εὐδαιμόνως ζῆν, non simul χαίροντα cum εὐδαιμόνως. Deinde unde pendet infinitivus ζῆν? Si constructionis rationem habes, a δυνάμενον pendere videatur necesse est, cum verbum δύνασθαι hic non possit suo carere infinitivo. Verum praeterquam quod ex δυνάμενον — ζῆν nullus bonus sensus effici potest, etiam tota Calliclis sententia sic evertitur. Nimirum ad 491 D ostendimus, ἱκανὸν εἶναι sive δύνασθαι largiri maximis voluptatibus secundum eum esse viri fortis ac beati. Unde perspicuum est, δυνάμενον referendum esse non ad ζῆν sed ad πληροῦντα, et pro hoc participio scriptum fuisse infinitivum πληροῦν. Verum neque Plato participium δυνάμενον scripsit, sed eadem constructione utentem fecit Calliclem, qua Socratem usum fecerat. Socratem dicentem — πεινῶντα ἐσθίειν — διψῶντα πίνειν Callicles sic excipiat τὰς ἄλλας ἐπιθυμίας — ἔχοντα δύνασθαι πληροῦν necesse est: nam διψῶντα = ἐπιθυμίαν ἔχοντα quamdam, et πίνειν = eam πληροῦν sive (uti supra et nunc Callicles malit dicere) δύνασθαι πληροῦν. Qui infinitivi flagitantur, quia haec dicuntur esse = ἡδέως ζῆν. Quare haec tantum a Callicle dici potuisse contendimus: Λέγω, καὶ τὰς ἄλλας ἐπιθυμίας ἁπάσας ἔχοντα δύνασθαι πληροῦν: verba autem tria χαίροντα εὐδαιμόνως ζῆν nec non καὶ a librariis addita fuisse. Nondum concedis, ne tamen non concedas, si tibi probavero omnem argumentationis subtilitatem tribus illis verbis tolli, haud quaquam timeo. Audi igitur etiam haec argumenta ex ipsa hujus loci disputatione petita. Quem λόγον infra legimus in 496 C πεινῶντα ἐσθίειν = λυπούμενον χαίρειν, ejus jam hic esse primordia in illis (494 B) τὸ ὥσπερ λίθον ζῆν μήτε χαίροντα ἔτι μήτε λυπούμενον, quae Callicli imprudenti exciderant, negari non potest. Attendas modo imprimis participia λυπούμενον et χαίροντα, ut sentias quam callide Socrates occasionem arripiat Calliclem irretiendi, eum tandem λόγῳ obtusurus in 496 C, ubi ad haec ab eo concessa respicit. Ex illis enim Calliclis verbis, si negandi particulae demuntur, efficitur τὸ ἡδέως ejus ζῆν esse ζῆν καὶ χαίροντα καὶ λυπούμενον.

XLIX. ΣΩ. Εὖ γε, ὦ βέλτιστε· διατέλει γὰρ ὥσπερ ἤρξω, καὶ
ὅπως μὴ ἀπαισχυνεῖ. δεῖ δὲ, ὡς ἔοικε, μηδ᾽ ἐμὲ ἀπαισχυνθῆναι.
καὶ πρῶτον μὲν εἰπὲ, εἰ καὶ ψωρῶντα καὶ κνησιῶντα, ἀφθόνως
ἔχοντα τοῦ κνῆσθαι, κνώμενον διατελοῦντα τὸν βίον εὐδαιμόνως ἔστι
D ζῆν. — ΚΑΛ. Ὡς ἄτοπος εἶ, ὦ Σώκρατες, καὶ ἀτεχνῶς δημηγό-
ρος. — ΣΩ. Τοιγάρτοι, ὦ Καλλίκλεις, Πῶλον μὲν καὶ Γοργίαν
καὶ ἐξέπληξα καὶ αἰσχύνεσθαι ἐποίησα· σὺ δ᾽ οὐ μὴ ἐκπλαγῇς,
οὐδὲ μὴ αἰσχυνθῇς· ἀνδρεῖος γὰρ εἶ. ἀλλ᾽ ἀποκρίνου μόνον. — ΚΑΛ.
Φημὶ τοίνυν καὶ τὸν κνώμενον ἡδέως ἂν βιῶναι. — ΣΩ. Οὐκοῦν
εἴπερ ἡδέως, καὶ εὐδαιμόνως; — ΚΑΛ. Πάνυ γε. — ΣΩ. Πότε-
E ρον εἰ τὴν κεφαλὴν μόνον κνησιῷ, ἢ ἔτι τί σε ἐρωτῶ; ὅρα, ὦ Καλ-
λίκλεις, τί ἀποκρινεῖ, ἐάν τίς σε τὰ ἐχόμενα τούτοις ἐφεξῆς ἅπαντ᾽
ἐρωτᾷ. καὶ τούτων τοιούτων ὄντων κεφάλαιον, ὁ τῶν κιναίδων βίος
οὗτος οὐ δεινὸς καὶ αἰσχρὸς καὶ ἄθλιος; ἢ (καὶ) τούτους τολμήσεις
λέγειν εὐδαίμονας εἶναι, ἐὰν ἀφθόνως ἔχωσιν ὧν δέονται; — ΚΑΛ.
Οὐκ αἰσχύνει εἰς τοιαῦτ᾽ ἄγων, ὦ Σώκρατες, τοὺς λόγους; —
ΣΩ. Ἦ γὰρ ἐγὼ ἄγω ἐνταῦθα, ὦ γενναῖε; ἢ ᾽κεῖνος, ὃς ἂν φῇ
ἀνέδην οὕτω τοὺς χαίροντας, ὅπως ἂν χαίρωσιν, εὐδαίμονας εἶναι,
495 καὶ μὴ διορίζηται τῶν ἡδονῶν ὁποῖαι ἀγαθαὶ καὶ κακαί; ἀλλ᾽ ἔτι
καὶ νῦν λέγε, πότερον φῂς εἶναι ταὐτὸν ἡδὺ καὶ ἀγαθὸν, ἢ εἶναί
τι τῶν ἡδέων, ὃ οὐκ ἔστιν ἀγαθόν; — ΚΑΛ. Ἵνα δή μοι μὴ ἀνομο-
λογούμενος ᾖ ὁ λόγος, ἐὰν ἕτερον φήσω εἶναι, ταὐτό φημι εἶναι. —
ΣΩ. Διαφθείρεις, ὦ Καλλίκλεις, τοὺς πρώτους λόγους, καὶ οὐκ

Quod saltem ex iis effecisse Socratem, legens 496 C—E et 494 B, C facile concedes. Nam dicens (in B) τὸ τοιόνδε λέγεις, οἷον πεινῆν καὶ πεινῶντα ἐσθίειν, dubitari non potest, quin respiciat ad Calliclis sententiam vel potius thesin, quae est: τὸ ζῆν ἡδέως esse ζῆν καὶ λυπούμενον καὶ χαίροντα. Quae enim addit Callicles ἐν τῷ ὡς πλεῖστ᾽ ἐπιρρεῖν i. e. aliis verbis ἐν τῷ μηδέποτε πληρῶσασθαι, eandem exprimunt sententiam. Ut autem clarius appareat, quid velim, et quam intolerabilia sint illa a librariis addita, totum locum scribam ad singula deinceps apponens quae ex superioribus ad ea cogitanda sunt, sic: τὸ τοιόνδε λέγεις (λέγων τὸ ἡδέως ζῆν esse λυπούμενον καὶ χαίροντα ζῆν), οἷον πεινῆν καὶ πεινῶντα (i. e. λυπούμενον) ἐσθίειν (i. e. χαίρειν) (idque esse τὸ ἡδέως ζῆν; K. Ἔγωγε. Σ. Καὶ διψῆν γε καὶ διψῶντα (i. e. λυπούμενον) πίνειν (i. e. χαίρειν) (esse τὸ ἡδέως ζῆν); K. Λέγω, καὶ τὰς ἄλλας ἐπιθυμίας ἁπάσας ἔχοντα (i. e. λυπούμενον) δύνασθαι πληροῦν (i. e. χαίρειν) (esse τὸ ἡδέως ζῆν). Debebant igitur scribae non solum χαίροντα inserere, sed etiam λυπούμενον: tum etiam non addere εὐδαιμόνως ζῆν, sed ἡδέως ζῆν. Vide infra in D, ubi Socrates quaerens Οὐκοῦν, εἴπερ ἡδέως, καὶ εὐδαιμόνως; Calliclem demum cogit ἡδέως ζῆν = εὐδαιμόνως ζῆν esse affirmare. Sed haec disputationis subtilitas scribas feliciter fugit, quos etiam constructio prodit, quam istis adscriptis restituere non potuerunt. Tantummodo ferri non posse sentiebant hanc — δυνάμενον πληροῦν χαίροντα εὐδαιμόνως ζῆν. Itaque πληροῦντα ex infinitivo factum, ne scilicet ζῆν non haberet, unde penderet. Recte igitur critici restituerunt infinitivum πληροῦν, quamquam reliqua non expediere. Quae expedias, uti dixi, omittendo καὶ et tria χαίροντα εὐδαιμόνως ζῆν, et faciendo πληροῦν ex πληροῦντα. In E κεφάλαιον sine τὸ non ferunt. Recte.

ἂν ἔτι μετ' ἐμοῦ ἱκανῶς τὰ ὄντα ἐξετάζοις, εἴπερ παρὰ τὰ δοκοῦντα σαυτῷ ἐρεῖς. — ΚΑΛ. Καὶ γὰρ σύ, ὦ Σώκρατες. ΣΩ. Οὐ τοίνυν B ὀρθῶς ποιῶ οὔτ' ἐγώ, εἴπερ ποιῶ τοῦτο, οὔτε σύ. ἀλλ', ὦ μακάριε, ἄθρει, μὴ οὐ τοῦτ' ᾖ τἀγαθόν, τὸ πάντως χαίρειν· ταῦτά τε γὰρ τὰ νῦν δὴ αἰνιχθέντα πολλὰ καὶ αἰσχρὰ φαίνεται συμβαίνοντα, εἰ τοῦθ' οὕτως ἔχει, καὶ ἄλλα πολλά. — ΚΑΛ. Ὡς σύ γ' οἴει, ὦ Σώκρατες. — ΣΩ. Σὺ δὲ τῷ ὄντι, ὦ Καλλίκλεις, ταῦτ' ἰσχυρίζει; — ΚΑΛ. Ἔγωγε.

L. ΣΩ. Ἐπιχειρῶμεν ἄρα τῷ λόγῳ, ὡς σοῦ σπουδάζοντος; — C ΚΑΛ. Πάνυ γε σφόδρα. — ΣΩ. Ἴθι δή μοι, ἐπειδή ⟨σοι⟩ οὕτω δοκεῖ, διελοῦ τάδε. ἐπιστήμην πού καλεῖς τι; — ΚΑΛ. Ἔγωγε. — ΣΩ. Οὐ καὶ ἀνδρείαν νῦν δὴ ἔλεγές τιν' εἶναι μετ' ἐπιστήμης; — ΚΑΛ. Ἔλεγον γάρ. — ΣΩ. Ἄλλο τι οὖν ὡς ἕτερον ⟨ὂν⟩ τὴν ἀνδρείαν τῆς ἐπιστήμης δύο ταῦτ' ἔλεγες; — ΚΑΛ. Σφόδρα γε. — ΣΩ. Τί δέ; ἡδονὴν καὶ ἐπιστήμην ταὐτὸν ἢ ἕτερον; — ΚΑΛ. Ἕτερον D δήπου, ὦ σοφώτατε σύ. — ΣΩ. Ἦ καὶ ἀνδρείαν ἑτέραν ἡδονῆς; — ΚΑΛ. Πῶς γὰρ οὔ; — ΣΩ. Φέρε δή, ὅπως μεμνησόμεθα ταῦτα, ὅτι Καλλικλῆς ἔφη ὁ Ἀχαρνεὺς ἡδὺ μὲν καὶ ἀγαθὸν ταὐτὸν εἶναι, ἐπιστήμην δὲ καὶ ἀνδρείαν καὶ ἀλλήλων καὶ τοῦ ἀγαθοῦ ἕτερον. — ΚΑΛ. Σωκράτης δέ γ' ἡμῖν ὁ Ἀλωπεκῆθεν οὐχ ὁμολογεῖ ταῦτα· ἢ ὁμολογεῖ; — ΣΩ. Οὐχ ὁμολογεῖ· οἶμαι δέ γ' οὐδὲ Καλλικλῆς, E

495 B τὰ νῦν δὴ — πολλὰ καὶ αἰσχρὰ φαίνεται] Nemo adjectivum πολλὰ suspectum habuit. Ultima tamen hujus periodi verba καὶ ἄλλα πολλὰ illud intolerabile reddunt. Haec ultima enim alterum subjectum esse idemque praedicatum habere cum primo ταῦτα, particula τε arguit, quae est in ταῦτά τε γάρ. Itaque ea plene scripta sic se habebunt καὶ ἄλλα πολλὰ πολλὰ καὶ αἰσχρὰ φαίνεται συμβαίνοντα, quae per se mihi quidem vehementer sunt offensioni. Praeterea ὁ τῶν κιναίδων βίος et αἰσχρὸς et ἄθλιος dicitur in 494 E: ἄθλιος autem dicitur is, cui κακὰ adsunt. Tum agitur de hac quaestione, utrum τἀγαθὸν et τὸ ἡδὺ idem sit (495 A, 506 C). Tandem in B Socrates admonet Calliclem his verbis: ἄθρει, μὴ οὐ τοῦτ' ᾖ τἀγαθὸν τὸ πάντως χαίρειν. Ex quibus jam apparet contrarium adjectivi ἀγαθὸς requiri, et scribas qua tandem de causa, ex κακὰ fecisse πολλά, quemadmodum contra κακοὺς scripserunt pro participio ἀνιωμένους in 498 E, ubi nulla quoque causa inveniri potest, cur illud pro hoc reposuerint. Quid multa? sententia necessario haec est: *quae enim modo tantum non propriis et ipsis verbis significavimus, ea apparent mala et turpia esse, si ponas bonum esse quovis modo gaudere* (*itaque vide ne hoc sit bonum*). Accedit quod etiam scholiasta legisse videtur κακά: annotat enim τῷ γὰρ τοῦ κιναίδων βίου ὀνόματι κακὰ πολλὰ συνεσημαίνετο. — Ex ejusdem annotatione τοῦτο φησίν — ἵνα μὴ ἀσύμφωνος ὦ ἐαυτῷ, ταῦτ' εἶναί φημι ταὐτά. in verba (in A) ἵνα δή μοι μὴ ἀνομολογούμενος ᾖ ὁ λόγος, ἐὰν ἕτερον φήσω εἶναι κτέ. etiam effici posse videtur, eum legisse in Platone haec: ἵνα δή μοι ὁμολογούμενος ᾖ ὁ λόγος, ταὐτό φημι εἶναι. unde interpretando suo more sensim fecerint ἵνα δή μοι μὴ ἀνομολογούμενος ᾖ κτέ. Sic saltem loco opitulantes pro ἀνομολογούμενος multo probabilius neque raro eodem hoc sensu usurpatum ὁμολογούμενος Platoni reddiderimus. — Infra in E, ut hoc his subjungam, leguntur ἀνάγκη περὶ αὐτῶν ἔχειν, ὥσπερ περὶ ὑγιείας ἔχει καὶ νόσου. Pro ἔχει unus codex genuinum τε servavit.

ὅταν αὐτὸς αὑτὸν θεάσηται ὀρθῶς. εἰπὲ γάρ μοι, τοὺς εὖ πράττοντας τοῖς κακῶς πράττουσιν οὐ τοὐναντίον ἡγεῖ πάθος πεπονθέναι; — ΚΑΛ. Ἔγωγε. — ΣΩ. Ἆρ' οὖν, εἴπερ ἐναντία ἐστὶ ταῦτ' ἀλλήλοις, ἀνάγκη περὶ αὐτῶν ἔχειν ὥσπερ περὶ ὑγιείας ἔχει καὶ νόσου; οὐ γὰρ ἅμα δήπου ὑγιαίνει τε καὶ νοσεῖ ἄνθρωπος, οὐδ' ἅμ' ἀπαλλάττεται ὑγιείας τε καὶ νόσου. — ΚΑΛ. Πῶς λέγεις; — ΣΩ.
496 Οἷον — περὶ ὅτου βούλει τοῦ σώματος ἀπολαβὼν σκόπει — νοσεῖ που ἄνθρωπος ὀφθαλμοὺς, ᾧ ὄνομα ὀφθαλμία; — ΚΑΛ. Πῶς γὰρ οὔ; — ΣΩ. Οὐ δήπου καὶ ὑγιαίνει γ' ἅμα τοὺς αὐτούς; — ΚΑΛ. Οὐδ' ὁπωστιοῦν. — ΣΩ. Τί δέ; ὅταν τῆς ὀφθαλμίας ἀπαλλάττηται, ἆρα τότε καὶ τῆς ὑγιείας ἀπαλλάττεται τῶν ὀφθαλμῶν καὶ τελευτῶν ἅμ' ἀμφοτέρων ἀπήλλακται; — ΚΑΛ. Ἥκιστά γε. — ΣΩ. Θαυμάσιον γὰρ, οἶμαι, καὶ ἄλογον γίγνεται. ἢ γάρ; — ΚΑΛ.
B Σφόδρα γε. — ΣΩ. Ἀλλ' ἐν μέρει, οἶμαι, ἑκάτερον καὶ λαμβάνει καὶ ἀπόλλυσι; — ΚΑΛ. Φημί. — ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ ἰσχὺν καὶ ἀσθένειαν ὡσαύτως; — ΚΑΛ. Ναί. — ΣΩ. Καὶ τάχος καὶ βραδυτῆτα; — ΚΑΛ. Πάνυ γε. — ΣΩ. Ἦ καὶ τἀγαθὰ καὶ τὴν εὐδαιμονίαν καὶ τἀναντία τούτων, κακά τε καὶ ἀθλιότητα, ἐν μέρει λαμβάνει καὶ ἐν μέρει ἀπαλλάττεται ἑκατέρου; — ΚΑΛ.
C Πάντως δήπου. — ΣΩ. Ἐὰν εὕρωμεν ἄρ' ἅττα, ὧν ἅμα τ' ἀπαλλάττεται ἄνθρωπος καὶ ἅμ' ἔχει, δῆλον ὅτι ταῦτά γ' οὐκ ἂν εἴη τό τ' ἀγαθὸν καὶ τὸ κακόν. ὁμολογοῦμεν ταῦτα; καὶ εὖ μάλα σκεψάμενος ἀποκρίνου. — ΚΑΛ. Ἀλλ' ὑπερφυῶς ὡς ὁμολογῶ.

LI. ΣΩ. Ἴθι δὴ ἐπὶ τἄμπροσθεν ὡμολογημένα. τὸ πεινῆν ἔλεγες πότερον ἡδὺ ἢ ἀνιαρὸν εἶναι; αὐτὸ λέγω τὸ πεινῆν. — ΚΑΛ. Ἀνιαρὸν ἔγωγε· τὸ μέντοι πεινῶντα ἐσθίειν ἡδύ. — ΣΩ. Μανθάνω.

496 C τὸ πεινῆν ἔλεγες — εἶναι — ἔγωγε] Socrates frustra conatus Calliclem convincere disputando hic eum aggreditur argumentationibus syllogisticis inde a 495 B ἐπιχειρῶμεν ἄρα τῷ λόγῳ usque ad 499 B οὐ τοῦτ' ἀνάγκη, ὦ Καλλίκλεις. Has argumentationes jam copiose et enucleate persecutus sum in tertio hujus criticae specimine. Quae in iis corrigenda censebam cum illud specimen ederem, eadem adhuc in iis corrigenda arbitror, et nunc, quam brevissime potero, referam. Socrates igitur supra scripta dicens respicit ad 494 B τὸ τοιόνδε λέγεις, οἷον πεινῆν καὶ πεινῶντα ἐσθίειν etc. a se dicta, quibus Callicles assensus erat. Itaque haec tantum τἄμπροσθεν ὡμολογημένα sunt: τὸ πεινῆν καὶ πεινῶντα ἐσθίειν, τὸ διψῆν καὶ διψῶντα πίνειν etc. esse τὸ ἡδέως ζῆν. Confer quae diximus ad hunc locum. Nihil autem diserte dictum ἡδὺ, nihil ἀνιαρὸν, ne littera quidem horum in illo loco invenitur. Librarii igitur opinati, ipsum, quod Socrates hic quaerit, jam supra ὡμολογῆσθαι, addiderunt et ἔλεγες et εἶναι et ἔγωγε, quemadmodum etiam paulo inferius scripta suo modo correxerunt ante Μανθάνω addendo καὶ ἔγωγε, quas duas voces jam alii recte ejecerunt. Praeterea constructio prodit manum auctoris non Attici tria illa inserentis. Iis igitur ejectis vide, quam bene demum constructio sese habeat in sic scriptis: Σ. Ἴθι δὴ ἐπὶ τἄμπροσθεν ὡμολογημένα. τὸ πεινῆν πότερον ἡδὺ ἢ ἀνιαρόν; αὐτὸ λέγω τὸ πεινῆν. Κ. Ἀνιαρόν. — De pro-

ἀλλ' οὖν τό γε πεινῆν αὐτὸ ἀνιαρόν. ἢ οὐχί; — ΚΑΛ. Φημί. — D
ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ τὸ διψῆν; — ΚΑΛ. Σφόδρα γε. — ΣΩ. Πότε-
ρον οὖν ἔτι πλείω ἐρωτῶ, ἢ ὁμολογεῖς ἅπασαν ἔνδειαν καὶ ἐπιθυμίαν
ἀνιαρὸν εἶναι; — ΚΑΛ. Ὁμολογῶ. ἀλλὰ μὴ ἐρώτα. — ΣΩ. Εἶεν.
διψῶντα δὲ δὴ πίνειν ἄλλο τι ⌈ἢ⌉ ἡδὺ φῂς εἶναι; — ΚΑΛ. Ἔγωγε. —
ΣΩ. Οὐκοῦν τούτου οὗ λέγεις τὸ μὲν διψῶντα λυπούμενον δήπου
ἐστί; — ΚΑΛ. Ναί. — ΣΩ. Τὸ δὲ πίνειν πλήρωσίς τε τῆς ἐνδείας
καὶ ἡδονή; — ΚΑΛ. Ναί. — ΣΩ. Οὐκοῦν κατὰ τὸ πίνειν χαίρειν E
λέγεις; — ΚΑΛ. Μάλιστα. — ΣΩ. Διψῶντά γε. — ΚΑΛ.
Φημί. — ΣΩ. Λυπούμενον; — ΚΑΛ. Ναί. — ΣΩ. Αἰσθάνει οὖν
τὸ συμβαῖνον, ὅτι λυπούμενον χαίρειν λέγεις ἅμα, ὅταν διψῶντα
πίνειν λέγῃς; ἢ οὐχ ἅμα τοῦτο γίγνεται κατὰ τὸν αὐτὸν τόπον
καὶ χρόνον εἴτε ψυχῆς εἴτε σώματος βούλει; οὐδὲν γάρ, οἶμαι,
διαφέρει. ἔστι ταῦτα, ἢ οὔ; — ΚΑΛ. Ἔστιν. — ΣΩ. Ἀλλὰ
μὴν εὖ γε πράττοντα κακῶς πράττειν ἅμ' ἀδύνατον ἔφησθ' εἶναι. —
ΚΑΛ. Φημὶ γάρ. — ΣΩ. Ἀνιώμενον δέ γε χαίρειν δυνατὸν ὡμο- 497
λόγηκας. — ΚΑΛ. Φαίνεται. — ΣΩ. Οὐκ ἄρα τὸ χαίρειν ἐστὶν
εὖ πράττειν, οὐδὲ τὸ ἀνιᾶσθαι κακῶς, ὥσθ' ἕτερον γίγνεται τὸ ἡδὺ
τοῦ ἀγαθοῦ. — ΚΑΛ. Οὐκ οἶδ' ἅττα σοφίζει, ὦ Σώκρατες. —

ximis in C. οὐ καὶ ἀνδρείαν — μετ' ἐπιστήμης κτέ. vide quae annotavimus infra in 497 E et 498 B.

497 A χαίρειν δυνατὸν ὡμολόγηκας] In 495 E — 496 C inter Socratem et Calliclem convenit, et quae quis ἅμ' ἔχει et quorum ἅμ' ἀπαλλάττεται, ea neque τἀγαθὸν neque τὸ κακὸν esse posse: ut enim quis ἅμα habeat τἀγαθὰ et τὰ κακά, vel potius ut ὁ εὖ πράττων ἅμα sit κακῶς πράττων, fieri non posse. Deinde Socrates argumentando (in 496 C—497) Calliclem cogit concedere, dictionis διψῶντα, πίνειν illud διψῶντα = ἀνιαρὸν, hoc πίνειν = ἡδονὴν sive ἡδὺ esse, eumque igitur, qui dicat διψῶντα πίνειν necessario λυπούμενον sive ἀνιώμενον χαίρειν dicere ἅμα, quemadmodum hoc ἅμα fit. Huc progressus Socrates jam repetit summatim ex superioribus id, de quo convenerat εὖ πράττοντα κακῶς πράττειν ἅμ' ἀδύνατον esse, atque his continuo subjungit et opponit modo a Callicle concessa ἀνιώμενον χαίρειν ἅμα δυνατὸν esse i. e. opponit quod quis ἅμα habere potest ei, quod non ἅμα habere potest, ut tandem conclusionem ex tota argumentatione efficiat. Jam nihil opus esse puto ostendere, quae vocula totius hujus argumentationis primaria sit. Quanta igitur librariorum negligentia in scribendo, qui in conclusioni proximis his: Ἀνιώμενον δέ γε χαίρειν δυνατὸν ὡμολόγηκας. post χαίρειν tamen voculam illam ἅμα omiserunt.

Ib. ἕτερον — τὸ ἡδὺ τἀγαθοῦ] Post τἀγαθοῦ lacuna est in omnibus codicibus et editionibus. Si simpliciter sic tantum scriptum esset: Οὐκ ἄρα τὸ χαίρειν (quod quis cum ejus contrario *ἅμα habere* posse concessum est a Callicle) ἐστὶν εὖ πράττειν (quod quis *non ἅμα habere* cum ejus contrario potest), ὥσθ' ἕτερον γίγνεται τὸ ἡδὺ τἀγαθοῦ. omissis οὐδὲ τὸ ἀνιᾶσθαι κακῶς (πράττειν), ea nemini offinsioni esse possent. Quoniam autem duorum contrariorum ἀνιᾶσθαι et κακῶς πράττειν duo contraria χαίρειν et εὖ πράττειν adsunt in omnibus praemissis et in ipsius conclusionis priore parte, ea etiam in altera conclusionis parte abesse non posse arbitror Socrates igitur (in 496 C) demonstraturus, quae *non* sint τό τ' ἀγαθὸν καὶ τὸ κακόν, horum posterioris in conclusione oblivisci non potuit, sed dixit ὥσθ' ἕτερον γίγνεται τὸ ἡδὺ τἀγαθοῦ καὶ τὸ ἀνιαρὸν τοῦ κακοῦ. Objiciat fortasse aliquis, Socratem secundum 495 A id tantum agere, ut

ΣΩ. Οἶσθα, ἀλλ' ἀκκίζει, ὦ Καλλίκλεις. — ΚΑΛ. Καὶ πρόϊθί γ' ἔτι εἰς τοὔμπροσθεν, ὅτι ἔχων ληρεῖς, ἵν' εἰδῇς, ὡς σοφὸς ὤν με
B νουθετεῖς. — ΣΩ. Οὐχ ἅμα διψῶν δ' ἕκαστος ἡμῶν πέπαυται καὶ ἅμ' ἡδόμενος διὰ τοῦ πίνειν; — ΚΑΛ. Οὐκ οἶδ' ὅ τι λέγεις. — ΓΟΡ. Μηδαμῶς, ὦ Καλλίκλεις, ἀλλ' ἀποκρίνου καὶ ἡμῶν ἕνεκα, ἵνα περανθῶσιν οἱ λόγοι. — ΚΑΛ. Ἀλλ' ἀεὶ τοιοῦτός ἐστι Σωκράτης, ὦ Γοργία· σμικρὰ καὶ ὀλίγου ἄξια ἀνερωτᾷ καὶ ἐξελέγχει. — ΓΟΡ. Ἀλλὰ τί σοὶ διαφέρει; πάντως οὐ σὴ αὕτη ἡ τιμή, ὦ Καλλίκλεις. ἀλλ' ὑπόσχες Σωκράτει ἐξελέγξαι ὅπως ἂν βούληται. —
C ΚΑΛ. Ἐρώτα δὴ σὺ τὰ σμικρά τε καὶ στενὰ ταῦτα, ἐπείπερ Γοργίᾳ δοκεῖ οὕτως.

LII. ΣΩ. Εὐδαίμων εἶ, ὦ Καλλίκλεις, ὅτι τὰ μεγάλα μεμύησαι, πρὶν τὰ σμικρά. ἐγὼ δ' οὐκ ᾤμην θεμιτὸν εἶναι. ὅθεν οὖν ἀπέλιπες, ἀποκρίνου, εἰ οὐχ ἅμα παύεται διψῶν ἕκαστος ἡμῶν καὶ ἡδόμενος. — ΚΑΛ. Φημί. — ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ πεινῶν καὶ τῶν ἄλλων ἐπιθυμιῶν καὶ ἡδονῶν ἅμα παύεται; — ΚΑΛ. Ἔστι ταῦτα. — ΣΩ. Οὐκοῦν
D καὶ τῶν λυπῶν καὶ τῶν ἡδονῶν ἅμα παύεται; — ΚΑΛ. Ναί. — ΣΩ. Ἀλλὰ μὴν τῶν ἀγαθῶν καὶ κακῶν οὐχ ἅμα παύεται, ὡς σὺ ὡμολόγεις· νῦν δ' οὐχ ὁμολογεῖς; — ΚΑΛ. Ἔγωγε. τί οὖν δή; — ΣΩ. Ὅτι οὐ ταὐτὰ γίγνεται, ὦ φίλε, τἀγαθὰ τοῖς ἡδέσιν, οὐδὲ τὰ

demonstret τὸ ἡδὺ et τἀγαθὸν non ταὐτὸν esse; tum etiam Platonem arbitratu suo omittere potuisse quamcunque partem conclusionis voluerit. Primo obtutu haec videantur verissime dicta. Verum quidni potius interdum totam conclusionem omiserit Plato? est enim tanta ἀνάγκη argumentandi in his λόγοις Socraticis, ut, etiam si omissae essent conclusiones ab auctore, nemo tamen non tutissime eas efficere posset ex praemissis. Sed tamen auctor ne facillimam quidem ad efficiendum usquam omisit. Nusquam dicti sui λεχθὲν ἢ μὴ λεχθὲν πᾶν πως σαφέστερον ipse immemor fuit. Ego igitur, ut dicam quod sentiam, minus desiderarem totam conclusionem quam partem quamdam ejus in auctore, qui hujusmodi negligentiae in scribendo reus agi posset. Quod deinde attinet ad consilium, quo his hic λόγοις usus sit Socrates, concedo eum iis usum esse, ut redarguat Calliclem τὸ ἡδὺ et τἀγαθὸν ταὐτὸν esse putantem. Verum quamquam eum id agere, ut demonstret quod diximus apparet ex 495 A, idemque egisse ex 499 B, ubi quae leguntur dicit postquam modo omnes quatuor argumentationes absolvit, quum tamen trium earum conclusiones non careant ea parte, qua adhuc caret conclusio, qua de agimus, nullo prorsus pacto altera pars in hac abesse potest. Praeterea omnium quatuor argumentationum ratio talis est, ut quasi bicipites sint, et utrisque tam τοῖς ἀνιαρὸν et κακὸν quam τοῖς ἡδὺ et ἀγαθὸν ubique in iis pares partes tribuantur. Neque dubitari potest, quin utrimque falsam Calliclis thesin convincendo certius assecutus sit Socrates quod sibi proposuerat. Denique noli putare auctorem facere Socratem interpellari hic a Callicle verbis Οὐκ οἶδ' ἅττα σοφίζει, ut sic aptius eadem fere argumentatio repeti possit. Nusquam hujusmodi interpellatio in argumentationibus apud Platonem occurrit, ne in 498 D quidem, ubi simillima illis verba Ἀλλὰ μὰ Δί' οὐκ οἶδ' ὅ τι λέγεις. Calliclis nondum convicti leguntur, post quae tamen etiam eadem fere argumentatio repetitur. Reddendae igitur, uti dixi, post τἀγαθοῦ quinque hae voces Platoni καὶ τὸ ἀνιαρὸν τοῦ κακοῦ. — Sec. Schol. illud ἀκκίζει = μὴ εἰδέναι προσποιεῖ.

κακὰ τοῖς ἀνιαροῖς. τῶν μὲν γὰρ ἅμα παύεται, τῶν δ' οὔ, ὡς ἑτέρων ὄντων. πῶς οὖν ταῦτ' ἂν εἴη τὰ ἡδέα τοῖς ἀγαθοῖς ἢ τὰ ἀνιαρὰ τοῖς κακοῖς; ἐὰν δὲ βούλῃ, καὶ τῇδ' ἐπίσκεψαι· οἶμαι γάρ σοι οὐδὲ ταύτῃ ὁμολογεῖσθαι. ἄθρει δή· τοὺς ἀγαθοὺς οὐχὶ ἀγαθῶν E
παρουσίᾳ ἀγαθοὺς καλεῖς, ὥσπερ τοὺς καλοὺς οἷς ἂν κάλλος παρῇ; — ΚΑΛ. Ἔγωγε. — ΣΩ. Τί δαί; ἀγαθοὺς ἄνδρας καλεῖς τοὺς ἄφρονας καὶ δειλούς; οὐ γὰρ ἄρτι γε, ἀλλὰ τοὺς ἀνδρείους καὶ φρονίμους ἔλεγες. ἢ οὐ τούτους ἀγαθοὺς καλεῖς; — ΚΑΛ. Πάνυ μὲν οὖν. — ΣΩ. Τί δέ; παῖδ' ἀνόητον χαίροντ' ἤδη εἶδες; — ΚΑΛ. Ἔγωγε. — ΣΩ. Ἄνδρα δ' οὔπω εἶδες ἀνόητον χαίροντα; — ΚΑΛ. Οἶμαι ἔγωγε. ἀλλὰ τί τοῦτο; — ΣΩ. Οὐδέν· ἀλλ' ἀποκρίνου. — ΚΑΛ. Εἶδον. — ΣΩ. Τί δέ; νοῦν ἔχοντα λυπούμενον καὶ χαίροντα; — ΚΑΛ. 498
Φημί. — ΣΩ. Πότεροι δὲ μᾶλλον χαίρουσι καὶ λυποῦνται, οἱ φρό-

— D τῶν μὲν γὰρ ἅμα — τὰ ἀνιαρὰ τοῖς κακοῖς] Hic alteram conclusionis partem οὐδὲ τὰ κακὰ τοῖς ἀνιαροῖς non omiserunt librarii, sed contra utramque ejus partem quam ineptissime repetiverunt. Quidquid verborum istorum attigeris, teterrimum est ulcus. In prioribus τῶν μὲν γὰρ — ὡς ἑτέρων ὄντων. ea pro ἑτέροις sumuntur, quae Socrates sibi proposuerat demonstrare ἕτερα esse: tum etiam ea quorum ἅμα παύεται et ea quorum οὐχ ἅμα παύεται deinceps suo loco in praemissis clarissime persecutus erat Socrates. Probanda igitur quae sunt cum praemissis in primis illis verbis ineptissime confunduntur. Quis porro in ultimis πῶς οὖν ταῦτα ἂν εἴη — τοῖς κακοῖς agnoscat Socraticam argumentationem? Quid multa? Sunt illa πῶς ἂν εἴη vix conjectura aliquid assequentis, non jubentis ac cogentis approbare id, quod unum necessario ex argumentatione efficiendum est. Verba igitur illa nulli dubitamus omnia abjicere, quippe quae nihil prorsus proficiant, sed contra totam argumentationem labefactent longissimeque absint a nitida scribendi ratione Platonis propria. — Paullo superius in C leguntur haec ἀποκρίνου εἰ οὐχ ἅμα παύεται διψῶν ἕκαστος — καὶ ἡδόμενος. vocula εἰ mutatur et corrigitur in uno et altero codice, puto, a non intelligente eam. Scribe ἀποκρίνου. οὐχ ἅμα παύεται — καὶ ἡδόμενος; sic interpungens post ἀποκρίνου et post ἡδόμενος. Scriba haec constructionem non videns addidit εἰ. Vide in A haec καὶ πρόιθί γε — με νουθετεῖς. οὐχ ἅμα διψῶν — διὰ τοῦ πίνειν; — In D Ἀλλὰ μὴν τῶν ἀγαθῶν καὶ κακῶν — ὡς σὺ ὡμολόγεις. Verum ubi in argumentatione post alia interposita repetuntur superius concessa, formula usurpatur Ἀλλὰ μὴν — γε vel Καὶ μὴν — γε. Vide 496 E Ἀλλὰ μὴν εὖ γε πράττοντα κτέ. et quae inferius annotabimus in 498 B et E. Quare insere γ' inter τῶν et ἀγαθῶν, quae vocula in duobus codicibus post σὺ migravit.

— E. ὥσπερ τοὺς καλοὺς οἷς] Primum putabam excidisse καλοὺς ante τοὺς καλοὺς et priora a Platone sic scripta fuisse: ὥσπερ καλοὺς τοὺς καλοὺς οἷς — παρῇ; quemadmodum fere scripta sunt in 498 E Κακῶν δέ — κακοὺς τοὺς κακούς. Verum haec ipsa corrupta esse postea comperi, quomodo autem emendanda sint suo loco ostendam. Facilius igitur remedium et simplicius adhibebo. Scripserunt librarii τοὺς καλούς, uti eadem periodus initio habet τοὺς ἀγαθοὺς οὐχὶ κτέ. ignorantes articulum una cum pronomine οἷς ferri non posse. Nam plene scripta ea ita sese haberent ὥσπερ καλοὺς (τούτους καλεῖς), οἷς ἂν κάλλος παρῇ, quae omnino respuunt articulum τοὺς ante καλούς.

Ib. Τί δαί; — τούτους ἀγαθοὺς καλεῖς;] Hic locus explicatione indiget. Respiciunt ea partim ad 491 B, partim ad 495 C, D. In 495 C, D secundum Calliclem τὸ ἀγαθὸν (ἀγαθὸς) et ἐπιστήμη (φρόνιμος) et ἀνδρεία (ἀνδρεῖος) ἀλλήλων cum sint diversa, ἀγαθοὶ secundum eundem non sunt οἱ φρόνιμοι et ἀνδρεῖοι, sed contra οἱ ἄφρονες et δειλοί. Hoc igitur Socrates objicit Callicli atque

νιμοι, ἢ οἱ ἄφρονες; — ΚΑΛ. Οἶμαι ἔγωγ' οὐ πολύ τι διαφέρειν. — ΣΩ. Ἀλλ' ἀρκεῖ καὶ τοῦτο. ἐν πολέμῳ δ' ἤδη εἶδες ἄνδρα δειλόν; — ΚΑΛ. Πῶς γὰρ οὔ; — ΣΩ. Τί οὖν; ἀπιόντων τῶν πολεμίων πότεροί σοι ἐδόκουν μᾶλλον χαίρειν, οἱ δειλοί, ἢ οἱ ἀνδρεῖοι; —
B ΚΑΛ. Ἀμφότεροι ἔμοιγε μᾶλλον· εἰ δὲ μή, παραπλησίως γε. — ΣΩ. Οὐδὲν διαφέρει. χαίρουσι δ' οὖν καὶ οἱ δειλοί; — ΚΑΛ. Σφόδρα γε. — ΣΩ. Καὶ οἱ ἄφρονες, ὡς ἔοικε. — ΚΑΛ. Ναί. — ΣΩ. Προσιόντων δ' οἱ δειλοὶ μόνοι λυποῦνται, ἢ καὶ οἱ ἀνδρεῖοι; — ΚΑΛ. Ἀμφότεροι. — ΣΩ. Ἆρ' ὁμοίως; — ΚΑΛ. Μᾶλλον ἴσως οἱ δειλοί. — ΣΩ. Ἀπιόντων δ' οὐ μᾶλλον χαίρουσιν; — ΚΑΛ. Ἴσως. — ΣΩ. Οὐκοῦν λυποῦνται μὲν καὶ χαίρουσι καὶ οἱ ἄφρονες καὶ οἱ φρόνιμοι καὶ οἱ δειλοὶ καὶ οἱ ἀνδρεῖοι παραπλησίως, ὡς σὺ
C φῄς, μᾶλλον δ' οἱ δειλοὶ τῶν ἀνδρείων; — ΚΑΛ. Φημί. — ΣΩ.

huc respicit dicens Τί δαί; ἀγαθοὺς ἄνδρας καλεῖς τοὺς ἄφρονας καὶ δειλούς; Antea autem in 491 B et C Callicles diserte τοὺς βελτίους (= ἀγαθοὺς hic) dixerat τοὺς φρονίμους et ἀνδρείους. Quod ultimum Socrates nunc in loco, quo de agimus, vult Callicles sibi concedat, dicens οὐ γὰρ ἄρτι γε, ἀλλὰ τοὺς ἀνδρείους καὶ φρονίμους, ἢ οὐ τούτους ἀγαθοὺς καλεῖς; ad quae non respondere non audet Callicles Πάνυ μὲν οὖν. Jam hoc concedens Callicles simul concedat necesse est κακοὺς esse τοὺς δειλοὺς καὶ ἄφρονας. Itaque apparet, quam acriter Socrates hic ludat inconstantiam et temeritatem Calliclis, qui suae theseos in 495, secundum quam ἀγαθοὶ necessario οἱ ἄφρονες καὶ δειλοί, nunc stolide immemor, κακοὺς tamen esse τοὺς ἄφρονας καὶ δειλοὺς Socrati consentiat. Quae Calliclis stoliditas etiam clarius ante oculos ponitur in argumentatione, cui toti illa praemittuntur. Cum enim ἡδὺ sit = ἀγαθὸν et ἀνιαρὸν = κακὸν secundum Calliclem, et cum utrisque et φρονίμοις καὶ ἀνδρείοις et ἄφροσι καὶ δειλοῖς utrumque ἡδὺ et ἀνιαρὸν i. e. ἀγαθὸν et κακὸν adesse argumentanti Socrati concedat Callicles, utrosque pariter et κακοὺς et ἀγαθοὺς esse tandem non concedere non potest, nec non igitur iterum ἀγαθοὺς τοὺς ἄφρονας καὶ δειλούς, quippe qui assensus sit ἀγαθῶν (= ἡδέων) παρόντων ἀγαθοὺς esse τοὺς ἀγαθούς, et κακῶν (= ἀνιαρῶν) παρόντων κακοὺς esse τοὺς κακούς.

498 B Σ. Καὶ οἱ ἄφρονες — Κ. Ναί.] Sicuti ἐπιστήμη et ἀνδρεία diversae res sunt, sic duo diversa sunt, alterum φρόνιμος cum suo contrario ἄφρων, alterum ἀνδρεῖος cum suo contrario δειλός. Duo adeo diversa Plato nusquam confundit, sed separatim alterutrum eorum cum suo contrario tractat. Inspiciamus nunc argumentationem. In 498 A Socrates dicens Ἀλλ' ἀρκεῖ καὶ τοῦτο absolvit de φρονίμοις et ἄφροσι, et continuo incipit disserere de ἀνδρείοις et δειλοῖς quaerens ἐν πολέμῳ δ' ἤδη εἶδες ἄνδρα δειλόν; Quis igitur est, qui ferat verba Καὶ οἱ ἄφρονες — Ναί. mediis illis de ἀνδρείοις et δειλοῖς immixta, idque interposita inter ἀπιόντων τῶν πολεμίων (in A) et Προσιόντων δὲ (s. τῶν πολεμίων) (in B)? Quid enim commune ἄφροσι cum πολεμίοις? Praeterea vide, quam inepte nunc tantum χαίρειν τοὺς ἄφρονας conveniat inter disputantes, inter quos supra, ante illa Ἀλλ' ἀρκεῖ καὶ τοῦτο, jam convenerat, eos et λυπεῖσθαι et χαίρειν: quo utroque concesso pariter opus esse apparet ex repetitione praemissorum in B fin. Οὐκοῦν λυποῦνται μὲν καὶ χαίρουσι καὶ οἱ ἄφρονες καὶ οἱ φρόνιμοι κτέ. Ejicienda igitur sex illa verba. Σ. Καὶ οἱ ἄφρονες, ὡς ἔοικε. Κ. Ναί, idque sola dialectica duce. — Argumentationum in Gorgia obviarum haec sine dubio omnium simplicissima. Et cum praeter ea, quae indicavimus, reliqua omnia salva sint et integra, nulla emendatio vel tironibus clarior et evidentior esse potest. Neque dubito, quin si quis hanc paulo accuratius consideraverit, is etiam promtius approbaturus sit emendationes in syllogismis implicatioribus, quarum longe plurimis etiam grammatica suffragatur. — In proximis Προσιόντων δ' οἱ δειλοὶ μόνον λυποῦνται requiritur μόνοι pro μόνον.

'Αλλὰ μὴν οἵ γε φρόνιμοι καὶ ἀνδρεῖοι ἀγαθοί, οἱ δὲ δειλοὶ καὶ ἄφρονες κακοί; — ΚΑΛ. Ναί. — ΣΩ. Παραπλησίως ἄρα χαίρουσι καὶ λυποῦνται οἱ ἀγαθοὶ καὶ οἱ κακοί; — ΚΑΛ. Φημί. — ΣΩ. Ἆρ' οὖν παραπλησίως εἰσὶν ἀγαθοὶ καὶ κακοὶ οἱ ἀγαθοί τε καὶ οἱ κακοί; ἢ καὶ ἔτι μᾶλλον ἀγαθοὶ οἱ ἀγαθοὶ καὶ κακοί εἰσιν οἱ κακοί;

— C Παραπλησίως ἄρα χαίρουσι — καὶ οἱ κακοί;] Post ultimam vocem magna est lacuna in omnibus codicibus ne vestigium quidem omissorum servantibus. Nullo pacto οἱ κακοὶ dici possunt μᾶλλον ἀγαθοὶ καὶ κακοί. uti in C et 499 A dicuntur, si tantum παραπλησίως, non etiam μᾶλλον eos χαίρειν et λυπεῖσθαι antea concessum est. In praemissis ter repetitur illud μᾶλλον χαίρειν et λυπεῖσθαι. Quid multa? Est vocula μᾶλλον omnino primaria duplicis hujus argumentationis, quippe cujus adverbii opera clarius quam adverbii παραπλησίως, absurdum, quod habet Calliclis sententia, ante oculos ponitur. In 498 D—499 A. Callicli nondum convicto iterum idem conatur probare Socrates utens ubique illis παραπλησίως (sive ὁμοίως) — μᾶλλον —: porro progressus ad conclusionem haec quaerit (in 499 A) 'Ανιᾶσθαι δὲ καὶ χαίρειν τὸν ἀγαθὸν καὶ κακὸν ὁμοίως (= παραπλησίως), ἴσως δὲ καὶ μᾶλλον τὸν κακόν (φάμεν. ἢ γάρ;) et mox Οὐκοῦν ὁμοίως — ἢ καὶ μᾶλλον —; Unde ipsae voces prodeunt, quibus explenda lacuna in 498 C, hae sex: ἴσως δὲ καὶ μᾶλλον οἱ κακοί. Noli nunc putare, me has voces ideo in 498 C inserendas esse censere, quod eae in 499 A leguntur. Perhibeo enim, eas eadem ἀνάγκῃ in utroque loco flagitari: ita ut, tametsi in utroque omissae essent a librariis, omnes tamen ex utriusque argumentationis praemissis revocari possent auctorique reddi. Verum posterior λόγος ipsas eas salvas suppeditat: itaque emendatio facilior et ad faciendum et ad probandum. Caeterum nemo certe est qui nesciat, quam saepe sic scriptorum — οἱ κακοὶ — οἱ κακοί postrema cum recurrente voce a scribis omittantur: ne dicam quoties a typothetis nostris.

Ib. — ἢ καὶ ἔτι μᾶλλον — οἱ κακοί;] Haec sic nobis tradita a scribis: — ἢ καὶ ἔτι μᾶλλον ἀγαθοὶ οἱ ἀγαθοὶ καὶ οἱ κακοί εἰσιν οἱ κακοί; Editores jam sensum restituerunt omittendo οἱ ἀγαθοὶ et οἱ, quod est post ultimum καί. Sed superest, ut etiam Attica constructio restituatur delendo omnia, quae inter μᾶλλον et ultimum οἱ κακοί; posita sunt. Itaque habebimus ἢ καὶ ἔτι μᾶλλον οἱ κακοί; Nusquam enim apud Atticos auctores post μᾶλλον vel ἧττον, sim. iterum scribi possunt voces in eadem periodo praemissae et ad haec adverbia intelligendae. Videantur haec minoris momenti esse, sed ex talibus harum rerum minus periti facile agnoscunt librariorum audaciam, quippe quos, quamquam hae ipsae quatuor argumentationes scateant eadem ellipsi, tamen non puduerit unam earum talibus sordibus explere. — Ejusdemmodi emendationes in argumentationibus Socraticis a Xenophonte memoriae traditis manent adhuc criticos. Ex. gr. Memor. 4. 6, 5. Οὐκ, ἀλλὰ, καὶ περὶ τούτους ὁ εἰδὼς ἅ ἐστι νόμιμα, καθ' ἃ δεῖ πως ἀλλήλοις χρῆσθαι, νόμιμος ἂν εἴη. Haec omnino indigna Attico auctore, nedum Xenophonte. Scribae in argumentatione, qua de agimus, similitudinem quamdam restituere conati videntur cum superioris ultimis ὁ ἄρα τὰ περὶ τοὺς θεοὺς νόμιμα εἰδὼς ὀρθῶς ἂν ἡμῖν εὐσεβὴς ὡρισμένος εἴη; quae leguntur in § 4. Illud ὁ εἰδὼς ἃ saltem ineptum prodit scribam. Atticus enim auctor primam periodi partem sic scripsisset: Οὐκ, ἀλλὰ καὶ ὁ τὰ περὶ τούτους νόμιμα εἰδὼς —; Ejice igitur ὁ εἰδὼς ἃ et una opera πως et νόμιμος ἂν εἴη, quibus sordibus deinde locum resarcire conati sunt, et lege Οὐκ, ἀλλὰ καὶ περὶ τούτους ἐστὶ νόμιμα, καθ' ἃ δεῖ ἀλλήλοις χρῆσθαι. His adde hoc argumentum. Argumentationi, quae legitur in 4. 6, 3, cujus primae voces sunt Οὐκοῦν ὁ τοὺς νόμους τούτους εἰδὼς κτέ. tanquam ἀφορμὴ praemittuntur haec — νόμοι εἰσὶ καθ' οὓς δεῖ τοῦτο ποιεῖν (s. τιμᾶν τοὺς θεούς). Nunc compara cum his locum a nobis correctum (in 5), ut sentias Socratem orsurum argumentationem in 5 οὐκοῦν οἱ κατὰ ταῦτα χρώμενοι κτέ. non alia ei praemittere potuisse quam quae sic correximus — καὶ περὶ τούτους ἐστὶ νόμιμα κτέ. Sed ipsa disputatio praeterea alterum suppeditat argumentum.

D LIII. ΚΑΛ. Ἀλλὰ μὰ Δί' οὐκ οἶδ' ὅ τι λέγεις. — ΣΩ. Οὐκ οἶσθ' ὅτι τοὺς ἀγαθοὺς ἀγαθῶν φῂς παρουσίᾳ εἶναι ἀγαθούς, κακοὺς δὲ κακῶν; τὰ δ' ἀγαθὰ εἶναι τὰς ἡδονάς, κακὰ δὲ τὰς ἀνίας; — ΚΑΛ. Ἔγωγε. — ΣΩ. Οὐκοῦν τοῖς χαίρουσι πάρεστι τἀγαθά, αἱ ἡδοναί, εἴπερ χαίρουσι; — ΚΑΛ. Πῶς γὰρ οὔ; — ΣΩ. Οὐκοῦν ἀγαθῶν παρόντων ἀγαθοὶ εἰσιν οἱ χαίροντες; — ΚΑΛ. Ναί. — ΣΩ. Τί δέ; τοῖς ἀνιωμένοις οὐ πάρεστι τὰ κακά, αἱ

Nimirum ὁ εἰδὼς sive οἱ εἰδότες τὰ νόμιμα sive ἃ οἱ νόμοι κελεύουσι. in hujus syllogismi (cujus quatuor partes sunt) tertia demum parte suum habent locum i. e. in § 6 οἴει οὖν τινας — — εἰδότες τὰ δίκαια [οὗτοι] ποιοῦσι. Quae duo argumenta equidem pro tam certis habeo, ut si vel Graecitas et constructio nihil haberent, quod reprehendi posset, tamen delenda censerem quae indicavi. — Paullo inferius in 5 leguntur Οὐκοῦν οἵ γε τοῖς ἀνθρώποις καλῶς χρώμενοι καλῶς πράττουσι τἀνθρώπεια πράγματα; Εἰκός γ', ἔφη. His insit primae partis conclusio necesse est, cum proxima Οὐκοῦν οἱ τοῖς νόμοις πειθόμενοι κτέ. ad secundam argumentationis partem pertineant. Verum ne littera quidem iis inest, quae conclusionem redoleat. Ex praemissis enim necessario hujusmodi efficienda conclusio: Ergo ὡς δεῖ = καλῶς. Quod ut promtius mihi concedas, scribam tertiam argumentationis partem, quae legitur in § 5 et similis est ei, qua de agimus, et hanc ipsam deinceps quam brevissime. Quae legitur in § 6 in hanc simplicissimam formam redigi potest:

I A οἱ εἰδότες ἃ οἱ νόμοι κελεύουσι = B οἱ οἰόμενοι δεῖν ποιεῖν (ταῦτα).
B οἱ οἰόμενοι κτέ. = C οἱ ποιοῦντες ταῦτα.
Ergo A οἱ εἰδότες κτέ. = C οἱ ποιοῦντες.
et cujus in § 5 conclusio intercidit in eandem sic:

II A οἱ χρώμενοι ἀλλήλοις ὡς δεῖ = B οἱ καλῶς χρώμενοι
B οἱ καλῶς χρώμενοι = C οἱ καλῶς πράττοντες κτέ.
Ergo A οἱ χρώμενοι ἀλλήλοις ὡς δεῖ = C οἱ καλῶς πράττοντες κτέ.

Jam nihil facilius quam desideratam conclusionem ex II conficere hanc: οἱ ἄρ' ἀλλήλοις ὡς δεῖ χρώμενοι καλῶς πράττουσι τἀνθρώπεια πράγματα: quemadmodum ex I haec efficitur: οἱ ἄρα τὰ περὶ ἀνθρώπους νόμιμα εἰδότες τὰ δίκαια ποιοῦσι. et revera legitur apud Xenophontem. Totum igitur locum sic scriptum fuisse ab auctore arbitror: Οὐκοῦν οἵ γε τοῖς ἀνθρώποις καλῶς χρώμενοι καλῶς πράττουσι τἀνθρώπεια πράγματα; Πῶς γὰρ οὔ; Οἱ ἄρ' ἀλλήλοις ὡς δεῖ χρώμενοι καλῶς πράττουσι τἀνθρώπεια πράγματα. Εἰκός γ', ἔφη. Οὐκοῦν οἱ τοῖς νόμοις πειθόμενοι κτέ. Unde quam clarissime apparet, scribas a prioribus τἀνθρώπεια πράγματα aberrasse, et omissis omnibus Πῶς γὰρ — πράγματα, post priora τἀνθρ. πράγματα continuo Εἰκός γ' ἔφη scripsisse: cujusmodi omissionis codices sexcenta suppeditant exempla. Itaque in § 5 pro septem vocibus ejectis auctori tredecim voces reddidimus. Superest, ut etiam rationem reddam inserti a me responsi Πῶς γὰρ οὔ; verum hoc facile quivis approbabit, si paulo diligentius syllogismos Socraticos exploraverit. Eadem haec tractavi in tertio hujus critices specimine, sed multo enucleatius.

— D — κακοὺς δὲ κακῶν;] His ὁ ἀγαθὸς ἀγαθῶν παρουσίᾳ ἐστιν ἀγαθός, κακὸς δὲ κακῶν (παρουσίᾳ), hoc significatur: ὁ ἀγαθὸς est ἀγαθὸς quamdiu bona ei adsunt, idem autem est κακός, ubi mala ei adsunt. Quemadmodum dici posset ex. gr. ὁ ἀνδρεῖος (= ἀγαθὸς) ἡδέος παρόντος ἀγαθός, κακὸς δὲ λύπης (= κακοῦ) παρουσίᾳ. Sententiam autem hanc Graeca reddant necesse est: ὁ ἀγαθὸς est ἀγαθὸς ἀγαθῶν παρουσίᾳ, ὁ κακὸς autem est κακὸς κακῶν παρουσίᾳ. Quae enim in 497 E toti superiori argumentationi praemittuntur, eadem etiam huic toti praemittenda sunt. Itaque pro κακοὺς δὲ κακῶν scribendum τοὺς δὲ κακοὺς κακοὺς κακῶν; i. e. plene τοὺς δὲ κακοὺς φῂς κακοὺς εἶναι κακῶν παρουσίᾳ; Confer 508 B. κακίας δ' ἄθλιοι οἱ ἄθλιοι. quorum primum ἄθλιοι a criticis reductum omnes editores receperunt. — In proximis τὰ δ' ἀγαθὰ εἶναι τὰς ἡδονάς, κακὰ δὲ τὰς ἀνίας; nihil mutandum, quamquam τὰ δὲ κακὰ pro κακὰ δὲ magis conveniret cum τὰ δ' ἀγαθά: sic enim solet noster scribere tam simplicia: neque sensus hujus dictionis mutatur, si articulum illum omittas.

λῦπαι; — ΚΑΛ. Πάρεστι. — ΣΩ. Κακῶν δέ γε παρουσίᾳ φῂς E
σὺ εἶναι κακοὺς τοὺς κακούς. ἢ οὐκέτι φής; — ΚΑΛ. Ἔγωγε. —

— E κακῶν δέ γε παρουσίᾳ — τοὺς κακούς.] Pro ultimis τοὺς κακοὺς argumentatio requirit τοὺς ἀνιωμένους. Quum tertium hujus critices specimen conscriberem, primum τὸν λόγον, ex quo haec verba depromta sunt, disponere coepi, quemadmodum logices praeceptores syllogisticas formulas solent, ratus in ita sub adspectum fere subjectis et mendam clarius in oculos incursuram et emendationem facilius cuivis probatum iri, idque multo paucioribus verbis. Eandem τοὺς λόγους disponendi rationem deinde in his annotationibus ubique adhibui, evidentiae et perpicuitatis causa duos ejusdem generis et formae λόγους conjungens. Etiam nunc igitur duas formulas referre conabor eadem pagina obvias, haec pauca praefatus. Prior formula hypothesi nititur, quae legitur in 498 D τὰ δ' ἀγαθὰ εἶναι τὰς ἡδονὰς, et quod ex eo efficitur legitur in E ἀγαθοὶ ἄρ' οἳ ἂν χαίρωσι. Alterius formulae hypothesis κακὰ δὲ τὰς ἀνίας sive λύπας et ejus conclusio κακοὶ οἳ ἂν ἀνιῶνται iisdem locis leguntur. Jam haec praemonitus cum hac formula

I (hypothesis est: τἀγαθὰ = αἱ ἡδοναί.)
A ἀγαθοὶ = B οἷς τἀγαθὰ πάρεστι
B οἷς αἱ ἡδοναὶ πάρεισι = C οἱ χαίροντες.
Ergo A ἀγαθοὶ = C οἱ ἂν χαίρωσι.
hanc compara.

II (hypothesis est: τὰ κακὰ = αἱ λῦπαι).
A Κακοὶ = B οἷς τὰ κακὰ πάρεστι
B οἷς αἱ λῦπαι πάρεισι = C οἱ ἀνιώμενοι.
Ergo A κακοὶ = C οἳ ἂν ἀνιῶνται.

Num ferre posses in IC οἱ ἀγαθοί? Neque igitur potes in IIC οἱ κακοὶ pro sanis habere, sed assentiris mihi τοὺς ἀνιωμένους pro τοὺς κακοὺς requiri. Dialectica igitur haec sic corrigi jubet. Attamen fortasse quis dicat unum scrupulum restare verborum Κακῶν δέ γε παρουσίᾳ φῂς —. ἢ οὐκέτι φής; in illis φῂς et οὐκέτι φῂς, eaque manifesto repeti indicare verba τοὺς δὲ κακοὺς κακοὺς κακῶν supra dicta: itaque τοὺς κακοὺς retinendum esse. Verum Socrates per totam hanc argumentationem inde a primis verbis in D οὐκ οἶσθ' ὅτι τοὺς ἀγαθοὺς ἀγαθῶν φῂς παρουσίᾳ κτέ. illis φῂς et φαμὲν utitur, quia eadem omnia jam in superiori argumentatione concesserat Callicles. Illa φῂς et οὐκέτι φῂς igitur non indicant respici ad alia in eadem hac argumentatione obvia. Nugas si tamen adhuc venditare cui videar, in ejus gratiam argumentis supra allatis non minus certa affero haec duo e grammatica petita. Primum enim verborum Κακῶν δέ γε παρουσίᾳ illa δέ γε, uti ubique, ita hic quoque antithesin quamdam significant in his et praecedentibus, quae sunt (in D.) Οὐκοῦν ἀγαθῶν παρόντων ἀγαθοί εἰσιν οἱ χαίροντες; Jam apparet hoc οἱ χαίροντες infra flagitare τοὺς ἀνιωμένους pro τοὺς κακούς. Secundo si argumentans quid ex superius in eadem argumentatione concessis post alia interposita repetit, semper utitur formula Ἀλλὰ μὴν — γε vel Καὶ μὴν — γε. Vide 497 C Ἀλλὰ μὴν οἵ γε φρόνιμοι κτέ. 496 E Ἀλλὰ μὴν εὖ γε πράττοντα — Ἀνιώμενον δέ γε χαίρειν κτέ. 479 D Καὶ μὴν ἀπαλλαγή γε — Τὸ δέ γε μὴ διδόναι κτέ. al. Unde discimus usum simul illius δέ γε simul illorum Ἀλλὰ μὴν — γε vel Καὶ μὴν — γε. Auctor igitur etiam hic alterutrum horum adhibuisset, si scripsisset τοὺς κακούς. — Ad haec primum dialectica duce, deinde suffragante grammatica in Gorgiae hoc λόγῳ correcta conabor quaedam emendare in Phaedone, quae mihi saltem non erant offensioni ante quam argumentationes Socraticas hac ratione coeperam emendare. Leguntur in illo dialogo 71 A haec: Καὶ μὴν ἐξ ἰσχυροτέρου γε τὸ ἀσθενέστερον καὶ ἐκ βραδυτέρου τὸ θᾶττον; Πάνυ γε. Τί δαί; ἂν τι χεῖρον γίγνηται κτέ. Occurrit hic formula Καὶ μὴν — γε, de qua modo vidimus. Sed eorum, quae comitantur hanc formulam, supra ne literula quidem legitur. Sola haec ἐναντία supra nominata sunt καλὸν et αἰσχρὸν, δίκαιον et ἄδικον. Deprehendimus igitur scribarum manum perverse adhibentium formulam illam, ideoque iis omnia illa Καὶ μὴν ἐξ — Πάνυ γε. reddenda censemus. Accedat hoc firmissimum argumentum. Ejectis illis vide quam apte eadem constructio continuetur: — ὅταν τι μεῖζον γίγνηται — κἂν ἔλαττον γίγνηται — ἄν τι χεῖρον γίγνηται, quae interrupta fuit additamento illo, quo semel interposito etiam δαὶ ex δὲ fecerunt. Erunt fortasse qui quaerant, quomodo fieri potuerit, ut talia inseruerint librarii. Verum non raro apud Platonem eadem illa ἐναντία inter alia ἐναντία enumerantur. Itaque Platonem volventes eorum memores ea in Phaedone inseruisse videntur. Vide ex. gr. Gorg.

ΣΩ. Ἀγαθοὶ ἄρ' οἳ ἂν χαίρωσι, κακοὶ δ' οἳ ἂν ἀνιῶνται; — ΚΑΛ.
Πάνυ γε. — ΣΩ. Οἱ μέν γε μᾶλλον μᾶλλον, οἱ δ' ἧττον ἧττον,
οἱ δὲ παραπλησίως παραπλησίως; — ΚΑΛ. Ναί. — ΣΩ. Οὐκοῦν
φῂς παραπλησίως χαίρειν καὶ λυπεῖσθαι τοὺς φρονίμους καὶ τοὺς
ἄφρονας καὶ τοὺς δειλοὺς καὶ τοὺς ἀνδρείους, ἢ καὶ μᾶλλον ἔτι
τοὺς δειλούς; — ΚΑΛ. Ἔγωγε. — ΣΩ. Συλλόγισαι δὴ κοινῇ μετ'
ἐμοῦ, τί ἡμῖν συμβαίνει ἐκ τῶν ὡμολογημένων· καὶ δὶς γάρ τοι καὶ
99 τρίς φασι καλὸν εἶναι τὰ καλὰ λέγειν τε καὶ ἐπισκοπεῖσθαι. ἀγα-
θὸν μὲν εἶναι τὸν φρόνιμον καὶ ἀνδρεῖόν φαμεν. ἢ γάρ; — ΚΑΛ.
Ναί. — ΣΩ. Κακὸν δὲ τὸν ἄφρονα καὶ δειλόν; — ΚΑΛ. Πάνυ
γε. — ΣΩ. Ἀγαθὸν δ' αὖ τὸν χαίροντα; — ΚΑΛ. Ναί. — ΣΩ.
Κακὸν δὲ τὸν ἀνιώμενον; — ΚΑΛ. Ἀνάγκη. — ΣΩ. Ἀνιᾶσθαι
δὲ καὶ χαίρειν τὸν ἀγαθὸν καὶ κακὸν ὁμοίως, ἴσως δὲ καὶ μᾶλλον
τὸν κακόν; — ΚΑΛ. Ναί. — ΣΩ. Οὐκοῦν ὁμοίως γίγνεται κακὸς
B καὶ ἀγαθὸς τῷ ἀγαθῷ, ἢ καὶ μᾶλλον ἀγαθὸς ὁ κακός; οὐ ταῦτα
συμβαίνει καὶ τὰ πρότερα ἐκεῖνα, ἐάν τις ταὐτὰ φῇ ἡδέα τε
καὶ ἀγαθὰ εἶναι; οὐ ταῦτ' ἀνάγκη, ὦ Καλλίκλεις;

496 B Οὐκοῦν καὶ ἰσχὺν καὶ ἀσθένειαν —; Καὶ τάχος καὶ βραδυτῆτα; Ubi, si vel reliquis salvis scriptum esset Καὶ μὴν καὶ τάχος γε κτέ. pro ultimis, haec quoque delenda censeremus.

499 A — ἢ καὶ μᾶλλον ἀγαθὸς ὁ κακός;] Etiam hic explere conati sunt ellipsin, quam, uti in annotatione ad 498 C diximus, Atticus sermo postulat post μᾶλλον. Sed quam indicavimus in 498 C paucioribus debebant vocibus explere, hanc contra pluribus his ἢ καὶ μᾶλλον κακὸς καὶ ἀγαθὸς τοῦ ἀγαθοῦ ὁ κακός; Quod ut facilius mihi concedas, totus locus paulo accuratius explorandus. Ante supra scripta ἢ καὶ μᾶλλον κτέ. leguntur haec: Οὐκοῦν ὁμοίως γίγνεται κακὸς καὶ ἀγαθὸς τῷ ἀγαθῷ (s. ὁ κακός) —; Utrumque illud κακὸς et ἀγαθὸς efficitur ex duobus, quae in omnibus praemissis adsunt, his ἀνιᾶσθαι et χαίρειν. Haec duo autem et ἀνιᾶσθαι et χαίρειν cum etiam in praemissis ἴσως δὲ καὶ μᾶλλον τὸν κακόν; post μᾶλλον sine dubio intelligenda sint, necessario post ἢ καὶ μᾶλλον eadem duo et κακὸς et ἀγαθὸς intelligenda sunt, nullo prorsus pacto unum ἀγαθὸς tantum. Quare hoc ἀγαθὸς delendum et ellipsis revocanda, quae ita cogitatione explenda est, uti ostendimus. — Prima vice hunc locum cum legerem, arbitrabar eum sic corrigendum esse: Οὐκοῦν ὁμοίως γίγνεται ἀγαθὸς τῷ ἀγαθῷ ἢ καὶ μᾶλλον ἀγαθὸς ὁ κακός; ejiciendo voces κακὸς καί, et non restituendo ellipsin, ratus absurda in ita scriptis clarius ante oculos poni. Postea autem praeter alias multas etiam has quatuor argumentationes de industria perlustrans et inter se conferens comperi, nullius partis, quae in praemissis adsit, non rationem haberi in conclusione, neque usquam, ne in artificiosissima quidem argumentatione ullam linguae legem negligi, ne ellipsin quidem. Atque nunc fateor, me falso opinatum absurdius esse dicere τὸν κακὸν μᾶλλον ἀγαθὸν τοῦ ἀγαθοῦ quam τὸν κακὸν μᾶλλον κακὸν τοῦ ἀγαθοῦ. Illud nihil absurdius quam hoc, sed utrumque pariter absurdum, etiam si eadem epitheta cum ὁμοίως adhibeas. Ut autem etiam magis tibi persuasum sit de emendationis hujus necessitate, considera verba, quae claudunt superiorem argumentationem (cujus eam, qua de agimus, repetitionem esse, saepius diximus), haec (in 498 C) Ἆρ' οὖν παραπλησίως εἰσὶν ἀγαθοὶ καὶ κακοὶ οἱ ἀγαθοί τε καὶ κακοί, ἢ καὶ ἔτι μᾶλλον οἱ κακοί; Nemo post μᾶλλον in his solum ἀγαθοὶ ut epitheton ferre posset. Neque igitur post μᾶλλον in posteriori λόγῳ solum illud ἀγαθὸς ut epitheton a Platone scriptum fuit. Nam omnia prorsus eadem sunt in praemissis superioris et hujus argumentationis.

LIV. ΚΑΛ. Πάλαι τοί σου ἀκροῶμαι, ὦ Σώκρατες, καθομολο-
γῶν, ἐνθυμούμενος ὅτι, κἂν παίζων τίς σοι ἐνδῷ ὁτιοῦν, τούτου
ἄσμενος ἔχει, ὥσπερ τὰ μειράκια. ὡς δὴ σὺ οἴει ἐμὲ ἢ καὶ ἄλλον
ὁντινοῦν ἀνθρώπων οὐχ ἡγεῖσθαι ἡδονὰς, τὰς μὲν βελτίους, τὰς δὲ
χείρους. — ΣΩ. Ἰοὺ ἰοὺ, ὦ Καλλίκλεις, ὡς πανοῦργος εἶ, καί
μοι ὥσπερ παιδὶ χρῇ, τοτὲ μὲν ταῦτα φάσκων οὕτως ἔχειν, τοτὲ C
δ' ἑτέρως, ἐξαπατῶν με. καίτοι οὐκ ᾤμην γε κατ' ἀρχὰς ὑπὸ σοῦ
ἑκόντος εἶναι ἐξαπατήσεσθαι, ὡς ὄντος φίλου· νῦν δ' ἐψεύσθην καὶ,
ὡς ἔοικεν, ἀνάγκη μοι κατὰ τὸν παλαιὸν λόγον τὸ παρὸν εὖ ποιεῖν
καὶ τοῦτο δέχεσθαι τὸ διδόμενον παρὰ σοῦ. ἔστι δὲ δὴ, ὡς ἔοικεν, ὃ
(σὺ) νῦν λέγεις, ὅτι ἡδοναί τινές εἰσιν αἱ μὲν ἀγαθαὶ, αἱ δὲ κακαί.
ἢ γάρ; — ΚΑΛ. Ναί. — ΣΩ. Ἆρ' οὖν ἀγαθαὶ μὲν αἱ ὠφέ-
λιμοι, κακαὶ δ' αἱ βλαβεραί; — ΚΑΛ. Πάνυ γε. — ΣΩ. D
Ὠφέλιμοι δέ γ' αἱ ἀγαθόν τι ποιοῦσαι, κακαὶ δ' αἱ κακόν τι; —
ΚΑΛ. Φημί. — ΣΩ. Ἆρ' οὖν τὰς τοιάσδε λέγεις, οἷον κατὰ τὸ
σῶμα ἃς νῦν δὴ ἐλέγομεν ἐν τῷ ἐσθίειν καὶ πίνειν ἡδονάς· εἰ ἄρα
τούτων αἳ μὲν ὑγίειαν ποιοῦσιν ἐν τῷ σώματι ἢ ἰσχὺν ἢ ἄλλην
τιν' ἀρετὴν τοῦ σώματος, αὗται μὲν ἀγαθαὶ, αἳ δὲ τἀναντία τού-
των, κακαί; — ΚΑΛ. Πάνυ γε. — ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ λῦπαι ὡσαύ- E
τως αἱ μὲν χρησταί εἰσιν, αἱ δὲ πονηραί; — ΚΑΛ. Πῶς γὰρ οὔ; —
ΣΩ. Οὐκοῦν τὰς μὲν χρηστὰς καὶ ἡδονὰς καὶ λύπας καὶ αἱρετέον
ἐστὶ καὶ πρακτέον; — ΚΑΛ. Πάνυ γε. — ΣΩ. Τὰς δὲ πονηρὰς
οὔ; — ΚΑΛ. Δῆλον δή. — ΣΩ. Ἕνεκα γάρ που τῶν ἀγαθῶν
ἅπανθ' ἡμῖν ἔδοξε πρακτέον εἶναι, εἰ μνημονεύεις, ἐμοί τε καὶ
Πώλῳ. ἆρα καὶ σοὶ συνδοκεῖ οὕτω, τέλος εἶναι ἁπασῶν τῶν πράξεων
τἀγαθὸν, κἀκείνου ἕνεκεν δεῖν πάντα τἆλλα πράττεσθαι, ἀλλ' οὐκ
ἐκεῖνο τῶν ἄλλων; σύμψηφος ἡμῖν εἶ καὶ σὺ ἐκ τρίτων; — ΚΑΛ. 500
Ἔγωγε. — ΣΩ. Τῶν ἀγαθῶν ἄρ' ἕνεκα δεῖ καὶ τἆλλα καὶ τὰ

— D αἱ μὲν — ποιοῦσιν —, αἱ δὲ τἀναντία] Plerique codices et antiquae editiones habent ποιοῦσαι. Quo participio recepto recte se habebant articuli αἱ — αἱ. Recentiores autem rectius quidem scribentes ποιοῦσιν debebant etiam ex articulis facere pronomina αἳ — αἳ, quorum prius nonnulli codices suppeditant. Est constructio frequenter Atticis usurpata ὃς μὲν — οὗτος μὲν —, ὃς δὲ — οὗτος δὲ —, ubi periodus eam plenam (i. e. sine ellipsi) postulat. Nam si sententia simplicior est, ultima duo vocabula οὗτος δὲ — per ellipsin omittuntur. Luculentissimum exemplum vide in 503 D. — αἳ μὲν τῶν ἐπιθυμιῶν πληρούμεναι βελτίω ποιοῦσι τὸν ἄνθρωπον, ταύτας μὲν ἀποτελεῖν, αἳ δὲ χείρω, μή· i. e. plene αἳ δὲ χείρω ποιοῦσι τὸν ἄνθρωπον, ταύτας δὲ μὴ ἀποτελεῖν. Qua ratione etiam illa αἳ δὲ τἀναντία τούτων, κακαί; si expleveris sic: αἳ δὲ τἀναντία τούτων ποιοῦσιν ἐν τῷ σώματι, αὗται δὲ κακαί; nemo certe amplius videre poterit anacoluthiam quamdam in hoc loco. Tum etiam simul apparet ante κακαὶ interpungendum esse. Vide constructionis μὲν — μὲν —, δὲ — δὲ exemplum in 502 B ἐάν τι ἡδὺ μὲν ᾖ —, τοῦτο μὲν μὴ ἐρεῖ, εἰ δέ τι ἀηδὲς —, τοῦτο δὲ λέξει καὶ ᾄσεται.

ἡδέα πράττειν, ἀλλ' οὐ τἀγαθὰ τῶν ἡδέων. — ΚΑΛ. *Πάνυ γε.* — ΣΩ.
Ἆρ' οὖν παντὸς ἀνδρός ἐστιν ἐκλέξασθαι, ποῖ' ἀγαθὰ τῶν ἡδέων ἐστὶ
καὶ ὁποῖα κακὰ, ἢ τεχνικοῦ δεῖ εἰς ἕκαστον; — ΚΑΛ. *Τεχνικοῦ.*

LV. ΣΩ. *Ἀναμνησθῶμεν δὴ ὧν αὖ ἐγὼ πρὸς Πῶλον καὶ Γοργίαν*
ἐτύγχανον λέγων. ἔλεγον γὰρ, εἰ μνημονεύεις, ὅτι εἶεν παρασκευαὶ
B *αἱ μὲν μέχρι ἡδονῆς, αὐτὸ τοῦτο μόνον παρασκευάζουσαι, ἀγνοοῦσαι*
δὲ τὸ βέλτιον καὶ τὸ χεῖρον, αἱ δὲ γιγνώσκουσαι ὅ τί τ' ἀγαθὸν
καὶ ὅ τι κακόν· καὶ ἐτίθην τῶν μὲν περὶ τὰς ἡδονὰς τὴν μαγειρικὴν
⌈κατὰ τὸ σῶμα⌉ ἐμπειρίαν, ἀλλ' οὐ τέχνην, τῶν δὲ περὶ τἀγαθὸν
τὴν ἰατρικὴν τέχνην. καὶ πρὸς Φιλίου, ὦ Καλλίκλεις, μήτ' αὐτὸς
οἴου δεῖν πρὸς ἐμὲ παίζειν, μηδ' ὅ τι ἂν τύχῃς παρὰ τὰ δοκοῦντα
C *ἀποκρίνου, μήτ' αὖ τὰ παρ' ἐμοῦ οὕτως ἀποδέχου ὡς παίζοντος·*
ὁρᾷς γὰρ, ὅτι περὶ τούτου εἰσὶν ἡμῖν οἱ λόγοι, οὗ τί ἂν μᾶλλον
σπουδάσειέ τις καὶ σμικρὸν νοῦν ἔχων ἄνθρωπος, ἢ τοῦτο, ὅντινα
χρὴ τρόπον ζῆν, πότερον ἐφ' ὃν σὺ παρακαλεῖς ἐμὲ, τὰ τοῦ ἀν-
δρὸς δὴ ταῦτα πράττοντα, λέγοντά τ' ἐν τῷ δήμῳ καὶ ῥητορικὴν
ἀσκοῦντα καὶ πολιτευόμενον τοῦτον τὸν τρόπον, ὃν ὑμεῖς νῦν πολι-
τεύεσθε, ἢ ⌈ἐπὶ⌉ τόνδε τὸν βίον τὸν ἐν φιλοσοφίᾳ· καὶ τί ποτ'
ἐστὶν οὗτος ἐκείνου διαφέρων; ἴσως οὖν βέλτιστόν ἐστιν, ὡς ἄρτι
D *ἐγὼ ἐπεχείρησα, διαιρεῖσθαι, διελομένους δὲ καὶ ὁμολογήσαντας*
ἀλλήλοις, εἰ ἔστι τούτω διττὼ τὼ βίω, σκέψασθαι τί τε διαφέρε-
τον ἀλλήλοιν καὶ ὁπότερον βιωτέον αὐτοῖν. ἴσως οὖν οὔπω οἶσθα, τί
λέγω. — ΚΑΛ. *Οὐ δῆτα.* — ΣΩ. *Ἀλλ' ἐγώ σοι σαφέστερον ἐρῶ·*
ἐπειδὴ ὡμολογήκαμεν ἐγώ τε καὶ σὺ εἶναι μέν τι ἀγαθὸν, εἶναι δέ

521 C ὑπὸ πάνυ ἴσως — φαύλου] Haec demum optime recentissimus intrepres eliminavit. Enervat enim prorsus Calliclis dictum. Imo, contra Callicles dicere debuisset ὑπ' οὐ πάνυ — φαύλου quibus saltem suam ipse non evertisset sententiam. In ipso enim isto additamento est argumentum, quo utitur

ἄρ' εἰμί, ὦ Καλλίκλεις, ὡς ἀληθῶς, εἰ μὴ οἴομαι ἐν τῇδε τῇ πόλει
ὁντινοῦν ἄν, ὅ τι τύχοι, τοῦτο παθεῖν. τόδε μέντοι εὖ οἶδ' ὅτι,
ἐάνπερ εἰσίω εἰς δικαστήριον περὶ τούτων τινὸς κινδυνεύων ὧν σὺ
D λέγεις, πονηρός τίς με ἔσται ὁ εἰσάγων· οὐδεὶς γὰρ ἂν χρηστὸς μὴ
ἀδικοῦντ' ἄνθρωπον εἰσαγάγοι. καὶ οὐδέν γ' ἄτοπον, εἰ ἀποθάνοιμι·
βούλει σοι εἴπω διότι ταῦτα προσδοκῶ; — ΚΑΛ. Πάνυ γε. —
ΣΩ. Οἶμαι μετ' ὀλίγων Ἀθηναίων, ἵνα μὴ εἴπω μόνος, ἐπιχειρεῖν
τῇ ὡς ἀληθῶς πολιτικῇ τέχνῃ καὶ πράττειν τὰ πολιτικὰ μόνος τῶν
νῦν. ἅτ' οὖν οὐ πρὸς χάριν λέγων τοὺς λόγους οὓς λέγω ἑκάστοτε,
ἀλλὰ πρὸς τὸ βέλτιστον, οὐ πρὸς τὸ ἥδιστον, καὶ οὐκ ἐθέλων ποιεῖν
E ἃ σὺ παραινεῖς, τὰ κομψὰ ταῦτα, οὐχ ἕξω ὅ τι λέγω ἐν τῷ δι-
καστηρίῳ. ὁ αὐτὸς δέ μοι ἥκει λόγος, ὅνπερ πρὸς Πῶλον ἔλεγον·
κρινοῦμαι γὰρ ὡς ἐν παιδίοις ἰατρὸς ἂν κρίνοιτο, κατηγοροῦντος ὀψο-
ποιοῦ. σκόπει γάρ, τί ἂν ἀπολογοῖτο ὁ τοιοῦτος ἄνθρωπος ἐν τούτοις
ληφθείς, εἰ αὐτοῦ κατηγοροίη τις λέγων, ὅτι Ὦ παῖδες, πολλὰ
ὑμᾶς καὶ κακὰ ὅδ' εἴργασται ἀνήρ, καὶ αὐτοὺς καὶ τοὺς νεωτάτους
ὑμῶν διαφθείρει, τέμνων τε καὶ καίων καὶ ἰσχναίνων καὶ πνίγων
522 ἀπορεῖν ποιεῖ, πικρότατα πώματα διδοὺς καὶ πεινῆν καὶ διψῆν ἀν-
αγκάζων, οὐχ ὥσπερ ἐγὼ πολλὰ καὶ ἡδέα καὶ παντοδαπὰ εὐώχουν
ὑμᾶς. — Τί ἂν οἴει ἐν τούτῳ τῷ κακῷ ἀποληφθέντα τὸν ἰατρὸν ἔχειν
εἰπεῖν; ἢ εἰ εἴποι τὴν ἀλήθειαν, ὅτι Ταῦτα πάντ' ἐγὼ ἐποίουν, ὦ
παῖδες, ὑγιεινῶς — Πόσον οἴει ἂν ἀναβοῆσαι τοὺς τοιούτους δικαστάς;
οὐ μέγα; — ΚΑΛ. Ἴσως οἴεσθαί γε χρή. — ΣΩ. Οὐκοῦν οἴει ἐν
B πάσῃ ἀπορίᾳ ἂν αὐτὸν ἔχεσθαι ὅ τι χρὴ εἰπεῖν; — ΚΑΛ. Πάνυ γε.

Socrates Calliclem refutans ejusque sententiam labefactans. Itaque respondet Socrates fieri posse, ut rapiatur in judicium: quod vero si fiat, probe se scire dicit ὅτι πονηρός τίς με ἔσται ὁ εἰσάγων. Idem interpres recte quoque vidit verba ea petita esse ex 486 B κατηγόρου τυχὼν πάνυ φαύλου καὶ μοχθηροῦ ἀποθάνοις ἄν. Vulgo ex proximis petita sunt talia additamenta. Hic igitur locus argumento sit, quanto studio versaverint Platonem antiqui lectores vel scribae, qui interpretum instar, eadem sententia ubi recurreret, supra dictorum memores, ex iis verba nonnulla adscriberent, quae deinde in textum irrepserunt. Huic simile additamentum ostendi in 516 A δῆλον ὅτι κτέ. et multa alia in superioribus, et infra ostendam ad C imprimis autem ad 525. Ceterum etiam haec pagina satis integra. Nam ὦ et Ὡς in A εἰπ. ὦ Καλλίκλεις et Ὡς κολακεύσοντ' ἄρα jam redditae auctori.

522 A Ἴσως οἴεσθαί γε χρή] In 473 A eadem dictio recte se habet. Hic autem illud ἴσως Calliclis respondentis ad sic valentem atque evidentem argumentationem, ut non assentiri Socrati non possit, ferri non posse judico. Calliclem Ἴσως — respondentem excepisset Socrates increpans hunc fere in modum: Οὐκ ἴσως, ὦ δαιμόνιε, ἀλλ' ὄντως. Haereo igitur in eo, sed medelam invenire non possum. Ad οὐ μέγα; intellige οἴει ἂν ἀναβοῆσαι τοὺς τοιούτους δικαστάς: ad quae simplex responsum οἴεσθαί γε χρή. optime se haberet. Paullo superius pro ὁπόσον οἴει recte jam reponi jusserunt πόσον οἴει. Ante οὐ μέγα et post τί ἂν ἀπολογοῖτο (in 421 E) et τί ἂν οἴει — ἔχειν εἰπεῖν (in 422 A) omnino πόσον requiritur. Tandem in B ἐάν τέ τίς με ἢ νεωτέρους φῇ excidisse articulum τοὺς post ἢ monitus nemo non facile concedet.

LXXVIII. ΣΩ. Τοιοῦτον μέντοι κἀγὼ οἶδ' ὅτι πάθος πάθοιμ' ἂν εἰσελθὼν εἰς δικαστήριον. οὔτε γὰρ ἡδονὰς ἃς ἐκπεπόρικα ἕξω αὐτοῖς λέγειν, ἃς οὗτοι εὐεργεσίας καὶ ὠφελείας νομίζουσιν, ἐγὼ δ' οὔτε τοὺς πορίζοντας ζηλῶ οὔθ' οἷς πορίζεται· ἐάν τέ τίς με ἢ (τοὺς) νεωτέρους φῇ διαφθείρειν ἀπορεῖν ποιοῦντα, ἢ τοὺς πρεσβυτέρους κακηγορεῖν λέγοντα πικροὺς λόγους ἢ ἰδίᾳ ἢ δημοσίᾳ, οὔτε τἀληθὲς ἕξω εἰπεῖν, ὅτι Δικαίως πάντα ταῦτ' ἐγὼ λέγω, καὶ πράττω τὸ C
ὑμέτερον δὴ τοῦτο, ὦ ἄνδρες δικασταὶ — οὔτ' ἄλλο οὐδέν. ὥστ' ἴσως, ὅ τι ἂν τύχω, τοῦτο πείσομαι. — ΚΑΛ. Δοκεῖ οὖν σοι, ὦ Σώκρατες, καλῶς ἔχειν ἄνθρωπος ἐν πόλει οὕτω διακείμενος καὶ ἀδύνατος ὢν ἑαυτῷ βοηθεῖν; — ΣΩ. Εἰ ἐκεῖνό γ' ἐν αὐτῷ ὑπάρχοι, ὦ Καλλίκλεις, — ὃ σὺ πολλάκις ὡμολόγησας — εἰ βεβοηθηκὼς εἴη αὑτῷ, μήτε περὶ ἀνθρώπους μήτε περὶ θεοὺς ἄδικον μηδὲν D
μήτ' εἰρηκὼς μήτ' εἰργασμένος. αὕτη γάρ τις (ἡ) βοήθεια ἑαυτῷ πολλάκις ἡμῖν ὡμολόγηται κρατίστη εἶναι. εἰ μὲν οὖν ἐμέ τις ἐξελέγχοι ταύτην τὴν βοήθειαν ἀδύνατον ὄντα ἐμαυτῷ καὶ ἄλλῳ βοηθεῖν, αἰσχυνοίμην ἂν καὶ ἐν πολλοῖς καὶ ἐν ὀλίγοις ἐξελεγχόμενος καὶ μόνος ὑπὸ μόνου, καὶ εἰ διὰ ταύτην τὴν ἀδυναμίαν ἀποθνήσκοιμι, ἀγανακτοίην ἄν· εἰ δὲ κολακικῆς ῥητορικῆς ἐνδείᾳ τελευτῴην ἔγωγε, εὖ οἶδ' ὅτι ῥᾳδίως ἴδοις ἄν με φέροντα τὸν θάνατον. αὐτὸ E
μὲν γὰρ τὸ ἀποθνήσκειν οὐδεὶς φοβεῖται, ὅστις μὴ παντάπασιν ἀλόγιστός τε καὶ ἄνανδρός ἐστι, τὸ δ' ἀδικεῖν φοβεῖται· πολλῶν γὰρ ἀδικημάτων γέμοντα τὴν ψυχὴν εἰς Ἅιδου ἀφικέσθαι πάντων ἔσχατον κακῶν ἐστιν. εἰ δὲ βούλει, σοὶ ἐγώ, ὡς τοῦθ' οὕτως ἔχει, ἐθέλω λόγον λέξαι. — ΚΑΛ. Ἀλλ' ἐπείπερ γε καὶ τἆλλ' ἐπέρανας, καὶ τοῦτο πέρανον.

LXXIX. ΣΩ. Ἄκουε δή, φασί, μάλα καλοῦ λόγου, ὃν σὺ μὲν

— C Εἰ ἐκεῖνό γ' ἐν αὐτῷ ὑπάρχοι) Vocula εἰ non est in omnibus codicibus. Interpretum alius legit Ἐκεῖνό γ' εἰ αὐτῷ ὑπάρχοι. alius Εἰ ἐκεῖνό γ' αὐτῷ ὑπάρχοι. Recte quidem improbant constructionem τοῦ ὑπάρχειν cum ἐν. Verum unde illud ἐν? Scribae addiderunt. Sed quo tandem consilio? Suspicor igitur scriptum fuisse ἓν, et hinc ἐν lectum esse, quod cum ἐκεῖνο quum non concineret, una cum γε transpositum sit ante αὐτῷ. Antea putabam Εἰ ἐκεῖνό γ' ἓν corrigendum esse. Sed cum tali pronomine ἓν non ita construunt. Itaque legerim Εἰ ἕν γ' ἐκεῖνο αὐτῷ ὑπάρχοι, sicuti est apud Aristoph. Thesm. 756. Ὕπεχ' αὐτὸ, χαριοῦμαι γὰρ ἕν γε τοῦτό σοι. Porro in D αὕτη γάρ τις βοήθεια — ὡμολόγηται κρατίστη εἶναι: scribarum negligentia omissus articulus ἡ ante βοήθεια. Vel paullo superiora exemplum suppeditant in 517 C διττὴ αὕτη τις ἡ πραγματεία ἐστί. In hunc locum subsequentibus ἀδύνατον ὄντα ἐμαυτῷ καὶ ἄλλῳ βοηθεῖν. voces καὶ ἄλλῳ adscripsit aliquis memor dictorum in 508 et 509, ubi alia argumentationis ratio. Hic tandem omnino de se solo loquitur Socrates. Quod igitur ibi in universum dicitur ex. gr. 508 B κατηγορητέον — καὶ ἑαυτοῦ καὶ υἱέος καὶ ἑταίρου ἐάν τι ἀδικῇ et in C, et in 509 B βοήθεια ἑαυτῷ et φίλοις et οἰκείοις, ex his scribae duas voces illas καὶ ἄλλῳ hic flagitari confecerunt.

523 ἡγήσει μῦθον, ὡς ἐγῷμαι, ἐγὼ δὲ λόγον· ὡς ἀληθῆ γὰρ ὄντα σοι λέξω ἃ μέλλω λέγειν. Ὥσπερ γὰρ Ὅμηρος λέγει, διενείμαντο τὴν ἀρχὴν ὁ Ζεὺς καὶ ὁ Ποσειδῶν καὶ ὁ Πλούτων, ἐπειδὴ παρὰ τοῦ πατρὸς παρέλαβον. ἦν οὖν νόμος ὅδε περὶ ἀνθρώπων ἐπὶ Κρόνου, καὶ ἀεὶ καὶ νῦν ἔτι ἔστιν ἐν θεοῖς, τῶν ἀνθρώπων τὸν μὲν δικαίως τὸν
B βίον διελθόντα καὶ ὁσίως, ἐπειδὰν τελευτήσῃ, ἐς μακάρων νήσους ἀπιόντ' οἰκεῖν ἐν πάσῃ εὐδαιμονίᾳ ἐκτὸς κακῶν, τὸν δ' ἀδίκως καὶ ἀθέως εἰς τὸ τῆς τίσεώς τε καὶ δίκης δεσμωτήριον, ὃ δὴ τάρταρον καλοῦσιν, ἰέναι. τούτων δὲ δικασταὶ ἐπὶ Κρόνου καὶ ἔτι νεωστὶ τοῦ Διὸς τὴν ἀρχὴν ἔχοντος ζῶντες ἦσαν ζώντων, ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ δικάζοντες, ᾗ μέλλοιεν τελευτᾶν. κακῶς οὖν αἱ δίκαι ἐκρίνοντο. ὅ τ' οὖν Πλούτων καὶ οἱ ἐπιμεληταὶ οἱ ἐκ μακάρων νήσων ἰόντες ἔλεγον πρὸς
C τὸν Δία, ὅτι φοιτῷέν σφιν ἄνθρωποι ἑκατέρωσε ἀνάξιοι. εἶπεν οὖν ὁ Ζεύς, Ἀλλ' ἐγώ, ἔφη, παύσω τοῦτο γιγνόμενον. νῦν μὲν γὰρ κακῶς αἱ δίκαι δικάζονται. ἀμπεχόμενοι γάρ, ἔφη, οἱ κρινόμενοι κρίνονται· ζῶντες γὰρ κρίνονται. πολλοὶ οὖν, ἦ δ' ὅς, ψυχὰς πονηρὰς ἔχοντες ἠμφιεσμένοι εἰσὶ σώματά τε καλὰ καὶ γένη καὶ πλούτους, κἀπειδὰν ἡ κρίσις ᾖ, ἔρχονται αὐτοῖς πολλοὶ μάρτυρες μαρτυρήσοντες, ὡς δικαίως βεβιώκασιν. οἱ οὖν δικασταὶ ὑπό τε τούτων
D ἐκπλήττονται, καὶ ἅμα καὶ αὐτοὶ ἀμπεχόμενοι δικάζουσι, πρὸ τῆς ψυχῆς τῆς αὑτῶν ὀφθαλμοὺς καὶ ὦτα καὶ ὅλον τὸ σῶμα προκεκαλυμμένοι. ταῦτα δὴ αὐτοῖς πάντ' ἐπίπροσθεν γίγνεται, καὶ τὰ αὑτῶν ἀμφιέσματα καὶ τὰ τῶν κρινομένων. πρῶτον μὲν οὖν, ἔφη, παυστέον ἐστὶ προειδότας αὐτοὺς τὸν θάνατον· νῦν μὲν γὰρ προίσασι. τοῦτο μὲν οὖν καὶ δὴ εἴρηται τῷ Προμηθεῖ ὅπως ἂν παύσῃ αὐτῶν.

523 A *νόμος — ἔστιν ἐν θεοῖς*] Merito offenditur in vocibus *ἐν θεοῖς*. Quam vero ob causam aut quo consilio scribae eas addiderunt? Non liquet, opinor. Itaque praestat et tutius est aliam quamdam vocem reponere quam eas ejicere. Non insuetum est perfectum participii *καθεστώς* (i. e. quae viget, non obsolevit), obvium saltem cum *νόμος* et apud Platonem et apud Aristophanem. Si quis igitur ex *-ν ἐν θεοῖς* faceret unam vocem *καθεστὼς*, mihi quidem haec medela magis placeret quam abjectio. Haec prima pagina mythi a Socrate relati multo integrior quam reliquae. Quaedam tamen monere fortasse operae pretium. In B *ἀδίκως καὶ ἀθέως* legitur, quod etiam in 481 A occurrit. Vulgo tamen *τὸ ἀδίκως καὶ ἀνοσίως* opponitur *τῷ δικαίως καὶ ὁσίως*. Porro non intelligo cur in C sit *σφὶν* pro *σφισίν*. In E *τοῦτο — εἴρηται — ὅπως ἂν παύσῃ αὐτῶν*. Graecum est *παύειν τινά τινος*. Ergo pro *αὐτῶν* fuit *αὐτούς*. Ibidem ad *ἐξαίφνης ἀποθανόντος* progressi interpretes nescio quam vim *τῷ ἐξαίφνης* affingunt. Efficitur tamen ex hoc loco quam clarissime *τὸ ἐξαίφνης ἀποθανόντος* brevius exprimere *τὸ μὴ προειδότος τὸν θάνατον ἀποθανόντος* Tandem ecquis ferat *τὴν ψυχὴν θεωροῦντα — ἔρημον — καὶ καταλιπόντα*. Post *κριτὴν θεωροῦντα* deinde *καταλιπόντα* audiens necessario etiam hoc participium cogitatione ad *κριτὴν* refert. Sic ruit grammaticus tenor linguae, quales sunt Graeca et Latina. Scribae fortasse *ἔρημον* masculini generis esse rati dormitantes ex *καταλιποῦσαν* fecerunt *καταλιπόντα*.

ἔπειτα γυμνοὺς κριτέον ἁπάντων τούτων· τεθνεῶτας γὰρ δεῖ κρίνε- E
σθαι. καὶ τὸν κριτὴν δεῖ γυμνὸν εἶναι, τεθνεῶτα, αὐτῇ τῇ ψυχῇ
αὐτὴν τὴν ψυχὴν θεωροῦντα ἐξαίφνης ἀποθανόντος ἑκάστου, ἔρημον
πάντων τῶν συγγενῶν καὶ καταλιπόντα ἐπὶ τῆς γῆς πάντ' ἐκεῖνον τὸν
κόσμον, ἵνα δικαία ἡ κρίσις ᾖ. ἐγὼ μὲν οὖν ταῦτ' ἐγνωκὼς πρότερος
ἢ ὑμεῖς ἐποιησάμην δικαστὰς υἱεῖς ἐμαυτοῦ, δύο μὲν ἐκ τῆς Ἀσίας,
Μίνω τε καὶ Ῥαδάμανθυν, ἕνα δ' ἐκ τῆς Εὐρώπης, Αἰακόν. οὗτοι 524
οὖν, ἐπειδὰν τελευτήσωσι, δικάσουσιν ἐν τῷ λειμῶνι, ἐν τῇ τριόδῳ,
ἐξ ἧς φέρετον τὼ ὁδώ, ἡ μὲν εἰς μακάρων νήσους, ἡ δ' εἰς τάρ-
ταρον. καὶ τοὺς μὲν ἐκ τῆς Ἀσίας Ῥαδάμανθυς κρινεῖ, τοὺς δ' ἐκ
τῆς Εὐρώπης Αἰακός· Μίνῳ δὲ πρεσβεῖα δώσω ἐπιδιακρίνειν, ἐὰν
ἀπορῆτόν τι τὼ ἑτέρω, ἵν' ὡς δικαιοτάτη ἡ κρίσις ᾖ περὶ τῆς πορείας
τοῖς ἀνθρώποις.

LXXX. Ταῦτ' ἔστιν, ὦ Καλλίκλεις, ἃ ἐγὼ ἀκηκοὼς πιστεύω
ἀληθῆ εἶναι· καὶ ἐκ τούτων τῶν λόγων τοιόνδε τι λογίζομαι συμ- B
βαίνειν. Ὁ θάνατος τυγχάνει ὤν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, οὐδὲν ἄλλο ἢ δυεῖν
πραγμάτοιν διάλυσις, τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος, ἀπ' ἀλλήλοιν.
ἐπειδὰν δὲ διαλυθῆτον ἄρ' ἀπ' ἀλλήλοιν, οὐ πολὺ ἧττον ἑκάτερον αὐτοῖν
ἔχει τὴν ἕξιν τὴν αὑτοῦ ἥνπερ καὶ ὅτ' ἔζη ἄνθρωπος, τό τε σῶμα τὴν
φύσιν τὴν αὑτοῦ καὶ τὰ θεραπεύματα καὶ τὰ παθήματα, ἔνδηλα πάντα·

524 B ἥνπερ καὶ ὅτε — τό τε σῶμα τὴν φύσιν] Eximius hujus dialogi colophon Socraticae philosophiae luminibus nitens misere offusus innumeris insulsissimis interpolationibus. Jam hic primum quasi in luto haeremus. Sed feliciter apud Eusebium superest καὶ ante τὴν φύσιν, in qua vocula vestigium superest genuinae scriptionis. Nimirum locus sic scriptus fuit: ὁ θάνατος τυγχάνει ὤν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, οὐδὲν ἄλλο ἢ δυεῖν πραγμάτοιν διάλυσις, τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος, ἀπ' ἀλλήλοιν. ἐπειδὰν δὲ διαλυθῆτον ἄρ' ἀπ' ἀλλήλοιν οὐ πολὺ ἧττον ἑκάτερον αὐτοῖν ἔχει τὴν ἕξιν τὴν αὑτοῦ καὶ τὴν φύσιν τὴν αὑτοῦ καὶ τὰ θεραπεύματα καὶ τὰ παθήματα ἔνδηλα πάντα· οἷον κτέ. Num quidquam in his desideras? Interpone inter τὴν ἕξιν τὴν αὑτοῦ et καὶ τὴν φύσιν haec: ἥνπερ καὶ ὅτ' ἔζη ἄνθρωπος τό τε σῶμα. et scirpum paraveris, in quo nodum quaerant interpretes. Ad ἥνπερ enim intelligunt ἢ τὸ ἕτερον post comparativum ἧττον. Tum, ne plura referam, Socratem dixisse το τε σῶμα arbitrantur dicturum scilicet ἥ τε ψυχή, sed oblitum mox hujus structurae. Talibus nugis conantur subvenire misere turbatis. Scriba manifesto ad comparativum ἧττον cogitatione explenda indicare conans adscripsit ἥνπερ καὶ ὅτ' ἔζη ἄνθρωπος, videns autem additamento interruptam constructionem, resarcire et contexere eam conans verba τό τε σῶμα addidit, et καὶ omisit. Sed male rem gessit. Debebat intelligere ex. gr. ἢ πρὶν διελυθήτην. Quis autem, si haec adscripta essent, auctore nostro dignum locum judicaret? Abjice igitur omnia ista et lege locum, uti supra scripsi. Confer cum eo alterum locum οὐ πολὺ ἧττον foedatum ab interpolatore in Protag. 323 D. Fortasse alterum hunc diligenter contemplatus facilius de illo in Gorgia idem mecum senties. Scribam eum iterum omissa interpolatione sic: Ὅσα — ἡγοῦνται ἀλλήλους κακὰ ἔχειν ἄνθρωποι φύσει ἢ τύχῃ, οὐδεὶς θυμοῦται οὐδὲ νουθετεῖ οὐδὲ διδάσκει οὐδὲ κολάζει τοὺς ταῦτ' ἔχοντας· οἷον τοὺς αἰσχροὺς ἢ σμικροὺς ἢ ἀσθενεῖς τίς οὕτως ἀνόητος ὥστε τι τούτων ἐπιχειρεῖν ποιεῖν; Omnia, opinor, planissima. Insere nunc post ἔχοντας haec ἵνα μὴ τοιοῦτοι ὦσιν, ἀλλ' ἐλεοῦσιν, et vide quam horrida fiat oratio hoc additamento. Omnis dictionis nitor eo exstinguitur, ruit sen-

C οἷον εἴ τινος μέγα ἦν τὸ σῶμα φύσει ἢ τροφῇ ἢ ἀμφότερα ζῶντος,
τούτου κἀπειδὰν ἀποθάνῃ ὁ νεκρὸς μέγας, καὶ εἰ παχὺ, παχὺς
⌈καὶ ἀποθανόντος⌉, καὶ τἆλλ' οὕτως. καὶ εἰ αὖ ἐπετήδευε κομᾶν,
κομήτης τούτου καὶ ὁ νεκρός. μαστιγίας αὖ εἴ τις ἦν καὶ ἴχνη εἶχε
τῶν πληγῶν οὐλὰς ἐν τῷ σώματι ἢ ὑπὸ μαστίγων ἢ ἄλλων τραυ-
μάτων ζῶν, καὶ τεθνεῶτος τὸ σῶμα ἔστιν ἰδεῖν ταῦτ' ἔχον. κατεα-
γότα τ' εἴ του ἦν μέλη ἢ διεστραμμένα ζῶντος, καὶ τεθνεῶτος
D ταὐτὰ ταῦτ' ἔνδηλα. ἑνὶ δὲ λόγῳ, οἷος εἶναι παρεσκεύαστο τὸ σῶμα
ζῶν, ἔνδηλα ταῦτα καὶ τελευτήσαντος ἢ πάντ' ἢ τὰ πολλὰ ἐπί

tentia. Interpolator a τοὺς ταῦτ' ἔχοντας prolabitur ad τοιοῦτοι, cum οἷοι cogitandi sint auctor postea demum dicturus sit exemplis utens Quae porro structurae ratio οὐδεὶς — κολάζει —, ἀλλ' ἐλεοῦσιν? Praeterea ipsum νουθετεῖν, ipsum κολάζειν τοὺς αἰσχροὺς per se omnino stolidissimum, quemadmodum auctor deinde ipse dicit. Atque nihil quidquam attinet monere tales ab hominibus ἐλεεῖσθαι. His simili interpolatione vide interruptam orationem in Apol. Socr. 34 C, ubi verba ἵνα ὅτι μάλιστα ἐλεηθείη non esse Platonis alia occasione ostendi.

— C καὶ εἰ παχὺς (sic vulgo), παχὺς καὶ ἀποθανόντος] Oculis vix credere possum neminem quidquam horum sollicitasse videns. Elliptice dicta plene scribam, ut ipse facilius judices. Quod fiat hoc modo: καὶ εἴ (τινος) παχὺ (ἦν τὸ σῶμα — ζῶντος, τούτου κἀπειδὰν ἀποθάνῃ ὁ νεκρὸς) παχὺς, καὶ τἆλλα οὕτως. Ab omni enim grammatica ratione alhorret ea accipere ut brevius scripta pro καὶ εἴ τις παχὺς ἦν ζῶν, τούτου παχὺς ὁ νεκρὸς καὶ ἀποθανόντος. Verum harum rerum peritos nunc potius non pluribus moror et progredior ad proxima καὶ εἰ αὖ ἐπετήδευε κομᾶν, κομήτης τούτου καὶ ὁ νεκρός. Scribae propter prius illud παχὺς in errorem inducti et fortasse τις ad id intelligentes, aut ὁ, quod revera unus scripsit ante παχὺς prius, eandem constructionem in his continuari opinati omiserunt τις, quod flagitatur ante αὖ. Nam luce clarius est, verba καὶ τἆλλ' οὕτως claudere praecedentem periodum.

Ibid. καὶ ἴχνη εἶχε τῶν πληγῶν οὐλάς] Haec misere torta satis torserunt criticos. Pars οὐλὰς, alii ἴχνη τῶν πληγῶν pro glossemate habent. Videntes verum vertigine tamen quodam ab eo abripiuntur. Unus eorum diserte dicit stare posse οὐλὰς una cum ἴχνη τῶν πληγῶν, nec non diserte posse omitti ἴχνη τῶν πληγῶν. Genuina collocatio verborum a scribis mutata aciem mentis et audaciam criticis excussisse mihi videtur. Legas igitur verba sic collocata: μαστιγίας αὖ εἴ τις ἦν καὶ οὐλὰς εἶχεν ἐν τῷ σώματι ἢ ὑπὸ μαστίγων ἢ ὑπ' ἄλλων τραυμάτων ζῶν, καὶ τεθνεῶτος τὸ σῶμα ἔστιν ἰδεῖν ταῦτ' ἔχον. Recepi ὑπ' ex codice. Num dubitas, an sic scripta praeferenda sint iis, quae scribae nobis tradiderunt. Si adhuc dubitas, verte locum sic: *aut si quis verbero erat et vestigia habebat plagarum cicatrices in corpore, sive flagellis caedi sive alio modo vivus vulnerari solitus, hujus etiam mortui corpus ea habens videmus.* Jam neminem fore certo scio, qui ferat vel in Latine scriptis verba *vestigia plagarum vel vulnerum* simul cum *cicatrices* in una eademque dictione deinceps concurrentia. Est hoc peccare in primam linguae legem, si qua speciale nomen rei habet unum pro duobus pluribusve nominibus quibus eadem res significatur, et illud unum et haec plura simul in eadem dictione usurpare. Praeterea hoc affero argumentum. In ἴχνη — τῶν πληγῶν articulus ille τῶν prodit linguae inscium. Tandem legas quae in E κατεῖδεν διαμεμαστιγωμένην (ψυχὴν) καὶ οὐλῶν μεστὴν ὑπ' ἐπιορκίας καὶ ἀδικίας, ἃ ἑκάστη πρᾶξις αὐτοῦ ἐξωμόρξατο εἰς τὴν ψυχήν. et attendas illud ἃ, quod respicit ad οὐλῶν, ne forte mihi objicias in C ταῦτα non referri posse ad οὐλάς. Quod moneo, quamquam neutrum plurale prominis ita usurpatum sexcentis locis recurrit. Abjicienda igitur et ἴχνη et τῶν πληγῶν, et transponendum οὐλὰς ante εἶχεν. Itaque contendo, si non mutato verborum ordine scribae scripsissent καὶ οὐλὰς ἴχνη τῶν πληγῶν εἶχεν ἐν τῷ σώματι primum quemque criticorum, loco diligenter lecto, abjecturum fuisse illa ἴχνη τῶν πληγῶν.

τινα χρόνον. ταὐτὸν δή μοι δοκεῖ τοῦτ' ἄρα καὶ περὶ τὴν ψυχὴν εἶναι, ὦ Καλλίκλεις· ἔνδηλα πάντ' ἐστὶν ἐν τῇ ψυχῇ, ἐπειδὰν γυμνωθῇ τοῦ σώματος, τά τε τῆς φύσεως καὶ τὰ παθήματα ἃ διὰ τὴν ἐπιτήδευσιν ἑκάστου πράγματος ἔσχεν ἐν τῇ ψυχῇ ἄνθρωπος. Ἐπειδὰν οὖν ἀφίκωνται παρὰ τὸν δικαστὴν, οἱ μὲν ἐκ τῆς Ἀσίας παρὰ τὸν Ῥαδάμανθυν, ὁ Ῥαδάμανθυς ἐκείνους ἐπιστήσας E
θεᾶται ἑκάστου τὴν ψυχὴν, οὐκ εἰδὼς ὅτου ἐστὶν, ἀλλὰ πολλάκις τοῦ μεγάλου βασιλέως ἐπιλαβόμενος ἢ ἄλλου ὁτουοῦν βασιλέως ἢ δυνάστου κατεῖδεν οὐδὲν ὑγιὲς ὂν τῆς ψυχῆς, ἀλλὰ διαμεμαστιγωμένην καὶ οὐλῶν μεστὴν ὑπ' ἐπιορκιῶν καὶ ἀδικίας, ἃ ἑκάστη ἡ 525
πρᾶξις αὐτοῦ ἐξωμόρξατο εἰς τὴν ψυχὴν, καὶ πάντα σκολιὰ ὑπὸ ψεύδους καὶ ἀλαζονείας καὶ οὐδὲν εὐθὺ διὰ τὸ ἄνευ ἀληθείας τεθράφθαι· καὶ ὑπ' ἐξουσίας καὶ τρυφῆς καὶ ὕβρεως καὶ ἀκρατίας τῶν πράξεων ἀσυμμετρίας τε καὶ αἰσχρότητος γέμουσαν τὴν ψυχὴν εἶδεν. ἰδὼν δ' ἀτίμως ταύτην ἀπέπεμψεν εὐθὺ τῆς φρουρᾶς, οἷ μέλλει ἐλθοῦσα ἀνατλῆναι τὰ προσήκοντα πάθη.

LXXXI. Προσήκει δὲ παντὶ τῷ ἐν τιμωρίᾳ ὄντι ὑπ' ἄλλου ὀρθῶς B

— E τὸν Ῥαδάμανθυν, ὁ Ῥαδάμανθυς] Non mirarer, si quis interpretum in hac nominis proprii repetitione gravem quamdam ac solemnem dicendi rationem sibi deprehendisse videretur. Aliud huic simile finge alicubi scriptum ex. gr. — τὸν Σωκράτην, ὁ Σωκράτης —, ut sentias, quod iterum iterumque legentes ita scriptum non improbamus, id tamen exempla circumspicientibus et serio grammaticam consulentibus placere non posse. Si Plato scripsisset simpliciter ex. gr. haec: Ἐπειδὰν οὖν οἱ ἐκ τῆς Ἀσίας ἀφίκωνται παρὰ τὸν δικαστὴν, τὸν Ῥαδάμανθυν, οὗτος αὐτοὺς ἐπιστήσας θεᾶται ἑκάστου τὴν ψυχήν. nihil mihi in iis offensioni esset. Verum enim vero superest μὲν ante ἐκ τῆς Ἀσίας et ἐκείνους ante ἐπιστήσας, utrumque pariter intactum ac genuinae scriptionis vestigium, Accedit, quod describentis oculi facillime transiliunt voces inter nomina propria interpositas praesertim ubi idem nomen repetitur. Quae cum ita sint, inter utrumque nomen proprium recipienda quae servavit codex, ex quo uno plura aliis locis in editiones recepta sunt. Atque totus locus sic scribendus: Ἐπειδὰν οὖν ἀφίκωνται παρὰ τὸν δικαστὴν, οἱ μὲν ἐκ τῆς Ἀσίας παρὰ τὸν Ῥαδάμανθυν, οἱ δ' ἐκ τῆς Εὐρώπης παρὰ τὸν Αἰακὸν, ὁ Ῥαδάμανθυς ἐκείνους ἐπιστήσας θεᾶται ἑκάστου τὴν ψυχήν. i. e. — *Rhadamanthus illos* (i. e. τοὺς ἐκ τῆς Ἀσίας) *sistit et cujusque animum intuetur.* Utrique enim ad judicium adeuntes in unam eandemque triodum coguntur, in qua Aeacus hos, Rhadamanthus illos consistere facit, ut eos judicet, uti conficitur ex 524 A. Confer etiam 526 B, ubi per idem pronomen iidem significantur οἱ ἐκ τῆς Ἀσίας ἀφικόμενοι. Sed vide quae ad hunc locum annotavi. — In E ἃ ἑκάστου ἡ πρᾶξις αὐτοῦ ἐξωμόρξατο codices habent aut ἑκάστη ἡ aut ἑκάστου ἡ aut ἑκάστῳ ἡ. Nos scribemus solum ἑκάστη omisso ἡ, cum auctor nunc faciat judicem inspicientem βασιλέως aut δικάστου animum. Ex uno ἑκάστη lectiones illae ortae. Sic in C est ἑκάστου πράγματος.

525 B—C Προσήκει δὲ παντὶ — θεάματα καὶ νουθετήματα] En locum, in quo revera illud a Platone decantatum τὸ τοῦ Ἀναξαγόρου, ὁμοῦ πάντα χρήματα. Omnia ἄνω κάτω τεταραγμένα. Nitidissime dicta a Platone scribae crassa Minerva retexta hic illic interposuerunt nullam constructionis rationem habentes. Platonem enim omnia ea sic scripsisse contendo: Προσήκει δὲ παντὶ τῷ ἐν τιμωρίᾳ ὄντι ἢ ὀνίνασθαι ἢ παραδείγματι ἄλλοις γίγνεσθαι. εἰσὶ δ' οἱ μὲν ὠφελούμενοι οἳ ἂν ἰάσιμα ἁμαρτήματα ἁμάρτωσιν· οἳ δ' ἂν τὰ ἔσχατα ἀδικήσωσι καὶ διὰ τὰ τοιαῦτα ἁμαρτήματα ἀνίατοι γένωνται, ἐκ τούτων

τιμωρουμένῳ ἢ βελτίονι γίγνεσθαι καὶ ὀνίνασθαι ἢ παραδείγματι ⌈τοῖς⌉ ἄλλοις γίγνεσθαι, ἵν᾽ ἄλλοι ὁρῶντες πάσχονθ᾽ ἃ ἂν πάσχῃ τὰ παραδείγματα γίγνεται· καὶ οὗτοι αὐτοὶ μὲν οὐκέτι ὀνίνανται οὐδὲν, ἅτ᾽ ἀνίατοι ὄντες, ἄλλοι δ᾽ ὀνίνανται, οἱ τούτους ὁρῶντες διὰ τὰς ἁμαρτίας τὰ μέγιστα καὶ ὀδυνηρότατα καὶ φοβερώτατα πάθη πάσχοντας τὸν ἀεὶ χρόνον, ἀτεχνῶς παραδείγματα ἀνηρτημένους ἐκεῖ ἐν Ἅιδου ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ, τοῖς ἀεὶ τῶν ἀδίκων ἀφικνουμένοις θεάματα καὶ νουθετήματα.

Haec demum omnibus partibus plana et luculenta. Quam vellem ea ita sine ullo commentario tradere. Verum in gratiam eorum, qui in Platone non volutati sunt, de singulis dicendum. Post *τῷ ἐν τιμωρίᾳ ὄντι* adscripserunt verba *ὑπ᾽ ἄλλου ὀρθῶς τιμωρουμένῳ*, et inter *ἢ* et *ὀνίνασθαι* interposuerunt verba *βελτίονι γίγνεσθαι καί*. Illa *ὑπ᾽ — τιμωρουμένῳ* cur adscripserint, causa est in promtu. Rarius usurpata, qualia *ἐν τιμωρίᾳ εἶναι, ἐν διαβολῇ εἶναι, ἐν αἰτίᾳ — ἐν δεσμοῖς* etc. *εἶναι* pro passivis verborum *τιμωρεῖν, διαβάλλειν*, etc. Quod ignorans scriba addidit verba illa. Sed quam ineptum praeterea illud *ὑπ᾽ ἄλλου*, istud *ὀρθῶς*! ne quid dicam de *βελτίονι γίγνεσθαι — παραδείγματι γίγνεσθαι*. Operae pretium est horum omnium originem indagare. Nimirum totum hoc additamentum est fragmentum argumentationis quae legitur 476—478. Est argumentationis Socraticae fragmentum, dico, idque omni nitore Platonico carens, cujus auctor ne intellexit quidem ipsam argumentationem. De quibus persuasum ut tibi sit legas 476 E, ubi fere eadem verba obvia. Paucis referre conabor quod ibi legitur. Socrates demonstraturus *τὸν δίκην διδόντα βελτίω γίγνεσθαι κακίας* (= *ἀδικίας*) *ἀπαλλαττόμενον*, inde ab E ita argumentatur: *ὁ δίκην διδοὺς ὑπ᾽ ὀρθῶς* (= *δικαίως*) *κολάζοντος δίκαια = καλὰ = ἀγαθὰ πάσχει: ὁ ἀγαθὰ πάσχων ὠφελεῖται: ὁ ὠφελούμενος* hanc *ὠφέλειαν ὠφελεῖται, βελτίων τὴν ψυχὴν γίγνεται*. Unde efficitur hoc: *ὁ δίκην διδοὺς ὠφελεῖται* sive *ὀνίναται* prorsus = *ὁ δίκην διδοὺς βελτίων γίγνεται*. Quod bene tenentes, ubicunque Gorgiae deinde legimus *δίκην διδόντα ὠφελεῖσθαι* sive *ὀνίνασθαι*, id significare videmus *δίκην διδόντα βελτίονα γίγνεσθαι*. Ex. gr. in proximis in B *αὐτοὶ μὲν οὐκέτι ὀνίνανται — ἄλλοι δ᾽ ὀνίνανται*. i. e. utrumque = *βελτίους γίγνονται*. Quod hic non adscripsisse sciolos satis mirari non possum. Jam, ut de ultima additamenti parte primum videamus, luce clarius apparet, opinor, sciolum scribentem *ἢ βελτίονι γίγνεσθαι καὶ ὀνίνασθαι* fraudem commisisse neque hilum quidem percepisse subtilitatis disserendi et dicendi Platonicae. Certo igitur certius abjicienda illa *βελτίονι γίγνεσθαι καί*: atque his tribus verbis abjectis non amplius aures offendent illa *γίγνεσθαι — γίγνεσθαι*. Nunc primam additamenti partem *ὑπ᾽ ἄλλου ὀρθῶς τιμωρουμένῳ* exploremus cum his verbis comparantes argumentationes, unde ea petita sunt. Brevitatis igitur causa inspicias 476 E et 478 A, ubi leguntur ipsa illa verba *ὑπὸ κολάζοντος* (= *τιμωροῦντος*) et *ὀρθῶς κολάζων*, suo loco omnia optime se habentia, sed quibus ineptissime usus est sciolus scribens *ὑπ᾽ ἄλλου* et passivum *τιμωρουμένῳ* cum adverbio *ὀρθῶς*. Nam fac, aliquid hujusmodi additum flagitari, id sic saltem se habere deberet: *Προσήκει δὲ παντὶ τῷ ἐν τιμωρίᾳ ὄντι ὑπ᾽ ὀρθῶς τιμωροῦντος*, vel potius brevissime sic: *Προσήκει δὲ παντὶ τῷ δικαίως τιμωρουμένῳ*. Quae bonae demum essent enunciationes. Nusquam enim invenies *ὀρθῶς τιμωροῦμαι, ὀρθῶς δίκην δίδωμι, ὀρθῶς κολάζομαι*, sed ubique *ὀρθῶς* cum activo *τιμωρῶ, κολάζω*, cum passivo autem eorum *δικαίως*. At vero prorsus nihil horum flagitatur. Itaque omnes hae sordes eluendae.

In proximis ante *ἄλλοις γίγνεσθαι* nonnulli *ἀπογραφεῖς* jam recte *τοὺς* non inseruerunt. Porro post *ἄλλοις γίγνεσθαι* in omnibus codicibus et editionibus haec leguntur: *ἵν᾽ ἄλλοι ὁρῶντες πάσχοντα ἃ ἂν πάσχῃ φοβούμενοι βελτίους γίγνωνται*. Quae utinam vel unus scribarum omisisset. Num usquam horridiora legisti? Illa *ἃ ἂν πάσχῃ* nec non illud *φοβούμενοι* quam intolerabilia! Quantum interest inter haec et eadem sed luculentissime scripta a Platone in C *ὁρῶντες — τὰ μέγιστα — καὶ φοβερώτατα πάθη πάσχοντας — νουθετήματα*. Est praepostera et insulsissima annotatio scioli ex ultimis iis in C confecta. Quod ut tibi quasi digito monstrare possim, ordinem totius loci explicabo. Est is hujusmodi. Primum dicit auctor in universum duplex genus esse ad Orcum demissorum, alteros qui utilitatem percipiant i. e. meliores fiant, alteros qui exemplo sint aliis (*Προσήκει — ἄλλοις γίγνεσθαι*). Secundo qui-

φοβούμενοι βελτίους γίγνωνται. εἰσὶ δ' οἱ μὲν ὠφελούμενοί τε καὶ δίκην διδόντες ὑπὸ θεῶν τε καὶ ἀνθρώπων οὗτοι, οἳ ἂν ἰάσιμα ἁμαρτήματα ἁμάρτωσιν· ὅμως δὲ δι' ἀλγηδόνων καὶ ὀδυνῶν γίγνεται αὐτοῖς ἡ ὠφέλεια καὶ ἐνθάδε καὶ ἐν Ἅιδου· οὐ γὰρ οἷόν τ' ἄλλως ἀδικίας ἀπαλλάττεσθαι· οἳ δ' ἂν τὰ ἔσχατα ἀδικήσωσι καὶ διὰ τὰ C *τοιαῦτ' ἀδικήματα ἀνίατοι γένωνται, ἐκ τούτων τὰ παραδείγματα γίγνεται, καὶ οὗτοι αὐτοὶ μὲν οὐκέτ' ὀνίνανται οὐδέν, ἅτ' ἀνίατοι*

nam sint illi, qui utilitatem percipiant (*εἰσὶ δ' οἱ μὲν ὠφελούμενοι — ἁμάρτωσι*). Tertio quinam sint, qui exempla aliis fiant (*οἳ δ' ἂν τὰ ἔσχατα — τὰ παραδείγματα γίγνεται*). Quibus praemissis tandem ostendit, quomodo hi exempla sint aliis (*καὶ οὗτοι αὐτοὶ — νουθετήματα*). Jam fateris nunc, opinor, jejuna illa *ἵν' ἄλλοι — βελτίους γίγνωνται* interrumpere ordinem, et ex ultima parte petita esse, ubi suo loco posita non tantum nihil habent quod offendat, sed eximium specimen sunt dictionis Platonicae. Pergo ad sequentia.

Post *οἱ μὲν ὠφελούμενοι* invexerunt haec verba *τε καὶ δίκην διδόντες ὑπὸ θεῶν τε καὶ ἀνθρώπων οὗτοι*. Tum post eandem partem absolutam, i. e. post secundam trium, quas modo descripsimus, addiderunt *ὅμως* (!) *δὲ δι' ἀλγηδόνων καὶ ὀδυνῶν γίγνεται αὐτοῖς ἡ ὠφέλεια καὶ ἐνθάδε* (!) *καὶ ἐν Ἅιδου. οὐ γὰρ οἷόν τε ἄλλως ἀδικίας ἀπαλλάτεσθαι*. Quis dicat, quid haec omnia sibi velint, praesertim illa *δίκην διδόντες — ὑπ' ἀνθρώπων*, quid illud *ὅμως*, istud *ἐνθάδε*? Ad *οἱ μὲν ὠφελούμενοι* per se ex superioribus intelligendum *ἐν τιμωρίᾳ ὄντες* sive *δίκην διδόντες*. Nam si quis, postquam in universum dixit *προσήκει τῷ ἐν τιμωρίᾳ ὄντι* sive *δίκην διδόντι ὀνίνασθαι* sive *ὠφελεῖσθαι*, ita pergit *εἰσί δ' οἱ μὲν ὠφελούμενοι οἳ ἂν ἰάσιμα ἁμαρτήματα ἁμάρτωσι*, non significare per *εἰσὶ δ' οἱ μὲν ὠφελούμενοι* non potest hoc *εἰσὶ δ' οἱ ἐν τιμωρίᾳ ὄντες ὠφελούμενοι*. At vero *ἐν τιμωρίᾳ ὄντες* = *δίκην διδόντες*. Praeterea non recte expressit sciolus quod voluit. Voluit dicere ***sunt illi, qui utilitatem percipiunt poenas luendo***. Hoc enim Graece est *εἰσὶ δ' οἱ ὠφελούμενοι δίκην διδόντες*, non interruptum per *τε καί*, sicuti Plato non tantum in Gorgia, sed etiam alibi ex. gr. Rep. 380 B, ubi orationem varians bis idem habet *ὀνίναντο κολαζόμενοι — διδόντες δίκην ὠφελοῦντο*. Igitur illa *τε καί* produnt imperitum Graeculum, qui haec scripsit memor dictionis obviae in 472 E *ὁ ἀδικῶν — ἧττον ἄθλιος ἐὰν διδῷ δίκην ὑπὸ θεῶν τε καὶ ἀνθρώπων*, et qui deinde addidit *οὗτοι*, ut scilicet constructionem quamdam restitueret. Verum est haec quoque insulsa quaedam annotatio, cujus altera pars *ὅμως δὲ — ἀπαλλάττεσθαι* et ordinem et constructionem interrumpit, et totum locum vagantem reddit. Nam indicativus *ἡ ὠφέλεια γίγνεται*, cum non possit conjungi cnm conjunctivo *οἳ ἂν — ἁμάρτωσι*, necessario conjungendus cum *εἰσὶ δ' οἱ μὲν ὠφελούμενοι*. Neque *ὅμως* habet quo referatur, nisi unam annotationem in duas partes divulsam esse statuas. Quamquam vel sic haec inficete dicta habemus: ***qui utilitatem percipiunt, quamquam puniuntur, tamen per dolores et cruciatus ab iis percipitur utilitas et in his terris et in Orco: non enim possunt alia ratione ab injustitia liberari.*** Quam sententiam, qualiscunque sit, quamquam vix ex verbis effici posse fateor, hoc tamen satis certo apparet, miserae iis subesse interpretationis specimen. Interpolator conatur explicare, qua ratione ex poenis utilitas percipiatur. Sed se ipse prodit manifestissime in vocula *ἐνθάδε*, quum hic tantum de recta in Tartarum demissis sermo sit. Neque intellexit argumentationes in 477—480, unde hanc quoque annotationis partem hausit. Docet lectorem homines tantum *ἀπαλλάττεσθαι* posse ab injustitia per cruciatus et dolores, quibus tanquam pretio injurias suas expient. Socrates autem in argumentationibus illis demonstraverat homines *ἀπαλλάττεσθαι κακίας* i. e. *ἀδικίας* sive *ψυχῆς πονηρίας* poenas luendo, non quia poenae injurias quasi expient vel lustrent, sed quia *σωφρονίζουσιν* et *νουθετοῦσιν*, ita ut *σωφρονισθέντες* meliores fiant, et quos alios videant poenas luentes, hi quoque iis esse possint *νουθετήματα*. Haec de his sufficiant. Et res et dictio et constructio satis superque convincunt, omnia a nobis supra omissa nullo Attico auctore digna esse, nedum Platone.

ὄντες, ἄλλοι δ' ὀνίνανται οἱ τούτους ὁρῶντες διὰ τὰς ἁμαρτίας τὰ
μέγιστα καὶ ὀδυνηρότατα καὶ φοβερώτατα πάθη πάσχοντας τὸν ἀεὶ
χρόνον, ἀτεχνῶς παραδείγματα ἀνηρτημένους ἐκεῖ ἐν Ἅιδου ἐν τῷ
δεσμωτηρίῳ, τοῖς ἀεὶ τῶν ἀδίκων ἀφικνουμένοις θεάματα καὶ νου-
D θετήματα. ὧν ἐγώ φημι ἕνα καὶ Ἀρχέλαον ἔσεσθαι, εἰ ἀληθῆ λέγει
Πῶλος, καὶ ἄλλον ὅστις ἂν τοιοῦτος τύραννος ᾖ. οἶμαι δὲ καὶ τοὺς
πολλοὺς εἶναι τοὺς τούτων τῶν παραδειγμάτων ἐκ τυράννων καὶ
βασιλέων καὶ δυναστῶν καὶ τὰ τῶν πόλεων πραξάντων γεγονότας.
οὗτοι γὰρ διὰ τὴν ἐξουσίαν μέγιστα καὶ ἀνοσιώτατα ἁμαρτήματα
ἁμαρτάνουσι. μαρτυρεῖ δὲ τούτοις καὶ Ὅμηρος· βασιλέας γὰρ καὶ
E δυνάστας ἐκεῖνος πεποίηκε τοὺς ἐν Ἅιδου τὸν ἀεὶ χρόνον τιμωρουμέ-
νους, Τάνταλον καὶ Σίσυφον καὶ Τιτυόν. Θερσίτην δὲ, καὶ εἴ τις
ἄλλος πονηρὸς ἦν ἰδιώτης, οὐδεὶς πεποίηκε μεγάλαις τιμωρίαις συνε-
χόμενον ὡς ἀνίατον· οὐ γὰρ, οἶμαι, ἐξῆν αὐτῷ· διὸ καὶ εὐδαιμονέ-
στερος ἦν ἢ οἷς ἐξῆν. ἀλλὰ γὰρ, ὦ Καλλίκλεις, ἐκ τῶν δυναμένων
526 εἰσὶ καὶ οἱ σφόδρα πονηροὶ γιγνόμενοι ἄνθρωποι· οὐδὲν μὴν κωλύει
καὶ ἐν τούτοις ἀγαθοὺς ἄνδρας ἐγγίγνεσθαι, καὶ σφόδρα γ' ἄξιον
ἄγασθαι τῶν γιγνομένων· χαλεπὸν γὰρ, ὦ Καλλίκλεις, καὶ πολλοῦ
ἐπαίνου ἄξιον ἐν μεγάλῃ ἐξουσίᾳ τοῦ ἀδικεῖν γενόμενον δικαίως διαβιῶ-
ναι. ὀλίγοι δὲ γίγνονται οἱ τοιοῦτοι· ἐπεὶ καὶ ἐνθάδε καὶ ἄλλοθι γεγό-
νασιν, οἶμαι δὲ καὶ ἔσονται καλοὶ κἀγαθοὶ ταύτην τὴν ἀρετὴν, τὴν τοῦ

— D εἶναι τοὺς τούτων τῶν παραδειγμάτων — γεγονότας] Illud τοὺς est in codicibus aut ante τούτων, aut post τούτων, aut extrusit idem τούτων, aut ipsum migravit ante ἐκ τυράννων, aut omnino abest. Itaque huic τοὺς causam corruptionis subesse arbitror. Propter hoc τοὺς ultimum γεγονότας est adscriptum, et propter totum additamentum τοὺς τούτων τῶν παραδειγμάτων, cum τοὺς sine hoc τούτων stare non posset, alterum τούτων omissum est quod fuit ante εἶναι. Nullus dubito equidem hunc locum sic legere: οἶμαι δὲ καὶ τοὺς πολλοὺς τούτων εἶναι ἐκ τυράννων καὶ βασιλέων καὶ δυναστῶν καὶ τὰ τῶν πόλεων πραξάντων. Ad τούτων enim sine dubio intelligendum ex C τοὺς ἀνιάτους τοὺς παραδείγματα ἀνηρτημένους, qui etiam ad ὧν in ὧν ἐγώ φημι intelligendi. Germanus, optime de Platone meritus, jam notavit verba τῶν παραδειγμάτων. At nemo tamen viam ab eo monstratam ingressus emendationem absolvit.

— E οὐ γὰρ οἶμαι ἐξῆν — ἢ οἷς ἐξῆν] Quam vellem ejusdem Germani τοῦ πάνυ scrinia inspiciendi facultas mihi esset. Vix fieri potuit, ut haec ejus aciem fugerint. Agnoscisne iterum sordidam annotationem? quid enim sibi volunt οὐ γὰρ — ἐξῆν αὐτῷ? Quid facere Thersitae vel alii privato non licuisse dicit auctor? Respondes μέγιστα καὶ ἀνοσιώτατα ἁμαρτήματα ἁμαρτάνειν. Assentior, nihil aliud intelligi potest ad illud ἐξῆν. Atque interpolator nihil aliud voluit dicere. Verum num sic recte ea scripsit, ut intelligenda ad ea ex tanto intervallo superius scriptis lectori petenda sint. Qui credit afferat exempla, ego non credo. Praeterea enim vide, num nihil intersit inter ἔξεστί τινι ἁμαρτάνειν et δι' ἐξουσίαν τις ἁμαρτάνει. Neque reliqua διὸ καὶ εὐδαιμονέστερος ἦν ἢ οἷς ἐξῆν dicentem Socratem facere potuit Plato. Si Socrates talia ψελλιζόμενον audisset, exclamasset: Ὡς ἄτοπον καὶ ἄλογον· δυεῖν γὰρ ἀθλίοιν εὐδαιμονέστερος μὲν οὐκ ἂν εἴη· ἀθλιώτερος μέντοι ὁ δυνάστης ἀνίατος ὤν. Vide 473. Ego igitur, etiamsi vel nihil offensionis haberet dictio, tamen non desiderarem id, quod dicere voluit interpolator, sed perverse enunciavit. Quapropter lubenter assentior verba illa διὸ καὶ εὐδ. κτέ. notanti.

δικαίως διαχειρίζειν ἄν τις ἐπιτρέπῃ· εἷς δὲ καὶ πάνυ ἐλλόγιμος B γέγονε καὶ εἰς τοὺς ἄλλους Ἕλληνας, Ἀριστείδης ὁ Λυσιμάχου· οἱ δὲ πολλοί, ὦ ἄριστε, κακοὶ γίγνονται τῶν δυναστῶν.

LXXXII. Ὅπερ οὖν ἔλεγον, ἐπειδὰν ὁ Ῥαδάμανθυς ἐκεῖνος τοιοῦτόν τινα λάβῃ, ἄλλο μὲν περὶ αὐτοῦ οὐκ οἶδεν, οὐθ' ὅστις οὐθ' ὧντινων, ὅτι δὲ πονηρός τις· καὶ τοῦτο κατιδὼν ἀπέπεμψεν εἰς τάρταρον ἐπισημηνάμενος, ἐάν τ' ἰάσιμος ἐάν τ' ἀνίατος δοκῇ εἶναι· ὁ δ' ἐκεῖσ' ἀφικόμενος τὰ προσήκοντα πάσχει· ἐνίοτε δ' ἄλλην εἰσι- C δὼν ὁσίως βεβιωκυῖαν καὶ μετ' ἀληθείας, ἀνδρὸς ἰδιώτου τινός, μάλιστα μέν, ἔγωγέ φημι, ὦ Καλλίκλεις, φιλοσόφου τὰ αὑτοῦ πράξαντος, καὶ οὐ πολυπραγμονήσαντος ἐν τῷ βίῳ, ἠγάσθη τε καὶ ἐς μακάρων νήσους ἀπέπεμψε. ταὐτὰ ταῦτα καὶ ὁ Αἰακός. ἑκάτερος δὲ τούτων ῥάβδον ἔχων δικάζει· ὁ δὲ Μίνως ἐπισκοπῶν κάθηται, μόνος ἔχων χρυσοῦν σκῆπτρον, ὥς φησιν Ὀδυσσεὺς ὁ Ὁμήρου ἰδεῖν D αὐτὸν

χρύσεον σκῆπτρον ἔχοντα, θεμιστεύοντα νέκυσσιν.

Ἐγὼ μὲν οὖν, ὦ Καλλίκλεις, ὑπὸ τούτων τῶν λόγων πέπεισμαι, καὶ σκοπῶ, ὅπως ἀποφανοῦμαι τῷ κριτῇ ὡς ὑγιεστάτην τὴν ψυχήν. χαίρειν οὖν ἐάσας τὰς τιμὰς τὰς τῶν πολλῶν ἀνθρώπων, τὴν ἀλήθειαν σκοπῶν πειράσομαι τῷ ὄντι ὡς ἂν δύνωμαι βέλτιστος ὢν καὶ

526 B ὁ Ῥαδάμανθυς ἐκεῖνος] Diserte dicit auctor, post copiosius disputata de ἰασίμοις et ἀνιάτοις in 525 B—526 B, se hic repetere paucis quae superius dixerat in 524 D Ἐπειδὰν οὖν — ὁ Ῥαδάμανθυς ἐκείνους ἐπιστήσας κτέ. usque ad 525 A ἀνατλῆναι τὰ προσήκοντα πάθη. In quibus tantum quid de ἀνιάτοις faceret Rhadamanthus docuerat, nondum quid de ἰασίμοις suorum indigenarum, neque quid de ὁσίως eorum βεβιωκόσι. Quod igitur nunc tribus verbis enarrat complectens omnes, de quibus Rhadamantho judicium ferendum. Itaque iidem omnes, quos ad pronomen ἐκείνους in 524 D intelligendos esse diximus, etiam hic intelligantur necesse est. Unde apparet pro ἐκεῖνος fuisse ἐκείνων i. e. τῶν ἐκ τῆς Ἀσίας ἀφικομένων. — Porro legimus hic καὶ τοῦτο κατιδὼν secundum omnes codices praeter unum (τὸν Paris. V), qui habet τοῦτον pro τοῦτο. Nullam nos numero codicum auctoritatem tribuentes eum nunc sequimur codicem, ex quo uno multae bonae lectiones prodierunt. Quemadmodum vel nullo codice auctore, sed eodem Germanorum critico, ψυχὴν recipiendum censemus post ἢ ἄλλου τινος mox in C obvia. — D τὴν ἀλήθειαν σκοπῶν] In Phaedonis editione jam verbo indicavi pro σκοπῶν reponendum esse ἀσκῶν. In C concurrunt ὁσίως et μετ' ἀληθείας cum ζῆν, et apud Xenophontem Anab. II. 6, 25 unum idemque periodi membrum habet οἱ ὅσιοι et οἱ ἀλήθειαν ἀσκοῦντες. Accedit primum, quod apud Platonem καὶ σκοπῶ — σκοπῶν per se aliquam offensionem habet. Secundo, quod ἀσκεῖν et σκοπεῖν facillime confunduntur in codicibus. Imo pro priori σκοπῶ nonnulli codices habent ἀσκῶ. — Sequentia πειράσομαι βέλτιστος ὢν καὶ ζῆν καί, ἐπειδὰν ἀποθνήσκω, ἀποθνήσκειν. non intacta ab interpolatore. Quam enim vim habent ἐπειδὰν ἀποθνήσκω ἀποθνήσκειν? Sciolus τῷ ἀποθνήσκειν vim τοῦ τεθνάναι esse ratus vel potius opinatus adscripsisse videtur illud ἐπειδὰν ἀποθνήσκω, quod ego tamen neque cum τεθνάναι ferrem. Non opus esse tali medela dicentes audire mihi videor. Ferant igitur istud. Et ne solo eo gaudeant, accipiant etiam v. gr. πειράσομαι — ἐγρηγορέναι καί, ἐπειδὰν καθεύδω, καθεύδειν.

E ζῆν καὶ, ἐπειδὰν ἀποθνήσκω, ἀποθνήσκειν. παρακαλῶ δὲ καὶ τοὺς
ἄλλους πάντας ἀνθρώπους, καθ' ὅσον δύναμαι, καὶ δὴ καὶ σὲ ἀν-
τιπαρακαλῶ ἐπὶ τοῦτον τὸν βίον καὶ τὸν ἀγῶνα τοῦτον, ὃν ἐγώ φημι
ἀντὶ πάντων τῶν ἐνθάδ' ἀγώνων εἶναι, καὶ ὀνειδίζω σοι, ὅτι οὐχ
οἷός τ' ἔσει σαυτῷ βοηθῆσαι, ὅταν ἡ δίκη σοι ᾖ καὶ ἡ κρίσις, ἣν
νῦν δὴ ἐγὼ ἔλεγον, ἀλλ' ἐλθὼν παρὰ τὸν δικαστὴν τὸν τῆς Αἰγίνης
527 υἱόν, ἐπειδάν σου ἐπιλαβόμενος ἄγῃ, χασμήσει καὶ ἰλιγγιάσεις
οὐδὲν ἧττον ἢ ἐγὼ ἐνθάδε σὺ ἐκεῖ, καί σε ἴσως τυπτήσει τις καὶ
ἐπὶ κόρρης ἀτίμως καὶ πάντως προπηλακιεῖ. Τάχα δ' οὖν ταῦτα
μῦθός σοι δοκεῖ λέγεσθαι, ὥσπερ γραός, καὶ καταφρονεῖς αὐτῶν.
καὶ οὐδέν γ' ἂν ἦν θαυμαστὸν καταφρονεῖν τούτων, εἴ πῃ ζητοῦντες
εἴχομεν αὐτῶν βελτίω καὶ ἀληθέστερα εὑρεῖν· νῦν δ' ὁρᾷς, ὅτι τρεῖς
ὄντες ὑμεῖς, οἵπερ σοφώτατοί ἐστε τῶν νῦν Ἑλλήνων, σύ τε καὶ
B Πῶλος καὶ Γοργίας, οὐκ ἔχετ' ἀποδεῖξαι, ὡς δεῖ ἄλλον τινὰ βίον
ζῆν ἢ τοῦτον, ὅσπερ κἀκεῖσε φαίνεται συμφέρων· ἀλλ' ἐν τοσούτοις
λόγοις τῶν ἄλλων ἐλεγχομένων μόνος οὗτος ἠρεμεῖ ὁ λόγος, ὡς
εὐλαβητέον ἐστὶ τὸ ἀδικεῖν μᾶλλον ἢ τὸ ἀδικεῖσθαι, καὶ παντὸς
μᾶλλον ἀνδρὶ μελετητέον οὐ τὸ δοκεῖν εἶναι ἀγαθόν, ἀλλὰ τὸ εἶναι
καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ· ἐὰν δέ τις κατά τι κακὸς γίγνηται, κολα-
C στέος ἐστί, καὶ τοῦτο δεύτερον ἀγαθὸν μετὰ τὸ εἶναι δίκαιον, τὸ
γίγνεσθαι καὶ κολαζόμενον διδόναι δίκην· καὶ πᾶσαν κολακείαν καὶ
τὴν περὶ ἑαυτὸν καὶ τὴν περὶ τοὺς ἄλλους, καὶ περὶ ὀλίγους καὶ
περὶ πολλούς, φευκτέον· καὶ τῇ ῥητορικῇ οὕτω χρηστέον, ἐπὶ τὸ
δίκαιον ἀεί, καὶ τῇ ἄλλῃ πάσῃ πράξει.

527 A *καὶ ἐπὶ κόρρης ἀτίμως*] Assentimur delenti *ἀτίμως*. Sed etiam illud *καὶ* abjiciendum. Quidni optime de apparatu critico meritus hic contra auctoritatem plurimorum codicum eam voculam omisit, qui tamen in C *ὡς ὁ σὸς λόγος σημαίνει* ejecit pronomen *σὸς* nullum codicem secutus. Sine ullo enim dubio idem *λόγος* intelligendus, qui in B (*μόνος — οὗτος ὁ λόγος*) et deinde bis vel ter memoratur, et in fine opponitur *ἐκείνῳ τῷ λόγῳ, ᾧ σὺ* (*Καλλίκλης*) *πιστεύων ἐμὲ παρακαλεῖς*.

— C *καὶ κολαζόμενον διδόναι δίκην*] Post enucleate dicta et demonstrata ad 476 E, 477 A et 525 A paucis haec absolvere possum. Qui uno verbo *κολαστέος* dicitur, ad eundem referendum et *κολαζόμενον* illud et illud *διδόναι δίκην*. In loco autem saepius laudato Rep. 380 B qui dicuntur *δεηθῆναι κολάσεως*, iidem dicuntur *διδόντες δίκην ὠφελεῖσθαι*, non vero simul *διδόντες δίκην* simul *κολαζόμενοι*. Adde nunc Rep. 445 A *ἐάνπερ μὴ διδῷ δίκην μηδὲ βελτίων γίγνηται κολαζόμενος*. Neque hic vides simul *κολαζόμενος* cum *δίκην διδούς*. Quum igitur et secundum argumentationes, quas supra persecuti sumus, et secundum haec exempla duo illa sic deinceps stare non possunt, utpote prorsus eandem vim habentia, illud *κολαζόμενον* a sciolis ex *κολαστέος* confectum abjiciendum. Sed emendatio absolvenda. Scripsit Plato *τὸ γίγνεσθαι διδόντα δίκην*, non *τὸ γίγνεσθαι καὶ κολαζόμενον διδόναι δίκην*. Scribae autem *κολαζόμενον* desiderari rati ut constructioni quodammodo consulerent, *καὶ* addiderunt et ex participio *διδόντα δίκην* infinitivum fecerunt *διδόναι δίκην*. Nam recte demum dici *δίκαιον, ἀγαθόν, βελτίω γίγνεσθαι* (i. e. *ὠφελεῖσθαι*) *διδόντα δίκην*, non vero — *καὶ διδόναι δίκην* (sive *καὶ κολαζόμενον*) ad 525 ostendimus.

LXXXIII. Ἐμοὶ οὖν πειθόμενος ἀκολούθησον ἐνταῦθα, οἷ ἀφικόμενος εὐδαιμονήσεις καὶ ζῶν καὶ τελευτήσας, ὡς ὁ ⌈σὸς⌉ λόγος σημαίνει. καὶ ἔασόν τινά σου καταφρονῆσαι ὡς ἀνοήτου καὶ προπηλακίσαι, ἐὰν βούληται, καὶ ναὶ μὰ Δία σύ γε θαρρῶν πατάξαι D
τὴν ἄτιμον ταύτην πληγήν· οὐδὲν γὰρ δεινὸν πείσει, ἐὰν τῷ ὄντι ᾖς καλὸς κἀγαθὸς, ἀσκῶν ἀρετήν. κἄπειθ' οὕτω κοινῇ ἀσκήσαντες, τότ' ἤδη, ἐὰν δοκῇ χρῆναι, ἐπιθησόμεθα τοῖς πολιτικοῖς, ἢ ὁποῖον ἄν τι ἡμῖν δοκῇ, τότε βουλευσόμεθα, βελτίους ὄντες βουλεύεσθαι ἢ νῦν. αἰσχρὸν γὰρ ἔχοντάς γ' ὡς νῦν φαινόμεθ' ἔχειν, ἔπειτα νεανιεύεσθαι ὥς τι ὄντας, οἷς οὐδέποτε ταὐτὰ δοκεῖ περὶ τῶν αὐτῶν, καὶ ταῦτα περὶ τῶν μεγίστων· εἰς τοσοῦτον ἥκομεν ἀπαιδευσίας! E
ὥσπερ οὖν ἡγεμόνι τῷ λόγῳ χρησώμεθα τῷ νῦν παραφανέντι, ὃς ἡμῖν σημαίνει, ὅτι οὗτος ὁ τρόπος ἄριστος τοῦ βίου, καὶ τὴν δικαιοσύνην καὶ τὴν ἄλλην ἀρετὴν ἀσκοῦντας καὶ ζῆν καὶ τεθνάναι. τούτῳ οὖν ἑπώμεθα, καὶ τοὺς ἄλλους παρακαλῶμεν, μὴ ἐκείνῳ, ᾧ σὺ πιστεύων ἐμὲ παρακαλεῖς· ἔστι γὰρ οὐδενὸς ἄξιος, ὦ Καλλίκλεις.

— D *καὶ — σύ γε θαρρῶν πατάξαι τὴν — πληγήν.*] Interpretes haec corrigere conantes mire infestarunt. Non assentientes reponenti *ἐπί γε κόρρης* tria verba pro tribus *σύ γε θαρρῶν*, aequato Marte certamen inierunt, alteri *πάταξαι*, alteri *πατάξαι* verum esse contendentes. Ego neutros secuturus sed prorsus aliam viam ingressurus rogo tandem cesses mirari audaciam, quam cepi argumentationes Socraticas explorans et emendans. Qui enim non abstinuerunt ab his prorsus *ἀμεταγράπτοις*, in reliqua vel majori licentia grassatos esse, jam persuasum habeo. Platonem igitur scripsisse contendo — *ἐὰν βούληται· καὶ ναὶ μὰ Δία σύ γε θάρρει τὴν ἄτιμον ταύτην πληγήν· οὐδὲν γὰρ δεινὸν πείσει κτέ.* Nimirum quod sexcenties fecerunt in argumentationibus et in iis, quae argumentationum opera correximus ex. gr. in 525 B, et, de quo loco modo vidimus, in 527 C *καὶ κολαζόμενον διδόναι δίκην*, idem hic ausi sunt facere. Adscripsit aliquis *πατάξαι*. Quo in textum invecto succurrendum erat constructioni. Itaque ex *θάρρει* factum *θαρρῶν*. Antiquorum aliquis interpres vocem *πατάξαι* desideravit, recentiorum aliquis voces *ἐπὶ κόρρης*. Sed tres has voces respuunt adjectivum *ἄτιμον* et pronomen *ταύτην*: illud enim *τὴν ἐπὶ κόρρης πληγήν*, hoc *πληγὴν* istam notam saepe in superiore sermone adhibitam non significare non potest. Quam vim *τοῦ οὗτος* sic positi nemo ignorat. Superest, ut de *θαρρεῖν* dicamus. Mitto refutare nugantes, qui ex. gr. *ἔασόν σε* post *θαρρῶν* intelligi jubent. Quid multa? Exquisitumne *θαρρεῖν τι* v. c. *θάνατον* (in Phdone), *μάχην* i. e. ***non ignave reformidare mortem, pugnam?*** Sicuti etiam dicunt *τρέμειν τι*. Itaque hanc demum concinnam sententiam Platoni reddidi: ***et tu per deos fortiter fer ignominiosam istam plagam: nihil enim mali tibi accidet, si revera bonus sis virtutem colens.*** Non est, quod efferam locos, quos omnes norunt. Nemini saltem non succurrit jam apud Homerum obvius in Odyss. 8 v. 197. — *σὺ δὲ θάρσει τόνδε γ' ἄεθλον.* — Postremo in E *οὗτος ὁ τρόπος ἄριστος τοῦ βίου, καὶ τὴν δικαιοσύνην καὶ — καὶ ζῆν καὶ τεθνάναι* recentiores perverse receperunt *καὶ*, quod est post *βίου*, ex plurimis codicibus, opinione semel imbuti, ab *ὅτι* per anacoluthiam scilicet ad infinitivum imprudenter delabi auctores Atticos. Quid mirum? Neque scribae viderunt optimam constructionem accusativi cum infinitivo post dictionem, cujusmodi est *οὗτος ὁ τρόπος*. Nolim enim suspicari, quemquam putare illud *καὶ* referri posse ad *τὴν δικαιοσύνην*.

INDEX.

i(nsere), d(ele), l(ege), x(contrarium), v(ide).

E

Π

Υ

ADDENDA ET CORRIGENDA.

Pag. 13 voces in 452 E damnatae corrumpunt specimen sophistices ῥητορευούσης ceteroquin revera insigne.

» 47 (468 D) adde exemplum ex Xenoph. Hell. I. 6, 21. τυχόντες ἐν τῇ γῇ ἀριστοποιούμενοι.

» 2 Corrigas ipse ἠρόμεν. pag. 12 ἀκόνων. 20 ναυτηγῶν. 52 Archeaus et rel. hujusmodi.